UNION ACADÉMIQUE INTERNATIONALE

CORPUS PHILOSOPHORUM MEDII AEVI
ACADEMIARUM CONSOCIATARUM AUSPICIIS
ET CONSILIO EDITUM

ARISTOTELES LATINUS

III 1-4

ANALYTICA PRIORA

Translatio Boethii (recensiones duae)
Translatio Anonyma
Pseudo-Philoponi Aliorumque Scholia
Specimina Translationum Recentiorum

EDIDIT

LAURENTIUS MINIO-PALUELLO

BRUGES-PARIS
DESCLÉE DE BROUWER
1962

NUNC COGNOSCO EX PARTE

TRENT UNIVERSITY
LIBRARY

UNION ACADÉMIQUE INTERNATIONALE

CORPUS PHILOSOPHORUM MEDII AEVI
ACADEMIARUM CONSOCIATARUM AUSPICIIS
ET CONSILIO EDITUM

ARISTOTELES LATINUS

EDITIONI CURANDAE PRAESIDET

L. MINIO-PALUELLO

III 1-4

BRUGES-PARIS
DESCLÉE DE BROUWER

1962

ARISTOTELES LATINUS

III 1-4

ANALYTICA PRIORA

Translatio Boethii (recensiones duae)
Translatio Anonyma
Pseudo-Philoponi Aliorumque Scholia
Specimina Translationum Recentiorum

EDIDIT

LAURENTIUS MINIO-PALUELLO

BRUGES-PARIS
DESCLÉE DE BROUWER

1962

PR3805 .A3 .351 v.3

TABULA

PRAEFATIO VII

De Boethii translatione eiusque duabus antiquis recensionibus XI

1. Quid recensiones duae *b* et *B* inter se differant : XI — 2. De editione Ambrosiana et de aliis editionibus compositis : XVI — 3. Utrum translatio eiusque ambae recensiones sint Boethio adscribendae : XVII — 4. Librorum manu scriptorum brevis catalogus : XXIII — 5. De recensionibus, paraphrasibus, translationibus recentiore aetate editis : XXXVII — 6. Librorum typis impressorum catalogus imperfectus : XLV — 7. De librorum manu scriptorum et impressorum cognationibus : LI — 8. De textu recensionis Florentinae (*B*) restituendo : LX — 9. De textu recensionis Carnutensis (*b*) restituendo : LXI — 10. De ratione textuum edendorum : LXII — 11. De adnotationibus latinis nostrae editioni subiectis : LXIII — 12. De libris graecis et syricis, et de adnotatione graeco-latina : LXV

De translatione anonyma LXX

1. De translationis anonymae codicibus : LXX — 2. De interprete eiusque tempore : LXX — 3. De translationis anonymae ad Boethianam versionem relatione : LXXIII — 4. De textu restituendo et de scribendi ratione : LXXIV — 5. De codicum cognatione : LXXVI — 6. De adnotatione latina : LXXVII — 7. De graeco exemplari, de eius cum memoria graeca cognatione, de adnotatione graeco-latina : LXXVII

De Pseudo-Philoponi aliorumque scholiis LXXIX

1. De scholiorum fontibus : LXXX — 2. De scholiorum translatore : LXXXVI — 3. De textu scholiorum restituendo et de adnotationibus subiectis : LXXXVII

TRANSLATIO BOETHII : *recensio Florentina (partim recensio Carnutensis)* I

TRANSLATIO BOETHII : *recensio Carnutensis* (I.1-16,30-31,38-44 ; II.15-27) 141

TRANSLATIO ANONYMA 193

PSEUDO-PHILOPONI ALIORUMQUE SCHOLIA 293

[cont.]

115044

Appendix 373

I. Translationis Boethii variarum lectionum specimina 375

1. Lectiones primae et extremae particulae : 375 — 2. Adnotationes codicis *Zm* : 384 — 3. De diagrammate vel 'ponte asinorum' : 384

II. Specimina recensionum et translationum aetatis recentioris 387

1. 'Niphi' (exc. I.5-26) : 387 — 2. 'Grynaei' : 389 — 3-4. Buranae et composita : 391 — 5. Iustiniani Chii : 395 — 6. Bricoti : 397 — 7. Lovaniensis : 399 — 8. Argyropuli prior : 401 — 9. Argyropuli altera : 402 — 10. 'Niphi' (I.5-26) : 404 — 11. Feliciani : 405 — 12. Rasarii : 406 — 13. Philalthaei : 408 — 14. Perionii : 410 — 15-16. Durii et Gruchii : 412 — 17. Carpentarii : 415 — 18. Rubi : 417 — 19. Pacii : 419 — 20. Hildenii : 421 — 21. Monlorii : 424 — 22. Buhlii : 420

III. Testimonia de Analyticis Prioribus 428

a) Boethii : 428 — b) Abaelardi : 433 — c) Pseudo-Abaelardi : 436 — d) Ioannis Saresberiensis : 437 — e) Ottonis Frisingensis : 441 — f) Rahewini : 441 — g) Roberti de Monte : 441.

Indices 443

I. Index graeco-latinus translationum 445

II. Index latino-graecus translationum 469

III. Index latino-graecus scholiorum (1. Auctores — 2. Verba) 483

IV. Index graeco-latinus scholiorum 494

Addenda 499

PRAEFATIO

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

https://archive.org/details/aristoteleslatin0003aris

PRAEFATIO

Analytica Priora (nisi Boethium sequentes opus hoc Analyticos Priores vel etiam Resolutorios, libros scilicet, appellare velimus) [1] nemo ante Boethium ipsum latine vertisse videtur, « nisi quod — sicut ille dixit — Vetius Praetextatus ea non vertendo Aristotelem latino sermoni tradidit, sed transferendo Themistium » [2]. Sed, quamquam suae translationis Boethius mentionem bis minimum fecit in aliis operibus [3], eam neque Cassiodorus in Institutionibus inter artis logicae opera a Boethio vel translata vel conscripta commemoravit, neque legisse vel vidisse videtur logicae magister aut studens ullus ante initium saeculi decimi secundi ; quod si syllogismi definitio fere ad verbum ex Analyticorum Priorum capitulo primo extracta vel aliqua alia eius operis sententia ante hoc tempus laudata inveniatur, e contextibus Boethianis credendum est eas provenisse [4]. Abaelardus tandem, quamquam anno circiter MCXX scribens asseruit usum Latinorum Analytica ad id temporis non cognovisse, verba ipsa Aristotelis iam antea citans et sententias [5], quae frustra apud Boethium aliosve antiquos auctores quaererentur, testis erat versionem quandam vel eius particulas alicubi in Gallia legi posse. Quam versionem paulo post, anno circiter MCXL, in Eptateucho suo exscribendam curavit Theodoricus Carnutensis [6], et ante annum MCLX brevissime summavit Ioannes Saresberiensis Carnuti episcopus [7]. Eodem fere tempore eiusdem translationis recensio altera scholiis fere innumeris e

---

[1] Vide testimonia Boethii in Appendice nostra, pp. 429-433 et 502-503.

[2] BOETHIUS, *In περὶ ἑρμηνείας editio secunda*, pp. 3-4 Meiser, col. 393A Migne.

[3] *In Topica Ciceronis* I, pp. 279-280 Orelli, col. 1051B Migne ; *De Differentiis Topicis* II, col. 1185A Migne.

[4] Vide testimonia 3, 5, 7-10, 12-15, pp. 429-432.

[5] Vide pp. 439-436.

[6] Codex Carnutensis 497 (*Ch*) ; vide infra, p. XXVI. — Abaelardum recensionem quae codice illo Carnutensi servatur vel illius particulas legisse ostendimus in *Note sull'Aristotele latino medievale* VIII (*I Primi Analitici : la redazione Carnutense usata da Abelardo*), « Rivista di Filosofia Neo-Scolastica » XLVI 1954, pp. 217-218. — Verba pauca Aristotelis ipsius quae Ioannes Saresberiensis laudat ex eadem recensione proveniunt.

[7] Vide pp. 437-441.

graeco sermone translatis praedita ex antiquo — ut videtur — codice in Gallia descripta est. E quibus recensionibus, rarissime quidem pure iteratis, saepissime contra inter se contaminatis commixtisque, memoria fere tota latina Analyticorum Priorum per saecula quattuor tradita est ; neque illarum expers fuit memoria per quattuor saecula sequentia, usque ad saeculum decimum nonum exiens. Saeculo tamen duodecimo, quo primum inter Latinos recuperata sunt Analytica Priora, nova quoque translatio — nonnihil antiquiore innitens — in Gallia, crediderim, prodiit, sed quis eam prodiderit latet, neque videtur in usum a multis esse capta ; unum enim codicem invenimus quo tota continetur, unum quo pars dimidia, neque constat an umquam a magistris commentatoribusque commemorata fuerit.

Analytica itaque Priora et Elenchi Sophistici — quos etiam Abaelardus legit [1] — prima fuerunt opera reperti denuo Aristotelis quae in usum Latinorum venerunt, quibus paulo post Topica addita sunt (haec noverat Adam Parvipontanus eisque usus est in Arte Disserendi componenda [2] anno circiter MCXXX, et ea iuxta Priora et Elenchos in Theodorici Eptateucho invenies) ; addita sunt denique Analytica Posteriora quorum nihil nisi titulum ante Ioannem Saresberiensem commemoratum esse scimus. Libros illos non simul omnes in manus studentium venisse testes sunt codices ipsi antiquissimi quattuor, Florentinus scilicet Bibl. Nat. Centr. Conv. Soppr. J.6.34 qui Priora tantum continet, Mediolanensis Ambros. I.195 inf. qui Priora et Elenchos, Carnutensis 497-498 et Bononiensis Univ. 4228 qui Priora, Topica, Elenchos sine Posterioribus Analyticis praebent ; Analytica Posteriora contra sola in uno saeculi duodecimi codice continebantur Carnutensi 92, Elenchi in Carnutensi 190, Topica in Florentino Bibl. Nat. Centr. Conv. Soppr. F.8.1291, Topica cum Elenchis in Florentinis Bibl. Nat. Centr. Conv. Soppr. J.9.25 et Laurent. S. Crucis XI sin. 9 [3].

---

[1] *Glossae super Periermenias* in PETER ABAELARDS *Philosophische Schriften* ed. B. Geyer, Münster 1919-1933 (« Beitr. z. Gesch. d. Philos. u. Theol. d. Mittelalt. » XXI.3), p. 400.33-36.

[2] Videas quae diximus in *The Ars Disserendi of Adam of Balsham Parvipontanus* (« Mediaeval and Renaissance Studies » III 1954), pp. 136-140 ; opus ipsum edidimus *Twelfth Century Logic, Texts and Studies* I, Roma 1956.

[3] De his codicibus vide *Aristoteles Latinus, Codices* I-II, Romae 1939 (impressio altera Brugis-Parisiis 1957) et Cantabrigiae 1955, et *Supplementa Altera*, Brugis-Parisiis 1961.

Textus e duabus recensionibus antiquis commixti pluries typis impressi sunt ; numquam tamen conati sunt editores libros manu scriptos complures adeuntes conferentes ad artis criticae rationes translatoris verba quam fidelissime restituere, traditionisque historiam, quamvis imperfecte, perquirere. Cui rei hac nostra editione initium qualecumque dare volumus.

Translationem saeculi decimi secundi anonymam, omnino usque ad hos annos ignotam, primi, credimus, hic prelo edendam curavimus. Neque, nisi partim eaque graeco sermone edita, nota antea fuerunt scholia quae translationibus subiungimus.

De Boethii translatione eiusque duabus antiquis recensionibus

Codices manu scripti tres antiquissimi (excipimus Bononiensem qui translationem novam eamque anonymam praebet) Analyticorum Priorum latine redditorum textus valde ab invicem distantes praebent : maxime fere eorum qui exstant omnium Carnutensis 497 (*Ch*) et Florentinus Bibl. Nat. Centr. Conv. Soppr. J.6.34 (*Nn*) ; Ambrosianus contra I.195 inf. (*Zm*) partim textum *Nn*, partim *Ch* continet. Sed, quamvis differant, tam multa communia habent ut recensiones duas eiusdem translationis potius quam versiones toto orbe diversas iis contineri dicendum sit [1].

1. *Quid recensiones duae* ***b*** *et* ***B*** *inter se differant.*

Recensionem, quam siglo ***b*** indicabimus, unus codex totam et incontaminatam praebet Carnutensis 497, alteram, quae ***B*** siglo significabitur, fere perfectam codex Florentinus supra laudatus nihilque paene cum alia commixtam Vaticanus latinus 2978 (*Xv*) ; reliqui contra omnes codices magis minusque compositos textus e duabus praestant.

Maxime differunt ab alterutra recensiones ***b*** et ***B*** in capitibus primi libri 1-16, 31, 38, 44 et secundi 17-20, minus in I.17,19,23-25,27-30,32,36-37,45,46, II.1-2,5,7-8,11,13-16,21-27, nihil vel fere

[1] De his rebus nonnulla scripsimus in *Note sull'Aristotele Latino Medievale* VIII : *la redazione carnutense usata da Abelardo e la vulgata con scolii tradotti dal greco* (« Rivista di Filosofia Neo-Scolastica » XLVI 1954, pp. 211-223) ; et XI : *Le due redazioni boeziane e la contaminazione vulgata dei Primi Analitici* (ibidem, L 1958, pp. 212-218).

nihil in I.18,20-22,26,33-35, II.3-4,6,9,10,12. Ut uno obtutu cerni possit quibus diversis viis reddita sint graeca verba, quomodo contra multis in rebus recensiones conveniant nonnulla subdimus exempla :

I.1 (24a25-b12) *Οὐδὲν δὲ διοίσει πρὸς τὸ γενέσθαι τὸν ἑκατέρου συλλογισμόν· καὶ γὰρ ὁ ἀποδεικνύων καὶ ὁ ἐρωτῶν συλλογίζεται λαβών τι κατά τινος ὑπάρχειν ἢ μὴ ὑπάρχειν. ὥστε ἔσται συλλογιστικὴ μὲν πρότασις ἁπλῶς κατάφασις ἢ ἀπόφασίς τινος κατά τινος τὸν εἰρημένον τρόπον, ἀποδεικτικὴ δέ, ἐὰν ἀληθὴς ᾖ καὶ διὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑποθέσεων εἰλημμένη, διαλεκτικὴ δὲ πυνθανομένῳ μὲν ἐρώτησις ἀντιφάσεως, συλλογιζομένῳ δὲ λῆψις τοῦ φαινομένου καὶ ἐνδόξου...*

b Nihil *vero* distabit *ad formandum* utriusque *syllogismum* ; et *enim* qui demonstrat et qui interrogat syllogizat sumens aliquid de aliquo *aut inesse aut* non *inesse*. Quare erit syllogistica quidem propositio *simplex affirmativa* aut *negativa* alicuius de aliquo secundum dictum modum ; demonstrativa vero si vera sit et *ab initio per conditionem assumpta* ; dialectica *vero* percunctanti quidem interrogatio contradictionis, *demonstranti* vero *assumptio* apparentis et *concessi*...

B Nihil *autem* distabit *ut fiat* utriusque *syllogismus* ; *nam* et qui demonstrat et qui interrogat syllogizat sumens aliquid de aliquo *esse vel* non *esse*. Quare erit syllogistica quidem propositio *simpliciter affirmatio* aut *negatio* alicuius de aliquo secundum dictum modum ; demonstrativa vero si vera sit et *per primas positiones sumpta* ; dialectica *autem* percunctanti quidem interrogatio contradictionis, *sytlogizanti* vero *sumptio* apparentis et *probabilis*...

I.1 (24b16-21) *...οἷον τό τε κατηγορούμενον καὶ τὸ καθ' οὗ κατηγορεῖται, ἢ προστιθεμένου ἢ διαιρουμένου τοῦ εἶναι ἢ μὴ εἶναι. συλλογισμὸς δέ ἐστι λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι. λέγω δὲ τῷ ταῦτα εἶναι τὸ διὰ ταῦτα συμβαίνειν...*

b *...velut* praedicatum et de quo praedicatur, *sive adiuncto sive separato* esse et non esse. Syllogismus *vero* est oratio in qua, positis *aliquibus*, aliud quid *a positis* ex necessitate *consequitur ex ipsis esse*. Dico autem *ex ipsis esse, per ipsa* contingere ; ...

B *...ut* praedicatum et de quo praedicatur, *vel apposito vel diviso* esse et non esse. Syllogismus *autem* est oratio in qua, positis *quibusdam*, aliud quid *ab his quae posita sunt* ex necessitate *accidit eo quod haec sint*. Dico autem *eo quod haec sint, propter haec* contingere ; ...

I.4 (26a9-16) *Οὐδ' ὅταν μήτε τὸ πρῶτον τῷ μέσῳ μήτε τὸ μέσον τῷ ἐσχάτῳ μηδενὶ ὑπάρχῃ, οὐδ' οὕτως ἔσται συλλογισμός. ὅροι τοῦ ὑπάρχειν ἐπιστήμη, γραμμή, ἰατρική· τοῦ μὴ ὑπάρχειν ἐπιστήμη, γραμμή, μονάς. καθόλου μὲν οὖν ὄντων τῶν ὅρων, δῆλον ἐν τούτῳ τῷ σχήματι πότε ἔσται καὶ πότε οὐκ ἔσται συλλογισμός, καὶ ὅτι ὄντος τε συλλογισμοῦ τοὺς ὅρους ἀναγκαῖον ἔχειν ὡς εἴπομεν, ἂν θ' οὕτως ἔχωσιν, ὅτι ἔσται συλλογισμός.*

b *Similiter* nec *tunc erit syllogis-*

B Nec quando nec primum medio

mus quando nec primum medio nec medium postremo ulli inest... *Cum igitur universales sunt termini* manifestum *est* in hac figura quando erit et quando non erit syllogismus, et *cum sit necessarium syllogismos habere terminos, quoniam,* si sic *habeantur ut diximus,* erit syllogismus.

nec medium postremo ulli inest, *nec sic* erit syllogismus... *Universalibus ergo terminis* manifestum in hac figura quando erit et quando non erit syllogismus, et *quoniam cum est syllogismus necessarium terminos se habere ut diximus, et* si sic *se habent, quoniam* erit syllogismus.

I.5 (27a3-8) *Καθόλου μὲν οὖν ὄντων ἔσται συλλογισμὸς ὅταν τὸ μέσον τῷ μὲν παντὶ τῷ δὲ μηδενὶ ὑπάρχῃ, ἂν πρὸς ὁποτερῳοῦν ᾖ τὸ στερητικόν· ἄλλως δ' οὐδαμῶς. κατηγορείσθω γὰρ τὸ M τοῦ μὲν N μηδενός, τοῦ δὲ Ξ παντός. ἐπεὶ οὖν ἀντιστρέφει τὸ στερητικόν, οὐδενὶ τῷ M ὑπάρξει τὸ N· τὸ δέ γε M παντὶ τῷ Ξ ὑπέκειτο...*

b *Universales* igitur *cum sint* erit syllogismus quando medium huic quidem omni, illi vero nulli inest, *si ad alterutrum* sit *privativa* ; aliter *autem nequaquam.* Praedicetur enim M et N quidem nullo, de X vero omni ; quoniam igitur convertitur *privativa,* nulli M inerit N ; at M *de* omni X *dicebatur* ; ...

B *Universalibus* igitur erit syllogismus quando medium huic quidem omni, illi vero nulli inest, *utrumlibet* sit *privativum* ; aliter *vero nullo modo.* Praedicetur enim M de N quidem nullo, de X vero omni ; quoniam igitur convertitur *privativum,* nulli M inerit N ; at M omni X *posita erat* ; ...

II.26 (69b20-21) *...ἐνισταμένων* (vel *-ον*) *ἀνάγκη πρὸς τὸ καθόλου τῶν προτεινομένων τὴν ἀντίφασιν εἰπεῖν, οἷον εἰ μὴ τὴν αὐτὴν...*

b *...instantibus* necesse est *protendenti ad universalis* contradictionem dicere, ut si non *eandem...*

B *...instantem* necesse est *ad id quod universale est proposito* contradictionem dicere, ut si non *unam...*

II.27 (70b7-10) *Περὶ τοῦ φυσιογνωμονεῖν. — Τὸ δὲ φυσιογνωμονεῖν δυνατόν ἐστιν, εἴ τις δίδωσιν ἅμα μεταβάλλειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὅσα φυσικά ἐστι παθήματα· μαθὼν γὰρ ἴσως μουσικὴν μεταβέβληκέ τι τὴν ψυχήν, ἀλλ' οὐ τῶν φύσει ἡμῖν ἐστὶ τοῦτο τὸ πάθος...*

b *De naturam cognoscere.* — Naturas autem *cognoscere* possibile est, si quis concedat simul *transmutare* corpus et animam quaecumque *naturales* sunt passiones ; discens enim aliquis fortasse musicam *transmutavit* quid animam, sed non eorum quae *naturaliter* nobis est haec passio...

B *Quomodo est naturas colligere.* — Naturas autem *colligere* possibile est, si quis concedat simul *mutare* corpus et animum quaecumque *natura* sunt passiones ; discens enim aliquis fortasse musicam *mutavit secundum* quid animam, sed non eorum quae *natura* nobis est haec passio...

In locis nonnullis differunt recensiones duae ab invicem eo tantum quod unum vel duo verba, quae frequenter occurrunt, diverso modo latine reddita sunt, exempli gratia :

I.38 (49a12-39) *Λέγω δ' οἷον εἰ γένοιτο συλλογισμὸς ὅτι τῆς δικαιοσύνης ἔστιν ἐπιστήμη ὅτι ἀγαθόν ... ἔστω γὰρ τὸ A ἐπιστήμη ὅτι ἀγαθόν ... τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ ἔστιν ἐπιστήμη ὅτι ἀγαθόν ... ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τὸ ὑγιεινὸν δειχθείη ὅτι ἔστιν ἐπιστητὸν ... λέγω δ' οἷον ὅταν τἀγαθὸν ἐπιστητὸν δειχθῇ καὶ ὅταν ἐπιστητὸν ὅτι ἀγαθόν· ἀλλ' εἰ μὲν ἁπλῶς ἐπιστητὸν δέδεικται ... ἔστω γὰρ τὸ μὲν A ἐπιστήμη ... ἦν γὰρ ἐπιστήμη τοῦ τινὸς ὄντος ὅτι τὶ ὄν. ... ἔσται ἄρα ἐπιστήμη τἀγαθοῦ ὅτι ἀγαθόν ... οὐκ ἂν ἦν συλλογισμὸς ὅτι ἔστιν ἐπιστήμη τἀγαθοῦ ὅτι ἀγαθόν ... οἷον ἐφ' ᾧ τὸ A ἐπιστήμη ὅτι ὄν...*

b Dico autem ut, si fiat syllogismus quoniam iustitiae est *disciplina* quoniam bonum... Sit enim A *disciplina* quoniam bonum... ; nam boni est *disciplina* quoniam bonum... Similiter autem et si salubre ostendatur quoniam *disciplinatum*... Dico autem ut quando bonum *disciplinatum ostensum erit*, et quando *disciplinatum* quoniam bonum ; sed si simpliciter quidem *disciplinatum* ostensum est... Sit enim A quidem *disciplina*... ; erat enim *disciplina* alicuius entis quoniam quid ens... ; erit ergo *disciplina* boni quoniam bonum ;... non erit syllogismus quoniam est *disciplina* boni quoniam bonum... ; ut si sit in quo A *disciplina* quoniam ens...

B Dico autem ut, si fiat syllogismus quoniam iustitiae est *scientia* quoniam bonum... Sit enim A *scientia* quoniam bonum... ; nam boni est *scientia* quoniam bonum... Similiter autem et si salubre ostendatur quoniam *scibile*... Dico autem ut quando bonum *scibile ostenditur*, et quando *scibile* quoniam bonum ; sed si simpliciter quidem *scibile* ostensum est... Sit enim A quidem *scientia*... ; erat enim *scientia* alicuius entis quoniam quid ens... ; erit ergo *scientia* boni quoniam bonum ; ... non erit syllogismus quoniam est *scientia* boni quoniam bonum... ; ut si sit in quo A *scientia* quoniam ens ...

I.31 (46b29-35) *...ἆρ' ἡ διάμετρος ἀσύμμετρος ἢ σύμμετρος. ἐὰν γὰρ λάβῃ ὅτι ἅπαν μῆκος ἢ σύμμετρον ἢ ἀσύμμετρον, ἡ δὲ διάμετρος μῆκος, συλλελόγισται ὅτι ἀσύμμετρος ἢ σύμμετρος ἡ διάμετρος. εἰ δὲ λήψεται ἀσύμμετρον, ὃ ἔδει συλλογίσασθαι λήψεται. οὐκ ἄρα ἔστι δεῖξαι· ἡ μὲν γὰρ ὁδὸς αὕτη, διὰ ταύτης δ' οὐκ ἔστιν. τὸ ἀσύμμετρον ἢ σύμμετρον ἐφ' οὗ A, μῆκος B, διάμετρος Γ.*

b ...putasne diameter *asymmeter aut symmeter* est. Si enim sumat quoniam omnis longitudo vel *symmeter est* vel *asymmeter*, diameter autem longitudo, syllogizatum est quoniam vel *asymmeter* vel *symmeter* est diameter ; si autem sumat *asymmeter*, quod oportebat syllogizare sumet. Non ergo est ostendere ; nam via quidem haec, per hanc autem non est ostendere. *Symmetrum aut asymmetrum* in quo A, longitudo B, *aut symmeter aut asymmeter* diameter C.

B ...putasne diameter *incommensurabilis* est *vel commensurabilis*. Si enim sumat quoniam omnis longitudo vel *commensurabilis* vel *incommensurabilis*, diameter autem longitudo, syllogizatum est quoniam vel *incommensurabilis* vel *commensurabilis* est diameter ; si autem sumat *incommensurabilis*, quod oportebat syllogizare sumet. Non ergo est ostendere ; nam via quidem haec, per hanc autem non est ostendere *commensurabile vel incommensurabile*. In quo A longitudo, B *autem vel*

commensurabile vel incommensurabile, diameter C.

II.27 (70a3-11) *Περὶ εἰκότος καὶ σημείου. — Εἰκὸς δὲ καὶ σημεῖον οὐ ταὐτόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ μὲν εἰκός ... τοῦτ' ἐστὶν ... εἰκός ἐνθύμημα μὲν οὖν ἐστὶ συλλογισμὸς ἐξ εἰκότων...*

b De signo et *ikote*. — *Ikos* autem et signum non idem est, sed *ikos* quidem... hoc est *ikos*,... Enthymema ergo est syllogismus ex *ikotibus*...

B De *verisimili* et signo. — *Verisimile* autem et signum non idem est, sed *verisimile* quidem... hoc est *verisimile*,... Enthymema ergo est syllogismus ex *verisimilibus*...

Saepe tamen minus differunt inter se recensiones duae ; exempli gratia de quadringentis fere verbis in capitulo I.17 (36b26-37a32) haec tantum diversa sunt :

36b32 assumitur ***b***] assumit ***B*** 39 eo quod est contingere] contingente 37a17 quod] *om.* 18 eorum quae sunt] *om.* inest] inesse quoniam] quod 19 quod] *om.* inest] inesse 20 quoniam] quia.

Quibus denique locis nihil distent ab invicem ***b*** et ***B*** patebit ex editione nostra, si adnotationes criticae inspiciantur.

Duobus textibus collatis non est dubitandum quin recensio ***B*** multo melior quam ***b*** sit, sicut quae supra iam attulimus et pauca haec de multis exempla ostendunt :

32b6 *διαλείπειν τὸ ἀναγκαῖον* = diminutum a necessario ***b*** = deficit necessarium ***B*** 12 *σεισμόν* = sonitum ***b*** = terrae motum ***B*** 23 *ἑπομένοις* = submanentibus (*an pro ὑπομένουσιν* ?) ***b*** = sequentibus ***B*** 34a37-b5 *κείσθω ... ὑπέκειτο ... ὑπέκειτο* = maneat... permanebat... manebat ***b*** = ponatur... positum erat... positum erat ***B*** 35a13-14 *δι' αὐτῶν μὲν γὰρ τῶν εἰλημμένων οὐδαμῶς γίνεται τὸ ἀναγκαῖον* = propter huiusmodi assumptiones nihil fit necessarium ***b*** = per ea quae sumpta sunt nullo modo fit necessarium ***B***.

Eodem modo magis est perspicua recensio ***B*** ubi pro verbis graecis latine scriptis (qualia sunt « symmeter, asymmeter, ikos ») latina verba praebet (« commensurabilis, incommensurabilis, verisimilis »), vel contra pro ambiguo verbo latino « conditio » verbum graecum restituit « hypothesis » (28a7,50a16-32).

Recensiones duae non ita differentes sunt ut omni inter se cognatione carere credi possint, cum et illic ubi maxime differunt similitudinem talem praebeant quae casu exstare nequiverit. Neque coniici potest similitudinem ubique ex eo ortam esse quod peiorem recensionem meliore usus emendaverit editor antiquus

vel librarius quidam, cum errores complures evidentes in recensione ***b*** non sint correcti, et verba saepissime in quibus ambae conveniunt minimi sint momenti. Sed ubi editiones simillimae, non tamen prorsus eaedem, sunt, e complexione quadam duarum recensionum pristinarum textum Carnutensem partum esse crediderimus ; non tamen hoc modo exstitisse opinamur textum Florentinum, cum uniformis hic esse videatur, rarissime errore foedatus, varius contra Carnutensis et illic fallens ubi a Florentino differt. Quibus de causis coniecerimus Florentinam recensionem ***B*** fere puram ad nos pervenisse, Carnutensem contra editionem ***b*** compositam fuisse e partibus quibusdam — inter eas erant principium et finis operis, prima scilicet et extrema folia — recensionis prioris nobis partim ignotae quam *L* littera notamus, e partibus aliis recensionis posterioris, Florentinae scilicet ***B***, ceterum e partibus prioris valde secundum posteriorem correctis, simili nimirum modo ac in Categoriarum recensionibus componendis accidit [1]. Quae hic dicimus manifestiora fortassis faciet schema maius tabulae I (p. LVI).

2. *De editione Ambrosiana et de aliis editionibus compositis.*

Codices fere omnes quos vidimus, sive manu scripti sive impressi, neutram recensionem puram praebent, sed textus varie e duabus commixtos. Maximi esse momenti videtur editio, quam Ambrosiasnam vel ***m*** appellamus, codice optimo Mediolanensi I.195 inf. (*Zm*) fere pura servata, cum simplicissime e duabus recensionibus composita sit et pluribus in libris quam textus quilibet alius Priorum Analyticorum, quamvis non prorsus intacta, per saecula complura tradita sit. Editio ergo Ambrosiana capita primi libri 1-16 secundum recensionem Florentinam optime praebet, optimeque per reliquum totum opus recensionem Carnutensem. Hoc nota dignum est quod capita illa sedecim maxime in binis recensionibus diversa sunt, et facile credi potest editorem quendam antiquum excellentiam recensionis Florentinae intuitum ex hac illam partem transcripsisse, sed causam non vidisse cur Carnutensis per reliquas partes non esset describenda, vel etiam credidisse ex capite decimo septimo ambas omnino eundem proferre textum. Nisi coniiciendum sit mutilum quendam eumque com-

[1] Vide praefationem editionis nostrae (*Aristoteles Latinus* I.1-5, Bruges-Paris 1961), pp. XVIII-XIX.

mixtum textum recensionum *L* et ***B***, capitibus 1-16 carentem, hic illic traditum esse, eique auctorem primum editionis Carnutensis puram recensionem *L* capitum illorum praeposuisse, auctorem contra editionis Ambrosianae eorum recensionem puram ***B***, eo quodam modo ac tabula I (p. LVI) in minore schemate ostendit.

Quibus et quam multis modis vel ***B*** et ***b*** vel ***B***, ***b***, ***m*** per traditionem complexae sint, exempla codicum quibus maxime usi sumus, quamvis pauca, patefacere possunt, si tabulam in pagina sequenti delineatam lector benevolus inspiciat, in qua per singulas paginas Bekkerianas indicavimus ubi singuli recensionem ***B*** praebeant ; recensionem ***b*** praeberi intelligatur sicubi vacuum sit spatium ; quod si minor ***B*** inveniatur, hoc significat in illa pagina recensiones duas esse mixtas.

In qua patet tabula, praeter editionem Ambrosianam, editionem etiam fortasse exstitisse in qua priori toto libro secundum recensionem Florentinam descripto alter additus est plerumque secundum Carnutensem, aliamque editionem in qua editio fortasse Ambrosiana perpetue cum recensione Carnutensi (cap. 1-16) vel Florentina (17 usque ad finem) in primo libro contaminata est. Sed plura de his rebus dicemus cum cognationes librorum explicabimus (pp. LI-LIX).

Hic tantum addamus commentatores et expositores inter antiquissimos maxime nota dignos, Albertum dico Magnum, Robertum Kilwardby, Aegidium Romanum, Analyticorum Priorum textibus usos esse e duabus recensionibus mixtis et, ut videtur, editioni ***m*** simillimis ; eadem quoque dicenda forte sunt de Simone de Faversham quamquam eius quaestiones de Analyticis Prioribus paucas et brevissimas citationes tantum ex opere sumptas continent [1].

3. *Utrum translatio eiusque ambae recensiones sint Boethio adscribendae.*

Boethius ipse bis saltem testimonium profert se Analytica Priora latine reddidisse [2], sed diu dubitatum est num translatio

---

[1] Alberti expositionem in volumine I editionis Borgnet (Parisiis 1890, pp. 459-809) legimus, Roberti commentarium in duobus codicibus Oxoniensibus Collegii Mertoniani O.1.12 (280 Coxe) et O.2.5 (289 Coxe), Simonis de Faversham quaestiones in codice item Mertoniano O.1.8 (292 Coxe), Aegidii Romani commentarium in editione impressa Venetiis a. D. 1499 apud Simonem de Lovere.

[2] Vide infra, p. 432 sub num. 13 et 15.

Pagg. Bekk.	Ch	Gw	Ud	Zm	Yf	Bo	Nc	Vn	Pn	Xr	Nn	Xv	Pagg. Bekk.
24		B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	24
25		B		B	B	B	B	B	B	B	B	B	25
26				B	B	B	B	B	B	B	B	B	26
27				B	B	B	B	B	B	B	B	B	27
28				B	B	B	B	B	B	B	B	B	28
29				B	B	B	B	B	B	B	B	B	29
30				B	B	B	B	B	B	B	B	B	30
31			B		B	B	B	B	B	B	B	B	31
32					B	B	B	B	B	B	B	B	32
33					B	B	B	B	B	B	B	B	33
34			B		B	B	B	B	B	B	B	B	34
35					B	B	B	B	B	B	B	B	35
36			B		B	B	B	B	B	B	B	B	36
37					B	B	B	B	B		B	B	37
38					B	B	B	B	B		B	B	38
39					B	B	B	B	B		B	B	39
40					B	B	B	B	B		B	B	40
41		B			B	B	B	B	B		B	B	41
42					B	B	B	B	B		B	B	42
43					B	B	B	B	B		B	B	43
44											B	B	44
45							B		B		B	B	45
46					B	B	B	B	B	B	B	B	46
47					B	B	B	B	B	B	B	B	47
48					B	B	B	B	B		B	B	48
49					B	B	B	B	B		B	B	49
50					B	B	B	B	B		B	B	50
51					B	B	B	B	B	B	B	B	51
52					B	B	B	B	B	B	B	B	52
53										B	B	B	53
54										B	B	B	54
55										B	B	B	55
56										B	B	B	56
57										B	B	B	57
58								B	B	B	B	B	58
59								B	B	B	B	B	59
60										B	B	B	60
61										B	B	B	61
62										B	B	B	62
63										B	B	B	63
64										B	B	B	64
65						B	B			B	B	B	65
66								B	B	B	B	B	66
67									B	B	B	B	67
68									B	B	B	B	68
69									B	B	B	B	69
70									B	B	B	B	70

Bo = cod. Vatic. lat.2982 *Ch* = Carnut. 497 *Gw* = Glasg. U.6.10 *Nc* = Florent. Nat. Centr. II.II.14 *Nn* = Florent. Nat. Centr. C.S., J.6.34 *Pn* = Paris. Nat. 6290 *Ud* = Lond. Mus. Br. Arunt. 383 *Vn* = Ven. S. Marci VI.168 *Xr* = Florent. Ricc. 126 *Xv* = Vatic. lat. 2978 *Yf* = Florent. Laur. S. Cr. XI sin. 9 *Zm* = Mediol. Ambr. I.195 inf.

Spatia vacua recensionem Carnutensem indicant, maiores litterae B Florentinam, minores B e duabus mixtam.

eius ad nos pervenerit cum neque Cassiodorus eam inter libros logicos numeret, neque nomen ullum translatoris praebeant libri fere trecenti manu scripti et ii qui saeculo decimo quinto impressi sunt, neque Boethium ut versionis auctorem laudaverint qui opus hoc per illas aetates latine legerunt. Quod si inde ab anno fere MDXXV usque ad annum MDCCCLXII — breve quidem temporis spatium si cum saeculis quattuordecim et dimidio comparetur ex quo Boethius opus perfecit — omnes fere credidisse videntur interpretationis illius recensiones quas vel Faber Stapulensis vel Grynaeus vel alii ediderant Boethium habuisse auctorem, ex eo factum est quod Boethiana translatio Categoriarum, Libri De Interpretatione, necnon Introductionis Porphyrianae paucum mutata interpretisque antiqui prae se nomen ferens in unum volumen cum antiquis, emendatis tamen, textibus latinis — hisque anonymis — reliquarum Organi partium ligata est apud Wolfgangi Hopilii et Henrici Stephani officinam Parisiensem anno MDIII ; nomen translatoris quod parti tantum priori anno MDI impressae erat inscriptum, ceteris quoque partibus a lectoribus tributum est [1]. Quamquam anno MDXIV Ioannes Murmelius Leonardum Aretinum laudans adhuc scribere valebat « hac tempestate nulla Boethii interpretatio extat praeter quam Porphyrii et Praedicamentorum et *Περὶ ἑρμηνείας* librorum » [2], editor Complutensis anni MDXXV recensionem Stapulensem Analyticorum Priorum Boethio tribuit [3]. Iulius Martianus Rota Boethium logicum anno MDXLIII edens [4] Analytica Topica Elenchos inter eius scripta non accepit, sed iterum Stapulensem recensionem inter Opera Omnia Boethii recepit Henricus Loritus Glareanus anno MDXLVI, qui Priora et Posteriora necnon Topica et Elenchos addens pleniora quam editiones impressae anteriore dederant scripta Boethii dare voluit :

Ne quid in his Anitij Manlij Severini Boethii operibus possit amplius requiri, Priorum et Posteriorum Analyticorum [*addere debuerat*

---

[1] Vide infra p. XXXVIII, et quae scripsimus in commentatione de Iacobo Venetico (cf. p. XX adn. 2)

[2] In praefatione ad librum Boethii *De consolatione Philosophiae* (iterum edita inter Boethii Opera Omnia, Basileae 1570, p. 899).

[3] *Logicorum Libri duodeviginti... Divo Severino Boetio et Ioanne Argyropilo Byzantio alternatim interpretibus... Priorum primi partes duae* (scil. I.1-17) *Io. Argyro. interprete ; Priorum primi pars reliqua et secundus integre, Topicorum libri VIII, Elenchorum libri II Divo Seve. Boe. interprete...* Compluti opera et impensa Michaelis de Guia anno domini MDXXV.

[4] A.M.S. BOETHII... *Dialectica*, Venetiis 1543.

« Topicorum et Elenchorum »] Aristotelis libros latinitate ab hoc auctore donatos adiunximus, ubique studentes ne nostro officio defuisse videamur. (Boethii *Opera Omnia* I, Basileae 1546, p. 468).

Pluries deinde edita est recensio illa sub nomine Boethii. Sed etiam Grynaeus in tabula contentorum editionis latinae operum Aristotelis Basileensis anni MDXXXVIII [1] Boethio adscripsit Priorum textum quem vel ipse vel alius vir doctus e recensione Stapulensi derivatum partim novis verbis composuerat. Nullus tamen editorum illorum vel scriptorum qui usque ad annum MDCCCLXI [2] Boethium auctorem alteriusutrius recensionis fuisse crediderunt omnino incertam rem esse visi sunt perspicere.

Carolus tandem Schaarschmidt, anno MDCCCLXII de Ioannis Saresberiensis operibus et temporibus scribens [3], de hac re dubitare coepit, et interpretationem Analyticorum, Topicorum, Elenchorum Boethio in libris impressis tributam duxit vel mediae aetatis vel recentioris interpreti alicui esse tribuendam. Translatoris cuiusdam nomen laudaverat annis circiter MCLVII-MCLXIX Chronicon suum revisens Robertus de Monte, Iacobi scilicet clerici Veneti ; locum illum Chronici iam legerant et citaverant viri docti nonnulli [4]. Schaarschmidt errore quodam deductus Iacobum saeculo decimo tertio vixisse credidit, neque diserte illi tribui posse dixit interpretationem de qua agimus. Sed nullis rationibus nisus Valentinus Rose, pluribus sed non tam validis Carolus Schmidlin Iacobi nomine translationem inscribi voluerunt, quos secuti sunt Clemens Webb, Martinus Grabmann, Adolfus Hofmeister, Bernhardus Geyer [5]. Carolus Homerus Haskins contra, nec-

---

[1] Vide infra p. XXXVIII et Addenda, pp. 501-502.

[2] Plura de his rebus diximus in *Iacobus Veneticus Grecus Canonist and Translator of Aristotle*, « Traditio » VIII 1952, pp. 299-303.

[3] C. Schaarschmidt, *Johannes Saresberiensis nach Leben und Studien*, Lipsiae 1862, pp. 120-121.

[4] Locus primum typis impressus est anno MDCLI (Guiberti Abbatis S. Mariae de Novigento *Opera* ed. D'Achery, Parisiis 1651, p. 753) ; de eo pauca scripserunt Tiraboschi, *Storia della letteratura italiana* III, Modena 1773, p. 266 (ed. 1787, p. 343), A. Jourdain, *Recherches sur l'âge et l'origine des traductions latines d'Aristote*, Paris 1819, pp. 62-63, (iterum 1843, p. 58, et in germanica translatione, Halle 1831), V. Rose, *De Aristotelis librorum origine et auctoritate*, Berolini 1854, p. 256, C. Prantl, *Geschichte der Logik im Abendlande* II, Lipsiae 1861, p. 99 adnot. 3.

[5] V. Rose, *Die Lücke im Diogenes Laertius und der alte Übersetzer*, « Hermes » I 1866, p. 381 ; C. Schmidlin, *Die Philosophie Ottos von Freising*, « Philosophisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft » XVIII 1905, pp. 168-169 ; C. C.

non Georgius Lacombe et Aetius Franceschini argumenta nonnulla alicuius momenti adduxerunt quibus probabilitatis aliquid tribui posset ad Boethium auctorem habendum interpretationis communis Analyticorum, Topicorum, Elenchorum, non talia tamen ut de illa re certi vel fere certi fieri possemus [1].

Argumenta quibus probari potest Boethium vel ambarum vel alteriusutrius recensionis Analyticorum Priorum quae in plurimis libris manu scriptis inveniuntur nunc praebeantur.

Investigatio textuum omnium in media aetate vulgatorum tum operis de quo nunc agitur tum Posteriorum Analyticorum, Topicorum, Elenchorum patefecit vocabulorum usum et transferendi viam prorsus eadem esse — si minores quasdam variationes quas unus idemque interpres vitare non potest, vel progrediens et emendans vitare non vult, excipiamus — in Prioribus Analyticis, Topicis ac Elenchis, prorsus diversa in Posterioribus Analyticis ; ita ut concludere coacti simus unum eundemque interpretem illorum trium latinorum textuum auctorem fuisse, alium Posteriorum Analyticorum [2]. Cumque verborum usus et

---

WEBB, *Ioannis Saresberiensis Policraticus*, Oxoniae 1909, p. XXIV [sed vide adnotationem sequentem] ; M. GRABMANN, *Geschichte der scholastischen Methode* I, Freiburg in Br. 1909, p. 150, II 1911, pp. 70-71 ; A. HOFMEISTER, *Studien über Otto von Freising*, « Neues Archiv » XXXVII 1912, p. 663, et *Ottonis Frisingensis Chronica*, « Scriptores Rerum Germanicarum », ed. alt., Hannover et Leipzig 1912, p. 76 adnot. 2 ; B. GEYER, *Die alten lateinischen Übersetzungen der aristotelischen Analytik, Topik und Elenchik*, « Philosophisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft » XXX 1917, pp. 25-43.

[1] C. H. HASKINS, *Mediaeval Versions of the Posterior Analytics*, « Harvard Studies in Classical Philology » XXV 1914, pp. 93-98, et *Studies in the History of Mediaeval Science*, ed. alt., Cambridge Mass. 1927, pp. 229-234 ; G. LACOMBE etc., *Aristoteles Latinus, Codices* I, Romae 1939, pp. 46, 418 ; E. (Ae.) FRANCESCHINI, *Aristotele nel Medio Evo Latino* « Atti del IX Congresso Nazionale di Filosofia », Padova 1936, p. 6, et *Il contributo dell'Italia alla trasmissione del pensiero greco e la questione di Giacomo chierico di Venezia*, « Atti della XXVI Riunione della Soc. Ital. per il Progr. delle Scienze » 1937 (Roma 1938), pp. 300-301. — Postquam Haskins ostendit Boethium vere auctorem interpretationis esse posse, C. C. J. Webb (*Ioannis Saresberiensis Metalogicon*, Oxoniae 1929, passim) Boethii nomen locis nonnullis translationis illius adscripsit ; Martinus quoque Grabmann, qui usque ad annum MCMXXXVII Schmidlin secutus erat (*Bearbeitungen und Auslegungen der aristotelischen Logik*, « Abhandl. d. preuss. Akad. d. Wissensch. : philos.-hist. Kl. » 1937.V, p. 12), Aetii Franceschini argumentis perspectis in dubium reductus est (*Methoden und Hilfsmittel des Aristotelesstudiums im Mittelalter*, « Sitzungsber. d. bayer-Akad. d. Wissensch. : philos.-hist. Abteil. » 1939.V, p. 168, et *Aristoteles im zwölften Jahrhundert*, « Mediaeval Studies » XII 1950, p. 130 vel « Mittelalterliches Geistesleben » III, München 1956, p. 73.

[2] Documenta quaedam videas in supra citata commentatione *Iacobus Veneti-*

interpretandi via simillima sint in tribus illis scriptis ac in Boethii translationibus tum Porphyrii Isagoges tum Categoriarum et Libri De Interpretatione, Boethium ipsum eorum fuisse interpretem non est cur negemus.

Secundo, ostendimus Posteriorum Analyticorum translationem vulgatam Iacobum Veneticum confecisse, qui etiam Metaphysicam, Physicam, libros De Anima, Parvorum Naturaliam partes quasdam, commentaria Alexandri in Elenchos et Posteriora Analytica, commentarii cuiusdam in Physicam fragmentum saltem, scholia in Metaphysica, Elenchos fortasse ipsos transtulit, quae omnia ita differunt a Prioribus nostris Analyticis ut impossibile sit haec illi tribuere [1].

Tertio, fragmentum longius Topicorum secundum recensionem vulgatae cognatam sed ea correctiorem in codicibus saeculi decimi invenimus [2], quod e codice operum logicorum Boethii provenerat et cum eius libro De Divisione commixtum est. Quod si Boethio translatio illa abiudicare velimus antiquissimum alium interpretem Topicorum exstitisse statuendum erit et operum aliorum omnium quae eandem ac Topica originem habuerunt.

Quarto — quod iam viderat Georgius Lacombe [3] — Topicorum codex antiquissimus Oxoniensis Coll. Trinitatis 47, saec. XII$^{in.}$ notulam pro titulo praebet eodem tempore ac textus scriptam, in qua translationis Boethium fuisse auctorem asseritur.

Quinto, translatio vulgata Elenchorum Boethio nominatim tributa est in Summa Elenchorum ante finem saeculi duodecimi conscripta [4].

Sexto denique, fragmentum quoddam Analyticorum Priorum (« propositio ergo est oratio affirmativa vel negativa alicuius de

---

cus Grecus, pp. 283, 288-289, et *Note sull'Aristotele latino medievale* VI (*Boezio, Giacomo Veneto, Guglielmo di Moerbeke, Jacques Lefèvre d'Étaples e gli Elenchi Sofistici*), « Rivista di Filosofia Neo-Scolastica » XLIV 1952, pp. 398-400.

[1] Vide, praeter *Iacobus Veneticus Grecus*, etiam *Note sull'Aristotele latino medievale* VII (*Scolii greci alla Metafisica tradotti in latino da Giacomo Veneto*), « Rivista di Filosofia Neo-Scolastica » XLIV 1952, pp. 487-495 ; IX (*Gli Elenchi sofistici : redazioni contaminate colla ignota versione di Giacomo Veneto* [?] ; *frammenti dell'ignoto commento d'Alessandro*), ibid. XLVI 1954, pp. 223-231 ; XIV (*Frammenti del commento di Alessandro ai Secondi Analitici tradotto da Giacomo Veneto*), ibid. LIV (1962), sub prelo.

[2] *Note...* X (*I Topici nel X-XI secolo : due fogli del testo perduto della redazione boeziana definitiva*), ibid. L 1958, pp. 97-116.

[3] Vide supra, p. XXI, adnot. 1.

[4] Vide *Note...* VI, p. 401.

aliquo » 24a16-17) iisdem verbis a Boethio citatur in secundo commentario super Librum de Interpretatione ac in vulgata translatione exstant (p. 122 Meiser) [1].

Ex quibus omnibus argumentis concludendum nobis esse videtur translationem Priorum Analyticorum vulgatam Boethio esse adscribendam. Sed dubitari potest utra recensio sit genuina, utra vel ex toto vel partim spuria. Quae in primo huius praefationis capitulo diximus et exempla quae attulimus ostendere videntur recensionem Florentinam ***B*** non novam fuisse translationem, sed perfectiorem editionem unius eiusdemque translationis quae in recensione Carnutensi — ubi haec maxime ab illa differt — adhuc partim exstat. Et credere nos vetat recensionem meliorem et posteriorem omnino esse non Boethianam similitudo inter binas Analyticorum Priorum recensiones et binas Categoriarum et binas Topicorum [2], cum Categoriarum perfectior recensio a Boethio ipso ad opus commentandum in usum capta sit, et Topicorum perfectior ante saeculum decimum inter opera Boethii exstiterit. Nisi credendum sit — quod sane haud verisimile est — recensiones posteriores et potiores viro cuidam docto, fortasse Constantinopolitano, esse tribuendas et commentarium in Categorias perpetue ad revisam emendatamque translationem esse concinnatum.

4. *Librorum manu scriptorum brevis catalogus.*

Libri omnes translationem Boethii continentes manu scripti quorum notitiam habemus in magno Aristotelis Latini catalogo [3] ample descripti sunt ; eos hic breviter uno ordine recensemus non distinguentes qui recensionem Florentinam, qui Carnutensem, qui compositas variasque editiones praebeant. In marginibus si-

---

[1] De his fere omnibus rebus, praecipue de transferendi rationibus ac verborum usu multo plura diximus in opere quod numquam prelo dedimus, cuius tamen exemplar in Bibliotheca Oxoniensi Bodleiana exstat, *The Methods of the Mediaeval Translators of Greek Philosophical Works into Latin*, 1947, pp. 93-263.

[2] Vide quae in praefatione Categoriarum a nobis editis (*Aristoteles Latinus* I.1-5, Bruges-Paris 1961, p. XX) diximus. Plura similitudinis exempla inter binas recensiones Analyticorum et Categoriarum inveniet lector si vel textus vel indices nostros verborum conferat.

[3] Georgius Lacombe etc., *Aristoteles Latinus : Codices*, supplementis indicibusque instruxit L. Minio-Paluello : I, Romae 1939 (iterum impressum Bruges-Paris 1957) ; II, Cantabrigiae 1955 ; *Supplementa Altera* ed. L. M.-P., Bruges-Paris 1961.

gla bilittera addidimus si quos libros in usum ad editionem vel adnotationem vel appendicem componendas adhibuerimus ; aliis signis haec indicare voluimus :

†† = textum Analyticorum integre contulimus
† = » » partim »
* = codicem ipsum inspeximus
κ = textum contulimus codice ipso usi,
Φ = » » photographiis maioribus,
ϕ = » » photographiis minimis.

Uniuscuiusque codicis descriptioni inter uncos quadratos numerum adiecimus quo in recensione magna A[ristotelis] L[atini] librorum signatus est ; index parvus '1' volumen primum significat, '2' secundum, 's' Supplementa Altera.

1. Abrincensis, bibliothecae municipalis, 224 : saec. XIII$^{ex.}$, e monasterio S. Michaelis in Periculo Maris : fol. 4^{r}-48^{v}. [A.L.^{1} 403]

† *Ac* 2. Abrincensis, bibliothecae municipalis, 227 : saec. XIII$^{ex.}$, e monasterio S. Michaelis in Periculo Maris : fol. 118^{r}-164^{r}. [A.L.^{1} 404] ϕ

* 3. Ambianensis, bibliothecae municipalis, 403 : saec. XIII-XIV, e monasterio S. Petri Corbeiensi : fol. 145^{r}-199^{v}. [A.L.^{1,s} 409]

* 4. Ambianensis, bibliothecae municipalis, 404 : saec. XIII-XIV, e monasterio S. Petri Corbeiensi : fol. 1^{r}-27^{v}. [A.L.^{1,s} 410]

* 5. Assisiensis, bibliothecae communalis, 286 : saec. XIV : fol. 1^{r}-40^{v}. [A.L.^{2} 1261]

* 6. Assisiensis, bibliothecae communalis, 296 : saec. XIV : fol. 119^{r}-153^{v}. [A.L.^{2} 1263]

* 7. Assisiensis, bibliothecae communalis, 327 : saec. XIV : fol. 181^{r}-233^{v}. [A.L.^{2} 1265]

*† *As* 8. Assisiensis, bibliothecae communalis, 658 : saec. XIII$^{in.}$: fol. 203^{r}-255^{v}. [A.L.^{2,s} 1266] ϕ

9. Atrebatensis, bibliothecae municipalis, 224 (162) : saec. XIII-XIV : fol. 79^{r}-113^{v}. [A.L.^{1} 413]

10. Atrebatensis, bibliothecae municipalis 362 (451) : saec. XIII, e monasterio S. Antonii Caelestinorum Ambianensi : fol. 23^{v}-45^{r}. Multa folia desunt. [A.L.^{1} 414]

11. Audomarensis, bibliothecae municipalis, 620 : saec. XIII, e bibliotheca ecclesiae S. Bertini Audomarensis : fol. 2^{r}-35^{r}. [A.L.^{1} 430]

12. Ausciacensis, bibliothecae municipalis, 11 : saec. XIII : fol. 138^{v}-193^{v}. [A.L.^{1} 438]

13. Avenionensis, bibliothecae municipalis, 1072 : saec. XIII, e conventu Fratrum Praedicatorum Avenionensi : fol. 122^{r}-153^{v}. [A.L.^{1} 439]

14. Avenionensis, bibliothecae municipalis, 1073 : saec. xiii, e conventu Fratrum Praedicatorum Avenionensi : fol. 1r-27v. [A.L.1 440]
Incipit in cap. 16 libri prioris.
15. Avenionensis, bibliothecae municipalis, 1076 : saec. xiii, e conventu Fratrum Praedicatorum Avenionensi : fol. 90v-132v. [A.L.1 443]
16. Avenionensis, bibliothecae municipalis, 1079 : saec. xiv, e conventu Fratrum Praedicatorum Avenionensi : fol. 57r-118v. [A.L.1 444]
17. Avenionensis, bibliothecae municipalis, 1080 : saec. xiv, e conventu Fratrum Praedicatorum Avenionensi : fol. 29r-88v. [A.L.1 445]
18. Baltimorensis, bibliothecae Walterianae, J.IV.17 : saec. xiiiex. : fol. 132r-218v. [A.L.1 2]
Deest initium et finis.
19. Bambergensis, bibliothecae publicae, Classici 58-II (H.J.IV, 27) : saec. xvex. : fol. 71r-154r. [A.L.1 794]
20. Barcinonensis, archivi Coronae Aragoniae, Ripoll 135 : saec. xiv : fol. 1r-50v. [A.L.2 1174]
21. Basileensis, bibliothecae universitatis, F.I.1 : saec. xivin., e bibliotheca Carthusiensium Basileensium : fol. 193v-246r. [A.L.2 1122]
22. Basileensis, bibliothecae universitatis, F.I.5 : saec. xv, e bibliotheca Carthusiensium Basileensium : fol. 148r-247v. [A.L.2 1125]
23. Basileensis, bibliothecae universitatis, F.I.25 : saec. xivin. : fol. 62r-97r. [A.L.2 1128]
24. Berolinensis, bibliothecae Germanicae publicae, lat. Qu. 393 : saec. xiiiex. : fol. 1r-36r. [A.L.1,s 823]
Nunc Marburgi asservatur, apud bibliothecam Germaniae Occidentalis. — Initium operis deest.
25. Berolinensis, bibliothecae Germanicae publicae, lat. Qu. 475 : saec. xivin. : fol. 48v-101v. [A.L.1,s 825]
Nunc Marburgi asservatur, apud bibliothecam Germaniae Occidentalis.
26. Bostoniensis, bibliothecae publicae, Ms. 1487 : saec. xiii, e monasterio Cisterciensium Hohenfurtensi : fol. 184r-236v. [A.L.1,s Addenda 180]
27. Brugensis, bibliothecae Seminarii Maioris, 100/113 : saec. xiiiex., e monasterio S. Mariae Dunensi : fol. 188r-230r. [A.L.1 162]
Desunt tria prima capitula.
28. Bruxellensis, bibliothecae regiae, 1986-95 (2905) : saec. xiii, e collegio Iesuitarum Lovaniensi : fol. 100r-153v. [A.L.1 168]
29. Bruxellensis, bibliothecae regiae, 5083-91 (2906) : saec. xiiiex., e collegio Iesuitarum Lovaniensi : fol. 115r-158v. [A.L.1 170]
30. Caesenas, bibliothecae Malatestianae, plut. xxii dext. 6 : saec. xiv : fol. 157r-202v. [A.L.2,s 1298]
31. Camberiacensis, bibliothecae municipalis, 27 : saec. xiii-xiv : fol. 118r-178v. [A.L.1 456]
Deficit initium usque ad medium capitulum secundum libri prioris.
32. Campililiensis, bibliothecae monasterii, 153 : saec. xiv : fol. 89r-143r. [A.L.1 40]
33. Cantabrigiensis (Amer.), bibliothecae Harvardianae, lat. 38 : saec. xivin. : pag. 80-90. [A.L.1 8]
Continet quartam tantum partem operis.

* 34. CANTABRIGIENSIS (Angl.), bibliothecae Aulae Valencae Mariae, 193 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 165^{r}-214^{v}. [A.L.^{1} 221]

* 35. CANTABRIGIENSIS (Angl.), bibliothecae Collegii Gonvillae et Caii, 458/396 : saec. XIII-XIV : fol. 1^{r}-33^{v}. [A.L.^{1} 229]
Initium deest.

* 36. CANTABRIGIENSIS (Angl.), bibliothecae Collegii Gonvillae et Caii, 466/573 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 54^{r}-108^{v}. [A.L.^{1,s} 231]

* 37. CANTABRIGIENSIS (Angl.), bibliothecae Collegii Gonvillae et Caii, 468/575 : saec. XIII-XIV : pag. 277-366. [A.L.^{1} 232]

* 38. CANTABRIGIENSIS (Angl.), bibliothecae Collegii Gonvillae et Caii, 494/263 : saec. XIII : fol. 133^{v}-172^{v}. [A.L.^{1,s} 236]

* 39. CANTABRIGIENSIS (Angl.), bibliothecae Musei Fitzwilliamensis, 252 : saec. XIV, e bibliotheca Phillippica : fol. 37^{r}-53^{r}. [A.L.^{2} 1906]

†† *Ch* 40. CARNUTENSIS, bibliothecae municipalis, 497 : saec. XII : fol. 296^{r}-318^{v}. [A.L.^{1,s} 474] *ϕ*
Codex ipse anno MCMXLIV bellico igne combustus est, sed eius imagines photographicae parvae in sua bibliotheca, necnon Oxoniae apud bibliothecam Bodleianam et Toronti apud bibliothecam Institutionis Pontificiae Mediaevalium Studiorum exstant.

41. CAROLOPOLITANUS, bibliothecae municipalis, 39 : saec. XIII, e monasterio Bellavallensi : fol. 152^{r}-185^{r}. [A.L.^{1} 465]

42. CAROLOPOLITANUS, bibliothecae municipalis, 250 : saec. XIII$^{ex.}$, e monasterio Bellavallensi : fol. 91^{r}-144^{v}. [A.L.^{1} 468]

*† *Kn* 43. CLAUSTRONEOBURGENSIS, bibliothecae monasterii, 1098 : saec. XII$^{ex.}$: fol. 180^{r}-213^{r}. [A.L.^{1,s} 51] *κϕ*

44. COLONIENSIS, archivi urbici, Kasten A.n.73 : fol. 1^{r}-3^{v}. [A.L.^{s} A.21]
Partes quaedam libri secundi.

45. CRACOVIENSIS, bibliothecae Jagellonicae, 728 : saec. XV : fol. 105^{v}-141^{v}. [A.L.^{2,s} 1680]

46. CRACOVIENSIS, bibliothecae Jagellonicae, 1893 : saec. XV : fol. 1^{r}-75^{r}. [A.L.^{2,s} 1682]

47. CRACOVIENSIS, bibliothecae Jagellonicae, 1902 : saec. XV : fol. 2^{r}-133^{r}. [A.L.^{2,s} 1685]

48. CREMIFANENSIS, bibliothecae monasterii, 123 : saec. XIII$^{ex.}$: 174^{r}-206^{v}. [A.L.^{1} 52]

49. DERTUSIENSIS, bibl. Capituli, 107 : saec. XIII : fol. 163^{r}-240^{r}. [A.L.^{2} 1177]

50. DESSAVIENSIS, bibliothecae publicae, G.209 : saec. XIII. [A.L.^{s} A.4]

51. DUNELMENSIS, bibliothecae Capituli, C.I.16 : saec. XIV : fol. 171^{r}-217^{v}. [A.L.^{1} 268]

† *Dr* 52. DUNELMENSIS, bibliothecae Capituli, C.IV.16 : saec. XIII$^{in.}$: fol. 74^{r}-131^{r}. [A.L.^{1} 276] *Φ*

† *Dh* 53. DUNELMENSIS, bibliothecae Capituli, C.IV.17 : saec. XIII-XIV : fol. 129^{v}-198^{v}. [A.L.^{1} 277] *Φ*

† *Dm* 54. DUNELMENSIS, bibliothecae Capituli, C.IV.19 : saec. XIII : fol. 109^{r}-162^{v}. [A.L.^{1} 279] *Φ*

* inspexi †† integre, † partim contuli *κ* codice ipso usus sum, *Φ* maioribus, *ϕ* minoribus photographiis

55. ERFORDIENSIS, bibliothecae urbicae, Amplon. Fol. 22 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 70^{v}-111^{v}. [A.L.^{1} 858]

56. ERFORDIENSIS, bibliothecae urbicae, Amplon. Fol. 39 : saec. XIII, e bibliotheca Collegii Portae Coeli Erfordiensis : fol. 179^{v}-227^{v}. [A.L.^{1} 873]

57. ERFORDIENSIS, bibliothecae urbicae, Amplon. Qu. 20 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 106^{r}-136^{v}. [A.L.^{1} 893]

58. ERFORDIENSIS, bibliothecae urbicae, Amplon. Qu. 248 : saec. XIII$^{ex.}$, e bibliotheca Portae Coeli : fol. 98^{r}-119^{r}. [A.L.^{1} 898]

59. ERLANGENSIS, bibliothecae universitatis, 192 (olim 514) : saec. XIII-XIV, e monasterio Hailsbrunnensi : fol. 191^{r}-251^{v}. [A.L.^{1,s} 910]

60. ERLANGENSIS, bibliothecae universitatis, 194 (olim 534) : saec. XIV$^{in.}$, e monasterio Hailsbrunnensi : fol. 185^{r}-279^{r}. [A.L.^{1,s} 912]

*† *Gi* 61. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Gadd. 89 sup. 76 : saec. XIII : fol. 175^{r}-227^{v}. [A.L.^{2,s} 1341] κφ

*† *Lf* 62. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Leop. Med. Fesul. 170 : saec. XIV : fol. 156^{r}-229^{v}. [A.L.^{2,s} 1349] κφ

* 63. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis II sin. 9 : saec. XIV : fol. 109^{r}-159^{v}. [A.L.^{2} 1352]

* 64. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis XI sin. 1 : saec. XIII-XIV : fol. 137^{r}-192^{v}. [A.L.^{2} 1354]

* 65. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis XI sin. 2 : saec. XIII-XIV : fol. 115^{v}-165^{v}. [A.L.^{2} 1355]

* 66. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis XI sin. 3 : saec. XIII : fol. 195^{r}-247^{r}. [A.L.^{2} 1356]

* 67. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis XI sin. 4 : saec. XIII-XIV : fol. 101^{r}-139^{v}. [A.L.^{2} 1357]

* 68. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis XI sin. 5 : saec. XIII : fol. 87^{r}-121^{v}. [A.L.^{2} 1358]

* 69. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis XI sin. 6 : saec. XIII : fol. 63^{r}-100^{v}. [A.L.^{2} 1359]

* 70. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis XI sin. 7 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 73^{r}-100^{v}. [A.L.^{2} 1360]

*†† *Yf* 71. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis XI sin. 9 : saec. XII-XIII : fol. 97^{r}-134^{v}. [A.L.^{2,s} 1361] κφ

* 72. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Crucis XI sin. 10 : saec. XIV : fol. 40^{v}-69^{v}. [A.L.^{2} 1362]

* 73. FLORENTINUS, bibliothecae Mediceo-Laurentianae, S. Marci 101 : saec. XIV : fol. 133^{v}-177^{r}. [A.L.^{2} 1381]

*†† *Nc* 74. FLORENTINUS, bibliothecae nationalis centralis, II.II.14 : saec. XIV : fol. 90^{r}-125^{r}. [A.L.^{2} 1393] κφ

* 75. FLORENTINUS, bibliothecae nationalis centralis, Conv. Soppr. B.10. 2856 : saec. XV, e Badia Florentina : fol. 64^{v}-95^{v}. [A.L.^{2} 1398]

* 76. FLORENTINUS, bibliothecae nationalis centralis, Conv. Soppr. C.9. 2821 : saec. XIII, e Badia Florentina : fol. 89^{r}-137^{v}. [A.L.^{2,s} 1399]

*†† *Nn* 77. FLORENTINUS, bibliothecae nationalis centralis, Conv. Soppr. J.6.34 : κφ

* inspexi †† integre, † partim contuli κ codice ipso usus sum, φ minoribus photographiis

saec. XII, e bibliotheca Nicolai de Nicolis et conventus S. Marci : fol. 1v-87r. [A.L.2,s 1412]

In marginibus et inter lineas commentarium e graeco translatum continet quod pp. 295-372 edimus.

* 78. FLORENTINUS, bibliothecae nationalis centralis, Conv. Soppr. J.10.12 : saec. XIV, e conventu S. Marci : fol. 158v-210r. [A.L.2 1415]

*†† *Xr* 79. FLORENTINUS, bibliothecae Riccardianae, 126 : saec. XIIex. : fol. 1r-36r. [A.L.2,s 1420] *κϕ*

* 80. FLORENTINUS, bibliothecae Riccardianae, 160 : saec. XIII-XIV : fol. 233r-306r. [A.L.2 1421]

81. FRANCOFURTANUS, bibliothecae municipalis, Dominicanus 1224 : saec. XV : 61r-134r. [A.L.1 922]

82. GERUNDENSIS, bibliothecae Capituli, 82 : saec. XIV : fol. 1r-40r. [A.L.2 1180]

*†† *Gw* 83. GLASGUENSIS, bibliothecae universitatis, U.6.10 : saec. XII-XIII : fol. 1r-28r. [A.L.1 283] *κΦ*

84. GOTHANUS, bibliothecae ducalis, I membran. 94 : saec. XIII-XIV : pag. 1-96. [A.L.1 928]

Desunt capitula 4 et 5 libri posterioris.

85. GRATIANOPOLITANUS, bibliothecae municipalis, 707 : saec. XIV : fol. 81r-127r. [A.L.1 481]

86. GUELFERBYTANUS, bibliothecae ducalis, 23.23. Aug. 4to : saec. XV : fol. 28r-82v. [A.L.1 939]

Finis deest.

87. HALENSIS, bibliothecae universitatis, Yg.2o.3 : saec. XIII-XIV : fol. 140r-187v. [A.L.1 947]

88. HISPALENSIS, bibliothecae Capituli, Colomb. 7.3.31 : saec. XIII-XIV : fol. 79r-128r. [A.L.2 1182]

HOHENFURTENSIS, bibliothecae monasterii Cisterciensium, XCIV : vide supra, num. 26.

89. LAUDUNENSIS, bibliothecae municipalis, 433 : saec. XIII, e bibliotheca Beatae Mariae Laudunensis : fol. 79r-122r. [A.L.1 484]

90. LAUDUNENSIS, bibliothecae municipalis, 435 : saec. XIII, e bibliotheca Beatae Mariae Laudunensis : fol. 94v-129v. [A.L.1 486]

91. LAUDUNENSIS, bibliothecae municipalis, 435bis : saec. XIII, e bibliotheca Beatae Mariae Laudunensis : fol. 93r-131r. [A.L.1 487]

92. LINCOLNIENSIS, bibliothecae Capituli, manuscr. fragm. 48. [A.L.2 1950]

Fragmentum hoc continet capitulum I.45 inde a 50b18 usque ad 51a23 et inde a 51a38 usque ad 51b38.

93. LIPSIENSIS, bibliothecae universitatis, 1349 : saec. XIVin. : fol. 1r-38r. [A.L.1 969]

94. LIPSIENSIS, bibliothecae universitatis, 1352 : saec. XIII-XIV : fol. 148r-207r. [A.L.1 971]

Deest finis.

95. LIPSIENSIS, bibliothecae universitatis, 1353 : saec. XIII-XIV : fol. 142r-202r. [A.L.1 972]

* inspexi †† integre contuli *κ* codice ipso usus sum, *Φ* maioribus, *ϕ* minoribus photographiis

96. Lipsiensis, bibliothecae universitatis, 1354 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 129^{v}-166^{r}. [A.L.^{1} 973]

* 97. Londinensis, bibliothecae domus Lambethanae, 423 : sace. XIII : fol. 1^{r}-30^{r}. [A.L.^{1} 288]

*† *Dd* 98. Londinensis, musei Britannici, Add. 18374 : saec. XIII-XIV, e conventu Fratrum Praedicatorum Vindobonensi : fol. 269^{r}-300^{v}. [A.L.^{1} 291] κ

*†† *Ud* 99. Londinensis, musei Britannici, Aruntinianus 383 : saec. XIII$^{ex.}$, e Carthusia Moguntina (?) : fol. 118^{r}-171^{v}. [A.L.^{1,s} 294] κ

*† *Un* 100. Londinensis, musei Britannici, Aruntinianus, 392 : saec. XIII : fol. 61^{r}-94^{r}. [A.L.^{I,s} 295] κ

*† *Uy* 101. Londinensis, musei Britannici, Burneianus 275 : saec. XIV$^{in.}$: fol. 184^{r}-205^{r}. [A.L.^{1} 298] κ

*† 102. Londinensis, musei Britannici, Harleianus 3272 : saec. XIV$^{in.}$: fol. 73^{r}-99^{v}. [A.L.^{1} 300] κ

*† *Ly* 103. Londinensis, musei Britannici, Regius 12.D.II : saec. XIII : fol. 113^{r}-171^{r}. [A.L.^{I,s} 311] κ

*† 104. Londinensis, musei Britannici, Regius 15.B.IV : saec. XII-XIII : fol. 93^{r}-96^{v}. [A.L.^{s} 2046] κ

Folia haec continent capitula I.32-45, inde a « Quomodo autem reducemus... » 46b40 usque ad « Eorum vero syllogismorum qui sunt in secunda » 50b17.

105. Lugdunensis, bibliothecae municipalis, 244 (176) : saec. XIII : fol. 86^{r}-136^{r}. [A.L.^{1} 489]

106. Mantuanus, bibliothecae communalis, D.III.16 : saec. XIII : fol. 130^{r}-164^{v}. [A.L.^{2} 1431]

* 107. Matritensis, bibliothecae nationalis, 1563 : saec. XIII-XIV : fol. 1^{r}-32^{v}. [A.L.^{2} 1194]

* 108. Matritensis, bibliothecae nationalis, 1564 : saec. XIII-XIV : fol. 1^{r}-40^{r}. [A.L.^{2} 1195]

* 109. Matritensis, bibliothecae nationalis, 3126 : saec. XIV : fol. 116^{r}-164^{v}. [A.L.^{2} 1197]

*† *Mt* 110. Matritensis, bibliothecae nationalis, 3443 : saec. XIII$^{in.}$: fol. 50^{r}-65^{v}. [A.L.^{2} 1200] ϕ

* 111. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, B.87 sup. : saec. XIV, e conventu S. Mariae Incoronatae : fol. 189^{r}-249^{r}. [A.L.^{2} 1434]

* 112. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, H.138 inf. : saec. XIII : fol. 108^{r}-163^{r}. [A.L.^{2} 1448]

*†† *Zm* 113. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, I.195 inf. : saec. XII : fol. 55^{v}-72^{v}. [A.L.^{2} 1450] Φ

* 114. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, L. 60 sup. : saec. XIV, e conventu S. Mariae Incoronatae : fol. 209^{r}-264^{v}. [A.L.^{2} 1451]

* 115. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, M.96 sup. : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 1^{r}-55^{r}. [A.L.^{2} 1453]

* 116. Mediolanensis, bibliothecae Ambrosianae, R.55 sup. : saec. XIII : fol. 151^{r}-193^{r}. [A.L.^{2} 1455]

* inspexi †† integre, † partim contuli κ codice ipso usus sum, Φ maioribus, ϕ minoribus photographiis

117. Mellicensis, bibliothecae monasterii, 839 (olim 916 Q.53) : saec. xiv : fol. 121r-162v. [A.L.s 2018]

118. Mellicensis, bibliothecae monasterii, 1675 (olim 852 P.42) : saec. xiv, scriptus Pragae : fol. 1r-72r. [A.L.1,s 64]

119. Mellicensis, bibliothecae monasterii, 1712 (olim 940 R.20) : saec. xiv : fol. 91r-144v (?). [A.L.1,s 66]

120. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 6695 : saec. xv : fol. 202r-281r. [A.L.1 1031]

121. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 9677 : saec. xiii, e bibliotheca S. Petri in Obernaltach : pag. 145-219. [A.L.1 1044]

122. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 9678 : saec. xiii, e bibliotheca S. Petri in Obernaltach : fol. 57r-90v. [A.L.1 1045]

123. Monacensis. bibliothecae publicae Bavaricae, clm 11601 : saec. xv : fol. 207rv. [A.L.1 1047]
Hoc folium continet initium tantum operis.

124. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 14598 : saec. xiv, e monasterio S. Emmerani Ratisbonensi : fol. 1r-49v. [A.L.1 1061]

125. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 16123 : saec. xiv, e monasterio S. Nicolai Patavino : fol. 121r-162v. [A.L.1 1065]

126. Monacensis, bibliothecae publicae Bavaricae, clm 23459 : saec. xiv-xv : fol. 92r-123v. [A.L.1 1078]

127. Montepessulanus, bibliothecae facultatis medicinae, 162 : saec. xiii-xiv : fol. 136r-163r. [A.L.1 495]

128. Neapolitanus, bibliothecae nationalis, VIII.E.6 : saec. xiv : fol. 69r-92v. [A.L.2 1473]

129. Neapolitanus, bibliothecae nationalis, VIII.E.10 : saec. xiv : fol. 14v-31r. [A.L.2 1474]

130. Neapolitanus, bibliothecae nationalis, VIII.E.14 : saec. xiiiin. : fol. 1r-33r. [A.L.2 1475]

131. Neo-Eboracensis, bibliothecae Columbianae, X.88.Ar.512 : saec. xivin., e conventu S. Marci Florentino : fol. 89r-138r. [A.L.1 15]

132. Norimbergensis, bibliothecae municipalis, Cent.V.54 : saec. xiiiex. : fol. 41r-62v. [A.L.1 1090]

133. Olisiponensis, bibliothecae nationalis, Alcobaza 377 (nunc 77) : saec. xiv : fol. 125r-191r. [A.L.2 1659]

*†† *Of* 134. Oxoniensis, bibliothecae Bodleianae, Canon. lat. class. 188 : saec. xiv : fol. 101r-141v. [A.L.1 325] κ

*† 135. Oxoniensis, bibliothecae Bodleianae, lat. class. d.35 : saec. xiii-xiv, e bibliotheca Phillippica : fol. 55r-90v. [A.L.2 1916] κ

*†† 136. Oxoniensis, bibliothecae Bodleianae, Rawlins. D. 893 : saec. xiiiin. : fol. 125r-126v. [A.L.1 337] κ
Fragmentum.

*†† *Od* 137. Oxoniensis, bibliothecae Collegii Balliolensis, 253 : saec. xiii : fol. 157v-209v. [A.L.1 356] κ

138. Oxoniensis, bibliothecae Collegii Jesu, E.4.11.Gall. : folia duo.
Fragmentum. [A.L.2 1975]

* inspexi †† integre, † partim contuli κ codice ipso usus sum

139. Oxoniensis, bibliothecae Collegii Novi, B.30.6 : saec. xiii : folia duo. Fragmentum. [A.L.^{2} 1990]

140. Oxoniensis, bibliothecae Collegii Omnium Animarum, S.R. 77.c.3. Fragmenta. [A.L.^{2} 1993]

141. Oxoniensis, bibliothecae Collegii S. Mariae Magdalenae, lat. 187 : saec. xiv : fol. 185^{r}-247^{v}. [A.L.^{1} 362]
Prima folia singulorum librorum abscisa sunt.

142. Oxoniensis, bibliothecae Collegii S. Mariae Magdalenae, lat. 271 : saec. xiii-xiv : fol. 16^{r}-17^{v}. [A.L.^{2} 1981]
Fragmentum.

* 143. Parisinus, bibliothecae Arsenalis, 727 : saec. xiii$^{ex.}$: fol. 169^{r}-214^{v}. [A.L.^{1} 508]

* 144. Parisinus, bibliothecae Arsenalis, 728 : saec. xiv$^{in.}$: fol. 116^{r}-145^{r}. [A.L.^{1} 509]

* 145. Parisinus, bibliothecae Instituti Catholici, ms. lat. 2 : saec. xiii : fol. 1^{r}-55^{r}. [A.L.^{1} 516]

* 146. Parisinus, bibliothecae Mazarineae, 3470 : saec. xiii : fol. 163^{r}-222^{v}. [A.L.^{1,s} 532]

* 147. Parisinus, bibliothecae Mazarineae, 3471 : saec. xiii-xiv : fol. 198^{r}-255^{v}. [A.L.^{1} 533]

*† *Zb* 148. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 6289 : saec. xiii-xiv : fol. 175^{v}-229^{r}. [A.L.^{1} 545] κφ

*†† *Pn* 149. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 6290 : saec. xiii : fol. 30^{r}-52^{r}. [A.L.^{1} 546] φ

*† *W z* 150. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 6291 : saec. xiii$^{ex.}$: fol. 75^{r}-115^{r}. [A.L.^{1,s} 547] κ

*† 151. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 6291A : saec. xiii$^{ex.}$: fol. 100^{r}-162^{v}. [A.L.^{1} 548] κ

*† 152. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 6292 : saec. xv : fol. 57^{v}-129^{r}. [A.L.^{1} 549] κ

*† 153. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 6293 : saec. xiii : fol. 92^{v}-142^{v}. [A.L.^{1} 550] κ

* 154. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 6294 : saec. xiii : fol. 139^{r}-226^{v}. [A.L.^{1} 551]

* 155. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 6576 : saec. xiii : fol. 79^{r}-130^{r}. [A.L.^{1} 593]

* 156. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 7766 : saec. xiii : fol. 86^{r}-134^{r}. [A.L.^{1} 611]

* 157. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 10202 : saec. xiii : fol. 68^{v}-93^{v}. [A.L.^{1} 614]

*† 158. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 11116 : saec. xiii, e conventu S. Dionysii Remensi : fol. 55^{r}-98^{r}. [A.L.^{1} 616] φ

* 159. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 12950 : saec. xiii, e conventu S. Germani a Pratis : fol. 55^{r}-82^{v}. [A.L.^{1} 622]

* 160. Parisinus, bibliothecae nationalis, lat. 12956 : saec. xiii$^{ex.}$, e monasterio S. Petri Corbeiensi et conventu S. Germani a Pratis : fol. 148^{r}-206^{v}. [A.L.^{1,s} 628]

* inspexi †† integre, † partim contuli κ codice ipso usus sum, φ minoribus photographiis

* 161. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 13937 : saec. XIII, e conventu S. Germani a Pratis : fol. 78r-125v. [A.L.1,s 629]

* 162. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 13939 : saec. XIII, e monasterio S. Germani a Pratis : fol. 1r-21r. [A.L.1,s 631]

Desunt octo folia ante fol. 1 et octo post fol. 8.

* 163. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 14697 : saec. XIII, e monasterio S. Victoris : fol. 147r-189r. [A.L.1 638]

*† *Za* 164. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 15088 : saec. XIII, e monasterio S. Victoris : fol. 218v-285v. [A.L.1 650] *φ*

*† *Gf* 165. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16080 : saec. XIII, e bibliothecis Godefridi de Fontibus et Collegii Sorbonensis : fol. 72r-95r. [A.L.1,s 656] *φ*

* 166. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16092 : saec. XIII, e bibliotheca Collegii Sorbonensis : fol. 147r-186v. [A.L.1 666]

*† *Sγ* 167. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16595 : saec. XIIIex., e bibliotheca Collegii Sorbonensis : fol. 76r-126v. [A.L.1 695] *φ*

* 168. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16596 : saec. XIII, e bibliotheca Collegii Sorbonensis : fol. 97r-149r. [A.L.1 696]

* 169. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16597 : saec. XIII-XIV, e bibliotheca Collegii Sorbonensis : fol. 157r-202r. [A.L.1 697]

* 170. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 16599 : saec. XIII, e bibliotheca collegii Sorbonensis : fol. 2r-58r. [A.L.1 698]

* 171. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 17806 : saec. XIII, e bibliotheca Ecclesiae metropolitanae Parisiensis : fol. 164v-217v. [A.L.1 709]

* 172. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 17807 : saec. XIIIex., e bibliotheca Collegii Navarrae : fol. 141r-212v. [A.L.1 710]

* 173. PARISINUS, bibliothecae nationalis, lat. 17808 : saec. XIIIex., e bibliotheca monasterii S. Cornelii Compendiensis : fol. 1r-22v. [A.L.1 711]

*† *Aa* 174. PATAVINUS, bibliothecae Antonianae, XVIII.401 : saec. XIVin. : fol. 164r-212v. [A.L.2,s 1505] *κφ*

Maximam partem libri alterius (53a16-b39 et 55a21-69b15) secundum translationem anonymam praebet hic codex (vide infra, p. LXX), reliqua secundum Boethianam.

* 175. PATAVINUS, bibliothecae Antonianae, XXI.485 : saec. XIV : fol. 68r-93v. [A.L.2 1510]

* 176. PATAVINUS, bibliothecae Antonianae, XXII.557 : saec. XIII : fol. 134r-176r. [A.L.2 1512]

*† *Po* 177. PATAVINUS, bibliothecae universitatis, 848 : saec. XIV, e monasterio Eremitarum S. Augustini Patavino : fol. 65r-103v. [A.L.2 1521] *κ*

178. PHILADELPHIENSIS, bibliothecae publicae, J. F. Lewis 166 : saec. XIVin. [A.L.s 2192]

179. PLAGENSIS, bibliothecae monasterii, 7.Cpl.(474b)60 : saec. XIII : fol. 87r-138r. [A.L.1 69]

180. PRAGENSIS, bibliothecae Capituli, L.LXII : saec. XIIIex. : fol. 1r-49r. [A.L.1 191]

* inspexi † partim contuli *κ* codice ipso usus sum, *φ* minoribus photographiis

181. Pragensis, bibliothecae universitatis, VI.Fd.8 : saec. xv : pag. 481-721. [A.L.^{1,s} Addenda 216]
Deficit pars extrema, inde a 68b16 « alteram extremitatem... ». Erat Roudniciensis, bibliothecae Lobkovicensis.

182. Pragensis, bibliothecae universitatis, XIV.E.7 : saec. xiv, e monasterio S. Coronae : fol. 85^{r}-117^{v}. [A.L.^{1} 209]

183. Pupiensis, bibliothecae communalis, 27 : saec. xiii : fol. 169^{v}-210^{v}. [A.L.^{2} 1533]

184. Ravennas, bibliothecae communalis Classensis, 46 : saec. xiii : fol. 29^{r}-60^{v}. [A.L.^{2} 1535]

185. Remensis, bibliothecae municipalis, 869 : saec. xiv : fol. 1^{r}-38^{r}. [A.L.^{1} 739]

186. Romanus, bibliothecae Casanatensis, 1553 : saec. xiv : fol. 76^{v}.
Fragmentum principii operis. [A.L.^{2} 1551]

† *Vm* 187. Romanus, bibliothecae nationalis « Vittorio Emanuele », Fondo Vitt. Eman. 10 : saec. xiv : fol. 39^{r}-81^{r}. [A.L.^{2} 1554] κ
In marginibus lectiones quattuor e translatione anonyma adducuntur.

188. Rotomagensis, bibliothecae municipalis, 919 : saec. xiii$^{ex.}$, e monasterio Gemeticensi : fol. 79^{r}-126^{v}. [A.L.^{1} 742]

189. Rotomagensis, bibliothecae municipalis, 921 : saec. xiv$^{in.}$, e monasterio Gemeticensi : fol. 33^{r}-54^{r}. [A.L.^{1} 744]
Initium deest ; incipit 32b20.

190. Roudniciensis, bibliothecae Lobkovicensis, VI.Fd.4 : saec. xiii$^{ex.}$: pag. 103-132. [A.L.^{1} 215]

Roudniciensis, bibliothecae Lobkovicensis, VI.Fd.8 : vide supra, num. 181.

191. Salamancensis, bibliothecae universitatis, 116 : fol. 1^{r}-64^{v}. [A.L.^{s} 2134]

192. Salamancensis, bibliothecae universitatis, 2627 (olim Matritensis, bibliothecae Palatii, 306) : saec. xiii : fol. 67^{r}-107^{r}. [A.L.^{2,s} 1212]

193. Sanctae Crucis (Austr.), bibliothecae monasterii, 374 : saec. xiii$^{in.}$: fol. 177^{r}-237^{r}. [A.L.^{1} 77]

194. Sancti Pauli Lavanttalensis, bibliothecae monasterii, 88_3 (olim 25.4.36) : saec. xiv : fol. 56^{r}-94^{r}. [A.L.^{1,s} 78]

*† 195. Sangallensis, bibliothecae monasterii, 816 : saec. xiii-xiv : fol. 162^{r}-171^{v}. [A.L.^{2} 1160] φ

* 196. Scorialensis, bibliothecae monasterii, g.III.16 : saec. xiv : fol. 1^{r}-70^{r}. [A.L.^{2} 1222]

* 197. Scorialensis, bibliothecae monasterii, g.III.28 : saec. xiii$^{ex.}$: fol. 217^{r}-269^{v}. [A.L.^{2} 1223]

198. Segoviensis, bibliothecae Capituli, 85 (?) : saec. xiii-xiv : fol. 81^{r}-125^{r}. [A.L.^{s} 2137]

199. Seitenstettensis, bibliothecae monasterii, 62. [A.L.^{1,s} 80]
Ante annos triginta vel plures e bibliotheca migravit neque ubi sit constat.

* inspexi † partim contuli κ codice ipso usus sum, φ minoribus photographiis

200. SENENSIS, bibliothecae communalis, H.VI.10 : saec. XIII : fol. 33^{r}-78^{v}. [A.L.^{2} 1565]

201. SENENSIS, bibliothecae communalis, H.IX.2 : saec. XIII : fol. 80^{r}-130^{r}. [A.L.^{2} 1566]

202. SPINALENSIS, bibliothecae municipalis, 210 (92) : saec. XIII-XIV : fol. 53^{r}-91^{v}. [A.L.^{1} 751]

203. TOLETANUS, bibliothecae Capituli, 94.9 : saec. XIV : fol. 79^{r}-121^{v}. [A.L.^{2} 1235]

*† *Tl* 204. TOLETANUS, bibliothecae Capituli, 94.10 : saec. XIII$^{in.}$: fol. 1^{r}-36^{v}. [A.L.^{2} 1236] ϕ

205. TOLETANUS, bibliothecae Capituli, 94.11 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 141^{r}-212^{v}. [A.L.^{2} 1237]

206. TOLETANUS, bibliothecae Capituli, 95.4 : saec. XII-XIV (?) : fol. 147^{r}-217^{r}. [A.L.^{s} 2139]

207. TOLOSANUS, bibliothecae municipalis, 735 : saec. XIII$^{ex.}$, e bibliotheca Eremitarum Tolosanorum : fol. 142^{v}-194^{v}. [A.L.^{1} 754]

208. TRECENSIS, bibliothecae municipalis, 1455 : saec. XIII-XIV, e monasterio Claravallensi : fol. 1^{r}-27^{r}. [A.L.^{1} 761]

209. TREVERICUS, bibliothecae municipalis, 1099/13 : saec. XIII : fol. 1^{r}-62^{r}. [A.L.^{1} 1106]

210. TUDERTINUS, bibliothecae communalis, 190 : saec. XIII : fol. 146^{r}-173^{v}. [A.L.^{2} 1587]

211. TURONENSIS, bibliothecae municipalis, 683 : saec. XIII$^{ex.}$, e monasterio S. Gatiani : fol. 1^{r}-36^{r}. [A.L.^{1} 772]

212. UPSALENSIS, bibliothecae regalis universitatis, C.638 : saec. XIII XIV : fol. 1^{r}-51^{v}. [A.L.^{2} 1709]

213. VALLISDULCENSIS, bibliothecae Comitum de Seilern et Aspang, B.12.IV.8 (olim 207) : saec. XIII : fol. 118^{r}-149^{v}. [A.L.^{s} 2169]

* 214. VATICANUS, archivi Basilicae S. Petri, H.5 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 143^{r}-182^{r}. [A.L.^{2,s} 1714]

*† *Bh* 215. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. 18 : saec. XIII-XIV : fol. 130^{r}-183^{v}. [A.L.^{2,s} 1720] κ

*† *Bi* 216. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. 33 : saec. XIII : fol. 66^{r}-100^{r}. [A.L.^{2,s} 1937^{B}] κ

*† *Oh* 217. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. 56 : saec. XIII : fol. 95^{r}-121^{v}. [A.L.^{2,s} 1724] $\kappa\phi$

*† *Gh* 218. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. 58 : saec. XIII$^{in.}$: fol. 185^{r}-232^{v}. [A.L.^{2,s} 1726] κ

*† 219. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. 73 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 137^{v}-204^{r}. [A.L.^{2,s} 1727] κ

*† *Rh* 220. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. 108 : saec. XIII : fol. 2^{r}-103^{v}. [A.L.^{2,s} 1728] κ

*† *Hn* 221. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. 130 : saec. XIII-XIV : fol. 1^{r}-48^{v}. [A.L.^{2,s} 1732] κ

*† *Ee* 222. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. 131 : saec. XIII : fol. 181^{r}-218^{v}. [A.L.^{2,s} 1733] κ

* inspexi † partim contuli κ codice ipso usus sum, ϕ minoribus photographiis

*† *Us* 223. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Borgh. 133 : saec. XIII : fol. 15v-80v. [A.L.2,s 1734] κ

*† *Ig* 224. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Chigi E.V.149 : saec. XIII : fol. 184v-229v. [A.L.2,s 1746] κ

*† 225. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Ottob. lat. 1149 : saec. XIV : fol. 46r-93v. [A.L.2 1756] κ

*† *Pl* 226. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Palat. lat. 986 : saec. XIII : fol. 107r-156v. [A.L.2,s 1772] κφ

*† 227. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Palat. lat. 987 : saec. XIIIex. : fol. 59r-79r. [A.L.2,s 1773] κ

*† *Pt* 228. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Palat. lat. 988 : saec. XIII : fol. 72r-112r. [A.L.2 1774] φ

*† 229. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Palat. lat. 996 : saec. XIIIex. : fol. 197r-254v. [A.L.2 1778] κ

*† *Vp* 230. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Palat. lat. 1006 : sacc. XIII : fol. 1r-64v. [A.L.2 1780] κ

*† 231. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Regin. lat. 2036 : saec. XIV : fol. 165r-212v. [A.L.2,s 1802] κ

Desunt capitula II.18-27.

*† *Ro* 232. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Rossianus 400 : saec. XIVin. : fol. 104r-143r. [A.L.2,s 1803] κ

*† *Ub* 233. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Urbin. lat. 1312 : saec. XIII-XIV : fol. 83r-112v. [A.L.2,s 1817] φ

*† 234. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Urbin. lat. 1318 : saec. XIV : fol. 81r-121v. [A.L.2,s 1818] κ

*† *Vi* 235. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2068 : saec. XIII-XIV : fol. 1v-18r. [A.L.2,s 1830] φ

*† *Va* 236. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2113 : saec. XIII-XIV : fol. 71r-96v. [A.L.2,s 1855] φ

*† 237. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2114 : saec. XIV : fol. 162r-218v. [A.L.2,s 1856] φ

*† *Vc* 238. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2115 : saec. XIIIex. : fol. 133r-177r. [A.L.2,s 1857] φ

*† 239. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2117 : saec. XIIIex. : fol. 155v-197v. [A.L.2,s 1858]

* 240. VATICANUS. bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2977 : saec. XIV : fol. 166r-201v. [A.L.2,s 1870]

*†† *Xv* 241. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2978 : saec. XII-XIII : fol. 116v-150v. [A.L.2,s 1871] Φ

* 242. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2981 : saec. XIV : fol. 37r-82r. [A.L.2,s 1874]

*†† *Bo* 243. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2982 : saec. XII-XIII : fol. 77v-115v. [A.L.2,s 1875] κΦ

* 244. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 2983 : saec. XIVin. : fol. 61v-62v. [A.L.2,s 1876]

Folia haec initium operis continent usque ad 26a5.

* inspexi †† integre, † partim contuli κ codice ipso usus sum, Φ maioribus, φ minoribus photographiis

* 245. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 4543 : saec. XVI : fol. 87^{r}-217^{r}. [A.L.^{2,s} 1888]
Textum recensionis Stapulensis praebere videtur.

* 246. VATICANUS, bibliothecae apostolicae, Vatic. lat. 10683 : saec. XIII-XIV : fol. 123^{r}-178^{v}. [A.L.^{2,s} 1902]

* 247. VENETUS, bibliothecae S. Marci, lat. VI.41 (3341) : saec. XIV, e coenobio S. Iohannis in Viridario Patavino : fol. 208^{r}-261^{r}. [A.L.^{2,s} 1601]

* 248. VENETUS, bibliothecae S. Marci, lat. VI.142 (3465) : saec. XIV, e coenobio S. Iohannis in Viridario Patavino : fol. 89^{r}-118^{v}. [A.L.^{2,s} 1617]

* 249. VENETUS, bibliothecae S. Marci, lat. VI.143 (2755) : saec. XIII-XIV, e coenobio S. Iohannis in Viridario Patavino : fol. 65^{r}-96^{v}. [A.L.^{2,s} 1618]

* 250. VENETUS, bibliothecae S. Marci, lat. VI.145 (2756) : saec. XIV, e coenobio S. Iohannis in Viridario Patavino : fol. 55^{v}-124^{v}. [A.L.^{2,s} 1619]

*†† *Vn* 251. VENETUS, bibliothecae S. Marci, lat. VI.168 (3216) : saec. XIII, e coenobio S. Iohannis in Viridario Patavino : fol. 40^{r}-91^{r}. [A.L.^{2,s} 1625] ϕ

* 252. VENETUS, bibliothecae S. Marci, lat. VI.293 (2536) : saec. XIV, e coenobio S. Iohannis in Viridario Patavino : fol. 97^{r}-134^{v}. [A.L.^{2,s} 1628]

253. VERONENSIS, bibliothecae Capituli, CCXXXVIII : saec. XIV : fol. 1^{r}-48^{r}. [A.L.^{s} 2166]

254. VIGORNIENSIS, bibliothecae Capituli, F.66 : saec. XIV$^{in.}$: fol. 151^{r}-198^{v}. [A.L.^{1} 387]

255. VIGORNIENSIS, bibliothecae Capituli, F.119 : saec. XIV$^{in.}$: fol. 93^{r}-138^{v}. [A.L.^{1} 389]

256. VIGORNIENSIS, bibliothecae Capituli, Q. 30 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 108^{r}-141^{v}. [A.L.^{1} 392]

257. VIMARIENSIS, bibliothecae publicae, Q.77 : saec. XV : fol. 49^{r}-121^{r}. [A.L.^{1} 1110]

258. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 166 : saec. XIII, e monasterio S. Dorotheae Vindobonensi : fol. 84^{r}-144^{r}. [A.L.^{1} 92]

259. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 2370 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 1^{r}-41^{r}. [A.L.^{1} 114]

260. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 2374 : saec. XIII-XIV : fol. 79^{r}-126^{v}. [A.L.^{1} 115]

261. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 2377 : saec. XIII-XIV : fol. 1^{r}-28^{v}. [A.L.^{1,s} 116]

262. VINDOBONENSIS, bibliothecae nationalis Austriacae, 2407 : saec. XIV : fol. 45^{r}-83^{v}. [A.L.^{1} 117]

263. VINDOCINENSIS, bibliothecae municipalis, 171 : saec. XIII$^{ex.}$: fol. 107^{r}-143^{r}. [A.L.^{I,s} 784]

* inspexi †† integre contuli ϕ minoribus photographiis usus sum

264. Vratislaviensis (Polon.), bibliothecae universitatis, IV.F.28 : saec. XV : fol. 3r-47r. [A.L.1,s 1113]

† *Ym* 265. Yalensis sive Neo-Portuensis, bibliothecae Marstonianae, s. n. : saec. XIII, e bibliotheca Montis S. Georgii : fol. 1r-31r. [A.L.s 2013] ϕ

266. Zwettlensis, bibliothecae monasterii, 257 : saec. XIV : fol. 25r-39v. Mutilus in fine. [A.L.1 141]

Codices praeterea quattuor, qui inter libros manu scriptos Aristotelicos recensiti sunt, perierunt (Mettensis, bibl. munic, 269, saec. XIII, A.L.1 491 ; Turonenses, bibl. munic. 677, 678, 684, saec. XIV, A.L.1 766, 767, 773) ; codex denique bibliothecae Fuldensis C.3 (A.L.1 924) iam ante annum MCMXXIX deperditus est.

5. *De recensionibus, paraphrasibus, translationibus recentiore aetate editis* [1].

Translationem Boethianam, postquam millies per saecula tria manu descripserant librarii, secundum textum plerumque compositum ***m*** a typothetis imprimendam curaverunt editores saeculi decimi quinti exeuntis et decimi sexti ineuntis, vel nudam vel commentariis Averrois, Lamberti de Monte, Gerardi de Harderwyk, Petri Tartareti, Iohannis de Lapide, Aegidii Romani, Iohannis de Celaya, Thomistarum quorundam insertam, nullo verbo mutato nisi quem ad modum errantes vel corrigentes vel coniicientes mutare consueverant librorum manu scriptorum descriptores [2]. Recensionem eandem partim breviavit, partim paraphrastice composuit, partim in verba artis moderna transtulit Thomas Bricotus, cuius opus (*Tb*) saepe inde ab anno MCDLXXXIX in Gallia, Helvetia, Hispania impressum est [3] ; medio saeculo sequente textus antiqui partem maiorem fere intactam vel secundum recensionem Stapulensem (vide inferius) mutatam iterum ediderunt Academici Lovanienses (*Lö*), sed locos quosdam

[1] Quae in hoc et sequenti capitulo dicuntur libros tantum respiciunt qui in Bibliothecis Oxoniensibus Bodleiana et Pembrokiana (Chandleriana), Londinensi Musei Britannici servantur, vel qui in catalogis impressis Bibliothecae Nationalis Parisinae et Bibliothecarum Borussicarum necnon in Catalogo Generali Incunabulorum *(Gesamtkatalog der Wiegendrucke)* recensiti sunt. Vide Addenda, pp. 501-502.

[2] Editionum harum elenchum infra invenies, pp. XLV-XLVII sub num. 1e-27e, varias lectiones pp. 376-384.

[3] Vide p. XLIX sub num. 108e-122e ; specimina pp. 397-399.

† partim contuli ϕ minoribus photographiis usus sum

partim e paraphrasi Bricoti, partim prorsus novos pro antiquis inseruerunt, verba hic illic mutaverunt, nullo modo sua ex Aristotelicis sententiis separantes [1].

Sed iam saeculo decimo sexto incipiente translationem Boethianam cum graeco textu comparare et secundum hunc, ab initio paululum, magis magisque posterius corrigere et immutare coeperunt. Primus huic rei studuisse videtur Faber Stapulensis, cuius recensio (*Jq*) saepissime — fere semper, ut videtur, sub nomine Boethii — in lucem prodiit [2] et per saecula quattuor genuinus antiqui interpretis textus est habitus ; inde ab anno nimirum MDXLVI inter opera omnia Boethii a Lorito Glareano (*Lr*) acceptus est. Stapulensem latinitatem compluribus locis novavit, sed graecis exemplaribus usus esse non videtur, ille qui — an fuit Grynaeus ? — 'Boethii' (ut in editionis ipsius tabula dicitur) translationem inter textus latinos magnae illius editionis Basileensis anno MDXXXVIII prodidit [3] ; haec quoque recensio (*Gy*) saepe per annos minimum sexaginta quinque typis impressa fuit.

Sed patet recensionem Fabri Stapulensis iterum ad graecum textum iam antea revisisse vel Augustinum Niphum vel eum cuius opere Niphus in maiore parte sui commentarii componenda usus est [4]. Textus enim quem per particulas lucubrationibus suis interseruit Niphus per capita 1-5 et 27-46 libri prioris et per totum librum alterum (*Nh*), certa testimonia praebet graeci exemplaris denuo excussi et editionis *Jq* in usum adhibitae [5]. Sed inexplicabili nobis de causa recensio haec ex abrupto locum recensioni omnino diversae per capita I.5-26 facit, de qua infra (p. XLII) dicemus.

---

[1] PORPHYRII PHOENICIS *Isagoge... item* ARISTOTELIS STAGIRITAE... *Opera Omnia quae pertinent ad inventionem et iudicationem dialecticae*, Lovanii 1554, apud Servatium Sassenum. Vide p. XLIX sub num. 123[e]-124[e] ; specimina pp. 399-401.

[2] *Libri logicorum ad archetypos recogniti cum novis ad litteram commentariis* [Parisiis, 1501-1503 ex Volgangiana officina ; impensis Volphangi Hopilii et Henrici Stephani]. Vide p XLVII sub num. 28[e]-65[e], varias lectiones pp. 376-384.

[3] ARISTOTELIS... *Opera quae quidem exstant omnia latinitate vel iam olim vel nunc recens a viris doctissimis donata, et graecum ad exemplar diligentissime recognita...*, Basileae 1538, [apud Iohannem Oporinum ; praefatus est Simon Grynaeus; p. XII « ...Analiticωn Proterωn sive resolutoriorum priorum libri duo Severino Boethio interprete »]. Vide p. XLVIII sub num. 69[e]-78[e], et Addenda, p. 501 ; specimina pp. 389-391.

[4] AUGUSTINI NIPHI... SUESSANI *Prioristica Commentaria*, Neapoli 1526, per Evangelistam Papiensem. Vide p. XLVII sub num. 66[e]-68[e].

[5] Vide specimina pp. 387-388.

Multo tamen magis quam Faber et 'Niphus' fecerant, eorum Boethianumque textum immutavit, vel latinitate sola retractata vel graeco iterum latine reddito, Iohannes Franciscus Burana Veronensis cum Priora Analytica a se commentanda sibi discipulisque praestitit. Non sine iure ergo aliquo Buranae nomen, ut translatoris, recensioni huic — magistro illo vita defuncto — inscripsit Iohannes Baptista Bagolinus qui opus edendum curavit [1]. Vulgata valde fuit haec recensio (*Ib*), cum perpetuae commentationi eiusdem Buranae addita, tum reliquis Organi partibus, tum inter omnia opera Aristotelis cum commentariis Averrois aliorumque edita, tum denique inserta Sylvestri Mauri commentario (quocum recentissime ante annos minus octoginta in lucem prodiit). Buranam quoque secutus per Priora tota est, verba fere omnia ex eo vel rarius e Fabro Stapulensi repetens, nonnulla hic illic suo marte immutans, Alexander Justinianus Chius, Genuensis medicus, cum translationem Aristotelis (*Jc*) Commentario Philoponi a se (si in hac re ei est credendum) reddito inseruit [2]. Multo minus, nonnihil tamen, Buranae recensionem redolet translatio antiquior Philoponi eiusdem latinitate donati, quam Lucillus Philalthaeus anno MDXLIV praestiterat (*Lp*) ; sed Philalthaeus septem tantum priora capitula libri primi textus Aristotelici hoc modo reddidit ; reliqua raptim — ut videtur — nullo verbo mutato ut sua e Buranae versione commentario inseruit [3]. Simili modo ac versio septem capitum a Philaltaeo facta, se habent ad editionem Buranae translatio libri prioris a Ioanne Bernardo Feliciano (*If*) suae interpretationi commentarii Alexandri Aphrodisiensis adiecta [4], et translatio utriusque libri

[1] *Exhibemus tandem, studiose lector, diu expectata* ARISTOTELIS *Priora Resolutoria a Ioanne Francisco Burana iam recens et latino sermone donata et commentariis exactissimis illustrata*, Parisiis 1539, in Officina Christiani Wecheli. Vide p. XLVIII sub num. 79[e]-95[e], et Addenda, p. 502 ; specimina pp. 391-395.

[2] IOANNIS GRAMMATICI cognomento PHILOPONI *in Duos Priores Analyticos Aristotelis Libros Commentarii ab Alexandro Iustiniano Chio Medico in linguam latinam accuratissime atque fidelissime conversi*, Venetiis 1560, ex Officina Valgrisiana. Vide p. XLIX sub num. 107[e] ; specimina pp. 395-397.

[3] IOANNIS GRAMMATICI Alexandrei cognomento PHILOPONI *in Libros Priorum Resolutoriorum Aristotelis commentariae annotationes... iterum e graeco multo elegantius ac castigatius quam antea in latinum versae Lucillo Philaltaeo interprete*, Venetiis 1544, apud Hieronymum Scotum. Vide p. L sub num. 134[e]-137[e] ; specimina pp. 408-410. — Quae sit antiquior illa latina Philoponi translatio ignoramus.

[4] ALEXANDRI APHRODISIENSIS *in Priora Resolutoria Aristotelis Stagiritae Explanatio Ioanne Bernardo Feliciano interprete*, Venetiis, 1542, apud Hierony-

una cum Commentario Magenteni a Ioanne Baptista Rasario edita (*Jr*) [1], qui Argyropuli quoque et Stapulensis opere usus esse videtur.

Editionem denique Buranae aliquantum cum recensione Stapulensi, praesertim in libri primi parte priore, commiscuit, hic illic suo marte quaedam novavit editor ignotus aliquis, qui in praefatione meliorem suae interpretationis fidelitatem laudare videtur [2]. Recensio haec composita (*Jb*) tota pluries nuda prodiit, fere integra (capita I.1-7 secundum Argyropuli versionem alteram ibi dantur, de qua vide infra, pp. XLI-XLII) semel, eiusque capita sex (I.8-12 et 28) saepius cum Commentario Iesuitarum Conimbricensium impressa sunt. Lemmata ex ea excerpta in Paraphrasi etiam Antonii Scayni Salodiensis inveniuntur [3]; semel minimum [4] Averrois Expositioni inserta est, semel [5] paulum cum Buranae pura recensione commixta edita est.

Translatio itaque Boethiana minus magisve variata fundamentum fuit recensionum et translationum plerarumque usque ad medium saeculum decimum sextum, quarum vulgatissimae fuerunt per hoc totum saeculum iterumque plus quam semel usque in exiens saeculum decimum nonum impressae editio Stapulensis et, quae ex ea partim provenerat, Buranae recensio ;

---

mum Seotum. Vide p. XLIX sub num. 128e-131e; specimina pp. 405-406.— Praefationem Felieiani iterum partim edidit F. E. CRANZ, *The Prefaces to the Greek Editions and Latin Translations of Alexander of Aphrodisias 1450 to 1575* (« Proeeedings of the Ameriean Philosophieal Soeiety » vol. 102.5, 1958, pp. 510-546), 519.

[1] MAGENTINI *in Priores Aristotelis Resolutorios Explanatio Ioanne Baptista Rasario interprete*, Venetiis 1544, apud Hieronymum Seotum .Vide pp. XLIX-L sub num. 132e-133e; specimina pp. 406-408.

[2] ARISTOTELIS STAGIRITAE *Organum hoc est libri ad Logicam attinentes Boethio Severino interprete nuper ex optimis exemplaribus graecis recogniti, cum scholiis ...*, Venetiis 1541, apud Hieronymum Scotum. Vide p. XLVIII sub num. 96e-106e, et Addenda, p. 502; specimina pp. 391-395. — Pag. 144 « Adnotationes » de translatione leguntur, quae incipiunt : « Nota quod graeea haee dietio ὅτι quae latine et quod et quoniam referre potest in veteri translatione fere semper nulla intelligentiae ipsius literae habita ratione in quoniam translata fuit. Nos vero diligentius graecae literae intelleetum animadvertentes, ut res ipsa postulabat, et in quod et in quoniam ipsam transtulimus ». Alia de ratione verbi καθόλου vertendi adnotantur, et verborum κατὰ μέρος, ἐν μέρει. Sed dubitare lieet an haec editori recensionis huius sint tribuenda, eum etiam in editione Veneta anni MDLIX (apud Cavalealupum) inveniantur quae reeensionem Stapulensem praebet.

[3] Vide p. XLVIII, sub num. 104e et 105e.

[4] Vide Addenda, p. 502.

[5] Vide p. XLVIII, sub num. 106e.

minus, nonnihil tamen, vulgatae usque in saeculum decimum septimum editiones fuerunt Grynaei (?), e Stapulensi sine usu textus graeci derivata, et quae e Buranae et Stapulensi composita fuit ; per breve temporis spatium recensiones et translationes quae editae sunt cum commentariis Niphi (haec quidem ex editione Stapulensi derivata) vel Alexandri, Magenteni, Philoponi (partim vel omni ex parte ex editione Buranae). Per quinque et viginti annos, exeunte saeculo decimo quinto et ineunte decimo sexto, saepissime impresserunt typothetae, legerunt magistri et studentes paraphrasin Bricotianam, multo rarius post annum MDLX editionem Lovaniensem.

Sed e Boethii interpretatione nonnulla vel plura in omnes quoque reliquas, praeter duas, translationes fluxerunt quae novae e graeco inde a saeculo decimo quinto medio usque ad finem saeculi decimi octavi proditae sunt [1]. Facile enim detegat quisque quam multa vel Argyropulos, vel Pacius aliique, vel denique Buhlius aliter dixissent si translatio Boethiana prae eorum oculis vel in eorum mente non fuisset.

Primus, ut videtur, post anonymum interpretem saeculi decimi secundi, Priora Analytica transferre incepit Ioannes Argyropulos Byzantius, qui capita septem priora libri primi latine bis reddidit et Petro de Medicis dicavit. Versio eius prior (*Ja*), ante annum MCDLVII forsitan edita, manu scripta servatur neque umquam impressam esse credendum est [2]. Altera contra (*Ia*), ante annum

---

[1] Haec de versionibus valent quae quidem nobis notae sunt. Neque enim vidimus editiones Simonis Simonii (Lipsiae, apud Valgrisium et Steinmanium, 1573), Iohannis Hospiniani Steinani (Basileae, apud Oporinum, 1573), neque alias quaecumque in bibliothecis vel catalogis supra (p. XXXVII, adnot. 1) enumeratis non exstant neque commemorantur ; neque scimus an praeter Argyropuli priorem translationem aliae exstent quae numquam prelo impressae sint. — De Patavina Seminarii editione (1691) vide Addenda, p. 502.

[2] Specimina vide infra, pp. 401-402. Codicem unum vidimus, Oxoniensem Bodleianum Canonic. Class. Lat. 277 ; qui inter complures codices qui Argyropuli Priora praebent hanc contineant versionem nescimus ; suspicamur unum horum esse codicem Laurentianum pl. LXXI.18. Hanc coniecerimus esse interpretationem quae inter libros Petri anno MCDLVI numerabatur (vide C. FRATI, *Le traduzioni Aristoteliche di Giovanni Argiropulo* (« Bibliofilia » XIX 1917), p. 18 ; sed quod e catalogis impressis librorum Bibliothecae Nationalis Parisiensis repetivit editionem Kellerianam anno MCDLXXIX impressam Argyropuli versiones praebere falsum est). — Argyropuli praefatio in priorem versionem libri De Interpretatione et Analyticorum Priorum ita incipit : « *Iohannes Argyropylus Nobilissimo atque doctissimo viro Petro Medici : incolumitatem : bonam fortunam perpetuamque felicitatem* [videtur tamen Argyropulos Analyticorum Priorum translationem

sane MCDLXIX quo Petrus mortuus est perfecta, cum in libris manu scriptis tum in libris impressis compluribus exstat [1], vel una cum aliis Argyropuli aliorumque translationibus Aristotelicis, vel — addita tamen versione Stapulensi aut composita post caput I.7 — cum aliorum commentariis aliisque operibus. Argyropulum plura quam septem priora capitula Analyticorum Priorum transtulisse coniici fortasse potest ex hoc quod translatio ab Augustino Nipho in capitulis I.5-7 palam e secunda Argyropuli versione derivata est, et capita I.8-26 Niphi commentario inserta eodem modo ac I.5-7 a reliquis partibus operis (in quibus, ut supra p. XXXVIII diximus, textus e recensione Stapulensi derivatus fuit) differunt.

Interpretationem alteram Argyropuli hic illic in usum suum adhibuerunt translatores alii, primus fortasse Faber Stapulensis [2]; sed nulla versio praeter eam quae in Niphi commentarii capitulis I.5-7 descripta est (*Nu*) palam ex Argyropulo, multis mutatis, fluxit [3].

Nemo totum opus Priorum e graeco, quin Boethii versione vel eius recensionibus novis niteretur, iterum post saeculum duodecimum transtulit ante annum MDXLVIII ; sed de Perionii interpretatione quae eo anno prodiit deque Durii, quattuor post annos edita, inferius dicemus. Breviter hic recenseamus translationes quinque reliquas, quae, sicut iam indicavimus, non omnino a Boethii interpretatione alienae sunt. Harum primam Ioannes Rubus Hannonius edidit (*Ih*) [4], qui ideo eam composuit ut Aristotelem, male Ciceronianum a recentibus interpretibus factum, Aristotelicum iterum (et Boethianum, addere licet) legere possent

---

iam antea Petri genitori Cosimo dicavisse : vide G. CAMMELLI, *I dotti bizantini e le origini dell'Umanesimo* : II *Giovanni Argiropulo*, Firenze 1941, p. 116]. Institui, nobilissime atque doctissime Petre, non nullos Aristotelis libros elegantius in latinam linguam traducere. Nam id quidem et Aristoteli ipsi, si quis est ei sensus, pergratum sane videbitur si qualem sese apud suos voluit esse talem et apud Latinos tandem viderit evasisse... ».

[1] Vide pp. XLVII-XLIX sub num. 63[e]-64[e], 97[e]-103[e], 125[e]-127[e] ; specimina pp. 402-404. — Vide etiam Addenda, p. 501.

[2] Hae lectiones, exempli gratia, in recensionem Stapulensem ex Argyropulo fluxisse videntur : 24a18-19 'cum... cum... cum' pro 'quae... quae... quae', 25 'refert' pro 'distabit', 24b14 'diligentius' pro 'subtiliter'.

[3] Vide supra, p. XXXVIII, et infra p. XLVII sub num. 66[e]-68[e] ; specimina pp. 404-405.

[4] ARISTOTELIS *Organum Universum una cum* PORPHYRII *Isagoge interprete Ioanne Rubo Hannonio*, Duaci 1564, Typis Iacobi Boscardi. Vide p. LI sub num. 171[e] ; specimina pp. 417-419.

Organo studentes [1]. Rubius tamen propiorem Boethianae versioni et recensionibus ab ea derivatis reddidit Aristotelis textum quam ut eum in primis graeco opere, secundo tantum latinis interpretationibus usum esse credamus. Sed non est dubitandum quin Iulius Pacius Vicentinus — qui graecum Organum ipse edidit — e graeco omnia denuo reddiderit. Eius translatio (*Iu*) optima fortasse est inter latinas, cum fidelitati uniuscuiusque verbi addatur in illa litteris reclinatis quodcumque ad sententiam intelligendam utile est ; bona ergo de causa fere sola inde ab anno MDLXXXIV [2] quo primum prodiit iterum iterumque edita plus quam vicies est, et a Bekkero electa est ut in Academica editione Berolinensi post graecum textum imprimeretur.

Qui post Pacium idem opus aggressi sunt, Hildenius (*Hd*) [3] et Monlorius (*Im*) [4] unum vel paucos post annos, illius versionem partim imitati esse videntur ; sed Hildenium magis quam Pacium secutus est Buhlius (*Jt*) qui, ultimo renascentibus Aristotelicis studiis ante quam latina lingua in desuetudinem inter philosophiae antiquae sectatores cecidit, recentissimam Analyti-

---

[1] In praefatione qua translatio Organi Antonio Perrenoto Cardinali, Archiepiscopo Mechliniensi dicatur, haec leguntur (pp. III et VIII-IX) : « ... nonnullis etiam visum esse alienos labores invadere eosque, si bonis placet, emendare ; quo de genere quid sentiam nihil attinet in praesentia dicere. Ego vero cum a me Lovanij, quotidiano paene convitio amici contenderent ut ipse quoque quid hac in parte possem tentarem... (se quidem plerasque versiones vidisse sed unius integram quae scholis proponenda videretur nondum se vidisse dicebant) itaque me eo impulerunt ut paulo diligentius Aristotelem ipsum in manus resumerem accuratiusque relegerem et cum iis quae circumferebantur versionibus expenderem... Ubi recentiores hos interpretes sumpsissem in manus et animadvertissem quosdam non contemnenda eloquentia ad horum librorum conversionem accessisse, maxime dolebam eos maiorem in Cicerone exercitationem quam in Aristotele praeseferre... Utinam hi recentiores non minus aut etiam magis in Aristotelis scriptis versati quam in Ciceronis, suam illam eloquentiam ad Aristotelem (cum Aristotelem vertunt), non Ciceronem exprimendum convertissent ».

[2] *ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ Ὄργανον* : ARISTOTELIS... *Organum, hoc est libri omnes ad logicam pertinentes, Graece et Latine* ; Iulius Pacius recensuit... convertit, Morgiis 1584, apud G. Laimarium. Vide p. LI sub num. 172e-192e : specimina pp. 419-421.

[3] *Quaestionum et Commentariorum in Organon Aristotelis Pars Altera, Analytica... cum textus Graeci emendatione et in Latinam linguam versione diligentissima... opera et studio* GUILIELMI HILDENII, Berlini 1585, Typis et impensis autoris. Vide p. LI, sub num. 193e ; specimina pp. 421-424.

[4] *Perfectissima in Aristotelis Analyticorum Priorum seu de Ratiocinatione libros duos, latinitate a se donatos,* JOANNIS BAPTISTAE MONLORII *Valentini Bocairentani*... Paraphrasis et scholia, Francofurti 1593, in Officina Typographica Joannis Wecheli. Vide p. LI sub num. 194e ; specimina pp. 424-426.

corum Priorum latinam interpretationem anno MDCCXCII una cum graeco textu edendam curavit [1] ; eadem cum graeco textu Bussemakeriano ter saeculo undevicesimo inter Didotiana opera omnia Aristotelica impressa est.

Translationes Priorum Analyticorum duae quae novo omnino stylo productae sunt Parisiis prodierunt, eo tempore quo logicam totam novare volebat, rhetoricam et topicam Ciceronis cum Aristotelico Organo concinnans et commiscens, Petrus Ramus, circa medium saeculum decimum sextum. Priorem conscripsit Ioachim Perionius (*Ip*) anno MDXLVIII [2], eique editor indicem praeposuit quem ita descripsit (fol. 2[r]) :

> Index vocabulorum dumtaxat quae ad Dialecticam artem pertinent, Dialecticorum vulgo olim incognitorum, quibus his libris contra veterem vertendi modum Perionius ex Latinis ac praesertim Cicerone utitur. Iis autem e regione adiungenda duximus vulgo Dialecticorum usurpata, ut in dictione Ciceroniana minus versati facilius hanc versionem intelligerent.

Haec versio per quindecim circiter annos tantum iterum impressa est neque ab aliis editoribus in usum est capta alias recensiones suppeditantibus. Sed maiore fortuna fructa est translationum novarum altera, eam dico quam Firminus Durius paravit et Nicolaus Gruchius prius correxit et emendavit (*Fd*) anno MDLI-MDLII, paulo post recognovit et hic illic mutavit (*Dg*) [3] ; hanc secundam recensionem sub nomine Gruchii tantum, Durii nomine omisso, produxerunt semper, per annos scilicet fere sexaginta, eius editores. Durius tamen minus quam Perionius pro antiquae translationis et latine traditae logicae artis vocabulis Ciceroniana aliaque supposuit, et Gruchius Durium recognoscens ad Boethianam linguam hic illic rediit. In iis rebus

---

[1] *ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ*, Aristotelis *Opera Omnia Graece... ; novam versionem latinam adiecit Io. Theophilus Buhle* ; vol. secundum, Biponti 1792, ex Typographia Societatis. Vide p. LI sub num. 195[e]-198[e] ; specimina pp. 426-428.

[2] Ioachimi Perionii Benedictini Cormoeriaceni *in Porphyrii Institutiones et in universum Aristotelis Organum versio ; eiusdem in eosdem libros observationes*, Lutetiae 1548, per Nicolaum Divitem. Vide p. L sub num. 138[e]-145[e] ; specimina pp. 410-412.

[3] Aristotelis *Priorum Analyticorum, id est de prima resolutione libri II, Firmino Durio interprete, per Nicolaum Grouchium correcti et emendati*, Lutetiae, 1551-1552, ex Officina Michaelis Vascosani. — Recensionis alterius (*Dg*) exemplar quod vidimus antiquissimum hoc est : Aristotelis *Logica ex accurata recognitione Nicolai Gruchii ad Ioachini Perionij et suam interpretationem*, Parisiis 1567, ex Officina Iacobi du Puys. — Vide p. L sub num. 146[e]-167[e] ; specimina pp. 412-415.

plerumque vicit aetas media aetatem modernam. Quod magis etiam patet in recensione Iacobi Carpentarii (*Ic*) anni MDLXVII [1]. Carpentarius enim textum Durii priorem suo more transmutavit, multis in operis partibus verba vel totos locos ex editione Stapulensi versionis Boethianae sumens et pro verbis locisque Durii textui inserens.

Quomodo ergo omnes hae recensiones et translationes ad invicem se habeant, praesertim si cum versione Boethiana comparentur, aliquâ ex parte hic diximus ; inferius (tabb. 5 et 6, pp. LVIII-LIX) eadem uno obtutu in diagrammatibus discerni poterunt.

6. *Librorum typis impressorum catalogus imperfectus.*

Libri impressi hic recensentur quos ipsi Oxoniae vidimus in bibliotheca Bodleiana vel in libraria Chandleriana apud Collegium Pembrokianum vel in Museo Britannico Londinii, vel quorum notitiam e catalogis bibliothecarum Borussicarum vel bibliothecae nationalis Parisiensis [2], ex elencho denique librorum incunabulorum maximo (*Gesamtkatalog der Wiegendrucke*) accepimus. Eos omnes secundum translationes, recensiones, paraphrases distribuimus quas in capitulo praecedente enumeravimus quarumque lectiones varias et specimina in Appendice (pp. 375-384, 387-428) collegimus. Sigla et signa marginibus adiecta eadem indicant ac in superiore elencho librorum manu scriptorum ; insuper, ubi hoc fieri poterat, numerum addidimus catalogi incunabulorum litteris 'G. W.' praemissis.

a) TEXTUS ANTIQUI TRANSLATIONIS BOETHII (1^e-27^e ; vide varias lectiones pp. 375-384) :

*† *Lw* 1^e. Lovanii, 1475 : apud Konradum Braem. [G.W. 2414]
Libri huius duo tantum exemplaria exstare videntur, quorum alterum in Bibliotheca Nationali Parisiensi servatur, alterum (huius photographiis usi sumus) Hagae Comitum in Bibliotheca Regia.

---

[1] ARISTOTELIS *Ars Disserendi ex comparatione omnium interpretum et accurata observatione sententiae de integro Latina facta per Iacobum Carpentarium Claromontano Bellovacum*, Parisiis 1567-1568, ex Typographia Thomae Brumennij. Vide p. L sub num. 168e-170e ; specimina pp. 415-417.

[2] *Gesamtkatalog der preussischen Bibliotheken* (vel *Deutscher Gesamtkatalog*) VI, Berolini 1934. *Catalogue général des livres imprimés de la Bibliothèque Nationale* IV, Parisiis 1924. — Vide etiam Addenda pp. 501-502.

*† *Ke* 2e. Augustae Vindelicorum, 1479 : apud Ambrosium Keller. [G.W. 2335]
Perperam saepe Argyropulo ascriptae sunt translationes hoc libro contentae (M. Pellechet, *Catal. Génér. des Incun.*, sub num. 1176 ; B. H. Legrand, *Bibliothèque Hellénique* III, pp. 46-47 ; C. Frati, *Le traduzioni aristoteliche di Giovanni Argiropulo*, « Bibliofilia » xix, 1917-1918, p. 7 ; *Catalogue général des livres imprimés de la Bibliothèque Nationale* IV sub num. 363).

*† *Ph* 3e. Venetiis, 1481 : apud Philippum Petri Venetum. [G.W. 2391]

*† *Nv* 4e. Venetiis, 1483 : apud Andream Torresanum et Bartholomeum de Blavis, cura Nicoleti Verniae. [G.W. 2337]
Cum Expositione Media Averrois.

5e. Venetiis, 1483. [G.W. 2338]
Altera impressio editionis praecedentis.

*† *Gg* 6e. Parisiis, circa 1484 : apud Udalricum Gering. [G.W. 2392]

*† *To* 7e. Venetiis, 1484 : apud Baptistam de Tortis. [G.W. 2393]
Hunc librum pro nobis inspexit v. d. Conor Martin.

*† *Qu* 8e. Coloniae Agrippinae, 1485/1488 : apud Henricum Quentell. [G.W. 2401]
'Copulata' secundum L. de Monte. Lemmata brevissima.

*† *Bt* 9e. Venetiis, 1489 : apud Bernardinum Stagninum de Tridino.
Cum Expositione Media Averrois. [G.W. 2339]

*† *Qt* 10e. Coloniae Agrippinae, 1489 : apud Henricum Quentell. [G.W. 2402]
'Copulata' cum textu Aristotelis integro.

11e. Coloniae Agrippinae, 1493 : apud Henricum Quentell. [G.W. 2403]
'Copulata' secundum L. de Monte. Vide supra 8e.

12e. Coloniae Agrippinae, 1494 : apud Zell.
Cum Commentario Gerardi de Harderwyk.

*† *Tt*[1] 13e. Parisiis, 1494/1495 : apud Andream Bocart.
Lemmata Commentario Tartareti inserta [1].

*† *Jl* 14e. Basileae, 1495 (?) : apud Ioannem de Amerbach.
Cum Commentario Ioannis de Lapide.

Ni 15e. Venetiis, 1495/1496 : apud Ioannem et Gregorium de Gregoriis, impensis Octaviani Scoti, cura Augustini Niphi. [G.W. 2340]
Cum Expositione Media Averrois.

16e. Coloniae Agrippinae, 1497 : apud Henricum Quentell. [G.W. 2342]
'Copulata'.

*† *Ær*[1] 17e. Venetiis 1499 : apud Simonem de Luere, cura I.A. Scotii.
Cum Commentario Aegidii Romani. [G.W. 7190]

18e. Coloniae Agrippinae, 1499 : apud Henricum Quentell. [G.W. 2404]
'Copulata'.

*† *Tt*[2] 19e. Lugduni, 1500 : apud Wolffium.
Commentarium Tartareti cum lemmatibus longis [2].

20e. Venetiis, 1504 : apud Bonetum Locatellum, impensis Octaviani Scoti.
Cum Commentario Aegidii Romani.

---

[1] Editio Friburgensis temporis eiusdem (apud Fredericum Fischer) lemmata brevissima tantum praebet.

[2] Editio alia huic simillima, quae in Collegio Pembrokiano Oxoniae servatur, ubi sit impressa vel quando nescimus.

*† *Tt*³ 21ᵉ. Basileae, 1515 : apud Frobenium.
Commentarium Tartareti cum lemmatibus brevioribus.

* *Tt*¹ 22ᵉ. Venetiis, 1515 : apud Lazarum de Soardis.
Sicut 21ᵉ.

*† *Ær*² 23ᵉ. Venetiis, 1516 : apud Octavianum Scotum.
Cum Commentario Aegidii Romani.

*† *Iy* 24ᵉ. Parisiis, 1516 : apud Edmundum Le Fevre.
Cum Commentario Ioannis de Celaya.

25ᵉ. Venetiis, 1516/1519 : apud Octavianum Scotum.
Cum Expositione Media Averrois.

* 26ᵉ. Lugduni, 1530 (?) : apud Scipionem de Gabiano.
Cum Expositione Media Averrois.

* 27ᵉ. Venetiis, 1571 : apud hacredes Melchioris Sessae.
Sicut 21ᵉ et 22ᵉ.

b) Recensio Fabri Stapulensis (28ᵉ-65ᵉ ; vide varias lectiones, pp. 375-384) : textus integer (tribus editionibus 63ᵉ-65ᵉ exceptis) sive solus, sive cum commentariis Fabri, vel Averrois, vel aliorum, plerumque cum reliquis Organi libris, raro sine eis :

*† *Jq* 28ᵉ. Parisiis, 1503 : apud Volphangum Hopilium et Henricum Stephanum.

* 29ᵉ-35ᵉ. Parisiis : apud Henricum Stephanum *1510, *1520 ; apud S. Colinaeum (et Viduaeum ?) *1531, 1537, 1543, 1545 ; apud P. Calvarinum 1537.

36ᵉ-37ᵉ. Cracoviae, apud Haller 1510 (?), 1518.

* 38ᵉ-47ᵉ. Venetiis : apud Octavianum Scotum 1516 ; apud Hieronymum Scotum 1541, 1559/1560 ; apud V. Valgrisium 1554 ; apud H. Cavalcalupum *1559 ; apud Cominum de Tridino *1560 ; apud Guerraeum 1580 ; apud I. Bruniolum 1584 ; apud Polum 1588 ; apud I. de Albertis *1614.

* 48ᵉ-56ᵉ. Lugduni : apud S. et A. Vincentium 1540, 1553 ; apud S. Gryphium 1543, 1547, *1551, 1558 ; apud A. Gryphium 1564 ; apud Penet 1554 ; apud Paganum 1557.

57ᵉ. Coloniae Agrippinae, apud Martinum Gymnicum 1545.

*† *Lr* 58ᵉ-62ᵉ. Cum operibus omnibus Boethii : Basileae, apud Henricum Petrum, curante Henrico Lorito Glareano, *1546, *1570 ; Parisiis,
*† *Mg* in Patrol. Lat. Abbatis Migne lxiv, *1847, *1860, *1891.

* 63ᵉ-64ᵉ. Inde a lib. I.8 usque ad finem ad supplendam translationem alteram Argyropuli : Augustae Vindelicorum, apud Müller cum Commentario J. Eckii, *1516/1517 ; Compluti, apud Michaelem de Guia, 1525.

* 65ᵉ. Lemmata brevissima in Commentario Academicorum Lovaniensium : Lovanii, apud Viduam S. Sasseni, sumptibus A. Byrckmanni, 1568.

c) Recensio prior (24a10-27a25, 43a20-70b38) et altera (27a25-43a19) 'Niphi' (66ᵉ-68ᵉ ; vide specimina pp. 387-388 et 404-405), una cum Niphi Commentario.

*† *Nh* *Nu* 66ᵉ. Neapoli, 1526 : apud Evangelistam Papiensem.

* 67ᵉ-68ᵉ. Venetiis, *1543 et *1554 : apud Hieronymum Scotum.

d) Recensio Basileensis vel (?) Grynaei (69ᵉ-78ᵉ ; vide specimina pp. 389-391 ; vide etiam Addenda, p. 501), una cum omnibus Aristotelis operibus vel reliquis partibus Organi :

*† *Gy* 69ᵉ-72ᵉ. Basileae, apud I. Oporinum, *†1538, *1542, 1548, *†1583.

* 73ᵉ-77ᵉ. Lugduni : apud Frellonium, 1549, 1561, 1563 ; apud A. Vincentium, 1561 ; apud S. Michaelem *1581.

* 78ᵉ. Basileae, 1604 : apud Frobenium.
Cum Commentario Conimbricensi.

e) Recensio (translatio) Buranae (79ᵉ-95ᵉ ; et vide infra, 134ᵉ-137ᵉ ; vide specimina pp. 391-395 ; vide etiam Addenda, p. 501), sive cum eiusdem (79ᵉ-81ᵉ) sive cum aliorum Commentariis sive sine Commentariis, vel sola vel cum reliquis partibus Organi vel cum omnibus Aristotelis operibus :

*† *Ib* 79ᵉ. Parisiis, 1539 : apud Christianum Wechelium.

* 80ᵉ-86ᵉ. Venetiis : apud H. Scotum, *1545 et *1557 ; apud Iuntas, *1552, *1562, *1574 ; ad Signum Seminantis, 1572 ; apud Bindonium, 1576.

* 87ᵉ-91ᵉ. Lugduni : apud Iuntas, *1560, 1561, 1579 ; apud Michaelem, curante Iacobo Martino, 1578 ; apud Cardonum, 1618.

* 92ᵉ. Genabae (et Lugduni), 1580 : apud Iacobum Berjon Lugdunensem.

93ᵉ. Coloniae Agrippinae et Basileae, 1608 : apud Stoer.

* 94ᵉ-95ᵉ. Cum Commentario Sylvestri Mauri : Romae, apud Angelum Bernabò, sumptibus Federici Franzini, *1668 ; Parisiis, apud P. Lethielleux, 1885.

f) Recensio composita e Buranae recensione, antiquo textu etc. (96ᵉ-106ᵉ ; vide specimina pp. 391-395 ; vide etiam Addenda, p. 501) :

*† *Jb* 96ᵉ. Venetiis, 1552 : apud Hieronymum Scotum.
Una cum reliquis Organi partibus.

* 97ᵉ. Conimbricae, 1561 : apud Antonium de Mariz.
Textus inde a I.8 usque ad finem secundum hanc recensionem additus est capitulis ab Argyropulo translatis. Cum Commentario Collegii Conimbricensis.

* 98ᵉ-103ᵉ. Capitula I.8-12 et 28 tantum capitulis primis septem secundum Argyropuli translationem alteram addita, una cum Commentario Conimbricensi : Conimbricae, apud Didacum Loureyrum, *1606 ; Lugduni (una cum textu graeco), apud Horatium Cardonium, *1607, *1610 ; Coloniae Agrippinae (sine textu graeco), apud Bernardum Gualterum, *1607, *1611 ; Coloniae Agrippinae, apud haeredes Lazari Zetzneri, *1630.

* 104ᵉ. Bergomi, 1599 : apud Cominum Venturam.
Paraphrasis Antonii Scayni Salodiensis cum lemmatibus.

* 105ᵉ. Ursellis, 1603 : apud Cornelium Sutorium, sumptibus Lazari Zetzneri.
Sicut 104ᵉ.

*† 106ᵉ. Venetiis, 1564 : apud Ioannem Bonadeum.
In principio textus cum recensione Buranae commixtus est.

* inspexi † partim contuli

g) Recensio Iustiniani (107[e] ; vide specimina pp. 395-397), cum Commentario Philoponi :

*† *Jc* 107[e]. Venetiis, 1560 : apud Valgrisium.

h) Recensio paraphrastica Bricoti (108[e]-114[e] ; et cum Commentario Georgii Bruxellensis 115[e]-122[e] ; vide specimina pp. 397-399) :

*† *Tb* 108[e]. Parisiis, 1489 : apud Georgium Mittelhus'. [G.W. 5528]
109[e]. Parisiis, 1489 : apud Petrum Levet. [G.W. 5529]
110[e]. Basileae, 1492 : apud Iohannem Amerbach. [G.W. 5530]
111[e]. Parisiis, circa 1495 : apud Petrum Ledru, sumptibus Antonii Baquelier. [G.W. 5531]
112[e]. Salamancae, circa 1496 : apud Leonardum Hutz et Lope Sanz, cura Ferdinandi de Prexano. [G.W. 5532]
113[e]. Parisiis, circa 1500 : apud Petrum Ledru (?), sumptibus Durandi Gerlier. [G.W. 5533]
114[e]. Parisiis, sine anno : in Aedibus Gormontianis.
115[e]. Parisiis, 1493 : apud Felicem Baligault. [G.W. 5534]
116[e]. Lugduni, 1494 : sine nomine. [G.W. 5535]
117[e]. Lugduni, 1496 : apud Ioannem de Vingle. [G.W. 5536]
118[e]. Parisiis, 1496 : apud Felicem Baligault. [G.W. 5537]
119[e]. Lugduni, 1499 : apud Ioannem de Vingle. [G.W. 5538]
120[e]. Parisiis, 1500 : apud Ioannem de Vingle. [G.W. 5539]
121[e]. Rotomagi, 1509.
*† 122[e]. Cadomi, 1512 : apud Laurentium Hostingue, impensis Michaelis Angier etc.

i) Recensio et parapharsis Lovaniensis (123[e]-124[e] ; vide specimina pp. 399-401), una cum reliquis Organi partibus :

123[e]. Lovanii, 1554 : apud S. Sassenum.
*† *Lö* 124[e]. Lovanii, 1560 : apud Viduam S. Sasseni.

j) Translatio Argyropuli altera lib. I.1-7 (125[e]-127[e] ; et vide supra, 63[e], 64[e], 97[e]-103[e] ; confer 3[e] ; vide specimina pp. 402-404 ; vide etiam Addenda, pp. 501-502.

*† *Ia* 125[e]. Venetiis, 1496 : apud Ioannem et Gregorium de Gregoriis, sumptibus Fontanae. [G.W. 2341]
126[e]. Venetiis, 1505 : apud Pincium.
127[e]. Venetiis, 1507 : apud Octavianum Scotum.

k) Translatio Feliciani, lib. I (128[e]-131[e] ; vide specimina pp. 405-406), cum Commentario Alexandri Aphrodisiensis :

*† *If* 128[e]-131[e]. Venetiis, *†1542, 1549, 1559, 1560 : apud Hieronymum Scotum.

l) Translatio Rasarii (132[e]-133[e] ; vide specimina pp. 406-408), cum Commentario Magenteni :

*† *Jr* 132e. Venetiis, 1544 : apud Hieronymum Scotum.
133e. Lugduni, 1547 : apud Sebastianum Gryphium.

m) Translatio Philalthaei, lib. I.1-7 (reliqua sunt e translatione Buranae ; 134e-137e ; vide specimina pp. 408-410), cum Commentario Philoponi :

*† *Lp* 134e-137e. Venetiis : apud Hieronymum Scotum, *†1544, 1548, *1555 ; apud Ioannem Gryphium, *1553.

n) Translatio Perionii (138e-145e ; vide specimina pp. 410-412), cum reliquis Organi partibus :

*† *Ip* 138e. Parisiis, 1548 : apud Nicolaum Divitem.
139e-143e. Coloniae : apud Horstium, 1552, 1553, 1556, 1565 ; apud Cholinum, 1559.
144e. Lugduni, 1553.
145e. Basileae, 1554 : apud Oporinum.

o) Translatio Durii (recensio Gruchii prior : 146e-147e ; vide specimina pp. 412-415) :

†* *Fd* 146e. Parisiis, 1551-1552 : apud Michaelem Vascosanum.
* 147e. Parisiis, 1556 : apud Matthaeum Davidem.

p) Translatio Gruchii (recensio altera translationis Durii ; vide specimina pp. 412-415 : 148e-167e), cum reliquis Organi partibus vel omnibus Aristotelis operibus :

148e-150e. Basileae : apud Oporinum, 1559, 1585 ; apud Hervagium, 1563.
*† *Dg* 151e-158e. Parisiis : apud Richardum, 1559, 1561 ; apud Brumennium, 1560, 1569 ; apud I. du Puys *†1567, 1590 ; apud I. de Bordeaux 1578 ; apud D. a Prato 1586.
* 159e-160e. Coloniae Agrippinae : apud Horstium 1559/1561 ; (cum Commentario Didaci Masii) *1617 (?).
* 161e-164e. Lugduni : apud A. Vincentium, 1560 ; apud G. Rovillum, 1576, 1588 ; apud Budonium et Laimarium, *1590.
* 165e. Francofurti, 1593 : apud A. Wechelii haeredes (Marnium et Aubrium).
166e. Aureliae Allobrogum, 1605 : apud P. de la Rovière.
* 167e. Aureliae Allobrogum, Genabae, Coloniae Agrippinae, 1607 : apud P. de la Rovière.

q) Editio Carpentarii e translatione Durii et recensione Stapulensi complexa, cum reliquis Organi partibus (168e-170e ; vide specimina pp. 415-417) :

*† *Ic* 168e. Parisiis, 1567/1568 : apud T. Brumennium.
* 169e. Parisiis, 1572 : apud Iacobum du Puys.
* 170e. Parisiis, 1578.

r) Translatio Rubi Hannonii (171[e] ; vide specimina pp. 417-419), cum reliquis Organi partibus :

*† *Ih* 171[e]. Duaci, 1564 : apud I. Boscardum.

s) Translatio Iulii Pacii (172[e]-192[e] ; vide specimina pp. 419-421), cum reliquis Aristotelis operibus vel Organi partibus, cum vel sine graeco textu :

*† *Iu* 172[e]. Morgiis, 1584 : apud G. Laimarium.
* 173[e]-176[e]. Francofurti, 1591, *1592, *1597 (etiam Genabae), 1598 : apud A. Wechelii haeredes (Marnium et Aubrium).
* 177[e]. Lugduni, 1597 : apud Laimarium.
178[e]-179[e]. Aureliae Allobrogum : apud Crispinum, 1605 ; apud Vignon (etiam Genabae), 1605.
180[e]-183[e]. Hanoviae, 1606, 1611, 1617, 1623 : apud Marnium, Aubrium et Schleichium.
* 184[e]-189[e]. Parisiis : Typis Regiis, *1619, 1629 ; apud S. Cramoisy, *1619 ; apud Morelium, 1639, 1639 ; apud Billaine etc., 1654.
* 190[e]. Basileae, 1619 : apud Henricum Petrum (cum Commentario Ludovici Lucii).
191[e]. Helmstadii, 1671/1672 : apud H. Müller.
* 192[e]. Berolini, 1831 : apud G. Reimer (in editione Bekkeriana Operum Aristotelis, vol. III)

t) Translatio Hildenii (193[e] ; vide specimina, pp. 421-424), cum reliquis Organi partibus :

*† *Hd* 193[e]. Berolini, 1585 : apud Hildenium.

u) Translatio Monlorii (194[e] ; vide specimina pp. 424-426) :

*† *Im* 194[e]. Francofurti, 1593 : apud I. Wechelium.

v) Translatio Buhlii (195[e]-198[e] ; vide specimina pp. 426-428), cum reliquis operibus Aristotelis :

*† *Jt* 195[e]. Biponti, 1792 : apud Typographiam Societatis Bipontinae.
* 196[e]-198[e]. Parisiis, *1848, 1862, 1883 : apud F. Didot.

7. *De librorum manu scriptorum et impressorum cognationibus.*

Quae in hoc capitulo dicentur, de libris non omnibus quorum notitiam qualemcumque habemus — ducentis scilicet sexaginta sex manu scriptis, ducentis fere impressis — valent, sed de iis tantum quos ipsi vidimus et quorum descriptionibus asteriscum in elenchis superioribus adiecimus. Sunt hi numero ducenti et

viginti septem, quorum centum triginta sex manu scripti, nonaginta unus impressi ; inter eos antiquissimi omnes ante saeculum decimum tertium exarati et editiones incunabulae fere omnes. Sed e libris manu scriptis quindecim tantum totos contulimus, aliorum quinquaginta sex partes vel particulas quasdam ; quinquaginta circiter hic illic inspeximus ut certi fieremus quam recensionem vel recensionum mixtionem qualem praeberent ; reliquos ita tantum ut cerneremus utrum Boethianam an aliam translationem praestarent. Libros impressos nullos integre contulimus, sed quantum sufficiebat ad recensiones et translationes distinguendas inspeximus ; ad eos quos non vidimus distinguendos descriptionibus nisi sumus quas in catalogis impressis legimus.

Recensionem Carnutensem (***b***) puram et integram in uno codice Carnutensi 497 (*Ch*) invenimus, maximam eius partem in Glasguensi Bibl. Univ. U.6.10 (*Gw*) et Londinensi Mus. Brit. Arunt. 383 (*Ud*) ; sed non easdem particulas e recensione Florentina hi duo libros erutas praebent. Ita differunt *Ch* et *Gw* inter se ut nullum exstitisse exemplar facile credamus post archetypum e quo ambo manaverint ; sed *Ud* in capitulis fere totis 1-16 prioris libri plurimas lectiones cum *Ch* communes praebet, multas postea ex eodem fonte ac *Ch* traxit, plerasque etiam ex eodem ac *Gw* ; ab ambobus tamen ita differt ut e neutro partim descriptum vel derivatum esse possibile sit. — Tribus illis codicibus addendus fortasse erat Londinensis Mus. Brit. Burneianus 275 (*Uy*), in quo capita 1-16 libri prioris secundum recensionem Carnutensem scripta prius erant ; sed omnes fere lectiones in quibus haec a Florentina differt accuratissime erasae sunt ut locum alteri recensioni darent.

Recensionem Florentinam (***B***) totam vel paene totam duo praestant libri, Florentinus Bibl. Nat. Centr., Conv. Soppr. J.6.34 (*Nn*) et Vaticanus lat. 2978 (*Xv*), qui nonnumquam ita falsas lectiones praebendo conveniunt ut ex uno exemplari mendis non experte eos provenisse palam sit.

Ad pleniorem tamen notitiam cognationum inter libros qui duas recensiones praebent dicendum prius est de innumeris fere libris qui mixtos textus praebent.

Editionem mixtam quam appellavimus Ambrosianam (***m***), e primis sedecim capitulis recensionis ***B*** et reliquis recensionis ***b*** compositam, vel puram vel paene puram continent quadraginta duo libri :

Assisiensis 658 (*As*), Florentinus Laur. Gadd. 89 sup. 76 (*Gi*), Florentini Laur. S. Cr. XI sin. 1, 3, 4, 5, 6, Florentini Nation. Centr. Conv. Soppr. B.10.2856, C.9.2821, Londinensis Mus. Brit. Harl. 3272, Mediolanenses Ambros. I.195 inf. (*Zm*), M.96 sup., R.55 sup., Parisini Mazar. 3470,3471, Parisini Bibl. Nation. lat. 6293, 7766, 12956, 13937, 13939, 14697, 16092, 17806, 17807, 17808, Sangallensis Bibl. Monast. 816, Toletanus Bibl. Capit. 94.10 (*Tl*), Vaticani Borgh. 18 (*Bh*), 33 (*Bi*), 58 (*Gh*), 73, 133 (*Us*), Pal. lat. 986 (*Pl*), 987, 988 (*Pt*), Regin. lat. 2036, Urb. lat. 1318 ,Vat. lat. 2113 (*Wa*), 2115 (*Wc*), 2981, Veneti Bibl. Marc. VI. 41, 145.

Eandem editionem minus puram, aliquantum cum alterutra recensione contaminatam, hi produnt quinquaginta quattuor :

Abrincensis 227 (*Ac*), Ambianenses 403, 404, Claustroneoburgensis 10 (*Kn*), Dunelmenses C.IV.16 (*Dr*), C.IV.17 (*Dh*), C.IV.19 (*Dm*), Florentini Laur. S. Cr. II sin. 9, XI sin. 7, Florentinus Bibl. Nation. Centr. Conv. Soppr. J.10.12, Florentinus Riccard. 160, Londinenses Mus. Brit. Arunt. 392 (*Un*), Burn. 275 [post correctionem] (*Uy*), Matritensis Bibl. Nation. 3443 (*Mt*), Mediolanenses Ambros. B.87 sup., H.138 inf., L. 60 sup., Oxonienses Bibl. Bodl. Canon. lat. class. 188 (*Of*), lat. class. d. 35, Oxoniensis Balliol. 253 (*Od*), Parisini Bibl. Arsen. 727, 728, Parisini Bibl. Nation. lat. 6289 (*Zb*), 6291 (*Wz*), 6291A, 6294, 6576, 10202, 11116, 12950, 16080 (*Gf*), 16597, 16599, Patavini Bibl. Anton. 401 [lib. I et particulae II[1]] (*Aa*), 485, 557, Romanus Bibl. Nat. Vitt. Em. 10 (*Vm*), Vaticanus Archivi S. Petri H.5, Vaticani Bibl. Apost. Borgh. 56 (*Oh*), 108 (*Rh*), 130 (*Hn*), 131 (*Ee*), Chis. E.V.149 (*Ig*), Ottob. lat. 1149, Pal. lat. 996, 1006 (*Vp*), Urb. lat. 1312 (*Ub*), Vat. lat. 2117, 2977, 2983, Veneti Bibl. Marc. VI.142, 143, 293, Yalensis Bibl. Marst. s. n. (*Ym*).

E duabus prorsus commixtum textum in primo libro continent duo :

Florentinus Laur. S. Cr. XI sin. 9 (*Yf*), Vaticanus lat. 2982 (*Bo*).

Editionem ***m*** cum ***B*** valde contaminatam hi praebent duodecim :

Florentini Laur. S. Cr. XI sin. 2, 10, S. Marci 101, Londinenses Mus. Brit. Add. 18374 (*Dd*) [1], Reg. 12.D.II (*Ly*), Parisini Bibl. Nation. lat. 6292, 15088 (*Za*), Patavinus Bibl. Univ. 848 (*Po*), Vaticani Bibl. Apost. Ross. 400 (*Ro*), Vat. lat. 2068 (*Vi*), 2114, 10683.

Editio ***m*** valde cum ***b*** contaminata in codicibus duobus invenitur :

Paris. Bibl. Nation. lat. 16595 (*Sr*) et 16596.

---

[1] Hic fortasse erit codicibus adnumerandus qui recensionem praecipue ***B*** produnt, sicut et alii hic recensiti.

Per totum fere librum priorem, recensionem ***B*** praebent codices minimum [1] tres, per maximam vero partem secundi — sed alius alio modo — recensionem ***b*** :

Florentinus Bibl. Nation. Centr. II.II.14 (*Nc*), Parisinus Bibl. Nation. lat. 6290 (*Pn*), Venetus S. Marci VI.168 (*Vn*).

Per totum contra librum secundum, recensionem ***B***, per primi maximam partem editionem ***m*** codex unus optimus servat :

Florentinus Bibl. Riccard. 126 (*Xr*).

Fragmentorum duorum sequentium alterum textum ***b*** praestat, alterum ***B***, sed ambo possunt e libris excerpta esse editionem ***m*** vel aliter compositam continentibus :

Londinensis Mus. Brit. Reg. 15.B.IV, Oxoniensis Bibl. Bodl. Rawl. D.893.

Recentissimus denique liber manu scriptus editionem impressam Stapulensem iterare videtur, quamquam non satis eum tractavimus ut certi esse possimus eum ab hac nihil differre :

Vaticanus lat. 4543.

Libri impressi omnes — quantum eorum vidimus — editionem ***m*** parum cum alterutra recensione mixtam produnt ; sed fragmenta quae sub lemmatum forma in commentario Tartareti (*Tt*) citantur aliquantum e textu ***b*** pendent.

Librorum manu scriptorum textum mixtum praebentium quos totos contulimus has existere cognationes invenimus. Proximi inter se per totum opus sunt *Bo* et *Yf*, quamquam aliquanto propius stet *Yf* quam *Bo* recensioni ***B*** ; sed tam frequenter lectiones falsas vel coniectas ambo easdem praebent ut communem fontem statuere debeamus unde maxima ex parte ambo promanaverint. Similiter finitimi ad invicem sunt per primum librum totum et secundi maximam partem — excipiantur tantum capita 21-27 in quibus *Pn* sequitur ***B***, *Vn* contra ***b*** — *Pn* et *Vn* ; sed *Vn* quandoque lectiones recensionis ***b*** vel codicis *Bo* (vel etiam *Yf*) habet quae in *Pn* non inveniuntur. Ambo tamen, *Pn* et *Vn* dico, nonnihil cum *Bo* et *Yf* commune habent. *Nc* inter binos mediam viam tenet cum in primo libro et in secundi capitulis 1-6 codici *Pn* simillimus sit, ceterum codici *Bo*.

[1] Vide adnotationem praecedentem.

De cognationibus inter mixtos codices et utriusque recensionis puros haec dicenda occurrunt. *Zm* suam viam, paucis exceptis, tenet in I.1-16 (rec. ***B***), sed multa habet cum *Ch* contra *Gw* communia ubi textum ***b*** praebet. *Xr* ex puro fere exemplari provenit quod mendas codicibus *Nn* et *Xv* communes non praebebat, sed familiaritatem quandam cum *Vn* et maiorem cum *Pn* praefert. *Xv* contra aliquanto propior quam ceterorum cuiquam est communi fonti e quo *Bo* et *Yf* manaverunt. In textu ***b*** denique reddendo codices *Bo* et aliquanto minus *Yf* plura habent communia cum *Ud* quam cum *Gw*, nihil cum *Ch* et *Zm* ; idem quoque de *PnVn* dicendum est, sed quae cum *Ud* vel *Gw* communia habent non semper in *Yf* vel *Bo* inveniuntur. *Sr* denique proximus est — cum ***b*** praebet — codici *Ch*, sed quaedam habet quae codici *Gw* communia sunt.

In libris impressis textus septem invenimus qui nullo modo ab invicem dependere videntur ; ubi primo singuli typis editi sint hic indicamus :

Lovanii 1475 (*Lw*), Augustae 1479 (*Ke*), Venetiis 1481 (*Ph*) [et aliquantum mutatus Coloniae 1485/8 (*Qu*) in lemmatibus brevissimis, Coloniae 1489 (*Qt*) per opus totum], Venetiis 1483 (*Nv*), Parisiis 1484 circiter (*Gg*), Parisiis 1494/5 (*Tt*), Basileae 1495 ? (*Jl*).

Nullos libros vidimus qui textus *Lw Ke Jl* iteraverint, sed quem editiones *Qu* vel *Qt* continent iterum praebent libri Coloniae 1493, fortasse etiam ibidem 1494 et 1499, impressi ; textus editionis *Nv* non tantum in editionibus quae, sicut illa, Expositionem Averrois addunt invenitur (Venetiis 1489, *Bt* ; Venetiis 1495/6, *Ni* ; Lugduni 1530 ; fortasse etiam Venetiis 1516/9), sed etiam sine Expositione (Venetiis 1484, *To*), vel cum commentario Aegidii Romani (Venetiis 1499, *Ær* ; Venetiis 1516), vel cum commentario Iohannis de Celaya (Parisiis 1516, *Iy*). Textu *Gg* usus est Faber Stapulensis (*Jq*) ad suam recensionem parandam, quae inde ab anno MDIII usque ad annum MDCCCXCI iterum iterumque impressa est (*Lr, Mg*) et qua fulti recensiones et translationes novas plerique editores praestiterunt.

Quas denique inter se et cum antiquis textibus affinitates habeant recensiones et interpretationes Stapulensi posteriores supra, pp. XXXLVII-XLV, nonnulla diximus, plura dicere non ad rem nostram pertinet.

Ad relationes omnes de quibus disseruimus facilius mente et oculo comprehendendas diagrammata subiecta alicuius utilitatis

fore speramus, lectore benevolo praemonito lineas quibus sigla codicum coniunguntur magis proximitates et affinitates quam certas constantesque cognationes significare.



TABULA I. Translatio Boethiana, eiusque recensionum codices.

a, λ, *Λ* = libri graeci

L = translationis textus prior B = textus posterior (recensio Florentina) *b* = recensio Carnutensis *m* = editio Ambrosiana

Bo = cod. Vatic. lat. 2982 *Ch* = Carnut. 497 *Gw* = Glasg. U.6.10 *Nc* = Florent. Nat. Centr. II.II.14 *Nn* = Florent. Nat. Centr. C. S., J.6.34 *Pn* = Paris. Nat. 6290 *Sr* = Paris. Nat. 16595 *Ud* = Lond. Mus. Br. Arunt. 383 *Vn* = Ven. S. Marci VI.168 *Xr* = Florent. Ricc. 126 *Xv* = Vatic. lat. 2978 *Yf* = Florent. Laur. S. Cr. XI sin. 9 *Zm* = Mediol. Ambr. I.195 inf.



TABULA 2. Recensionis Carnutensis codices potiores.

b = recensio Carnutensis B = recensio Florentina

Ch = cod. Carnutensis 497 *Gw* = Glasg. U.6.10 *Sr* = Paris. Nat. 16595 *Ud* = Londin. Mus. Br. Arunt. 383 *Zm* = Mediol. Ambr. I.195 inf.



TABULA 3. Recensionis Carnutensis codices mixti.

b = recensio Carnutensis B = recensio Florentina

Bo = cod. Vatic. lat. 2982 *Ch* = Carnut. 497 *Gw* = Glasg. U.6.10 *Nc* = Florent. Nat. Centr. II.II.14 *Pn* = Paris. Nat. 6290 *Ud* = Londin. Mus. Br. Arunt. 383 *Vn* = Ven. S. Marci VI.168 *Xr* = Florent. Ricc. 126 *Yf* = Florent. Laur. S. Cr. XI sin. 9 *Zm* = Mediol. Ambr. I.195 inf.



TABULA 4. Recensionis Florentinae codices.

B = recensio Florentina *b* = recensio Carnutensis

Bo = cod. Vatic. lat. 2982 *Nc* = Florent. Nat. Centr. II.II.14 *Nn* = Florent. Nat. Centr. C. S., J.6.34 *Pn* = Paris. Nat. 6290 *Vn* = Ven. S. Marci VI.168 *Xr* = Florent. Ricc. 126 *Xv* = Vatic. lat. 2978 *Yf* = Florent. Laur. S. Cr. XI sin. 9 *Zm* = Mediol. Ambr. I.195 inf.



TABULA 5. Translationis Boethianae editiones impressae.

b = recensio Carnutensis *m* = editio Ambrosiana

Ær = ed. Venet. 1499 (et 1516) cum comment. Aegidii *Bt* = Venet. 1489 cum comment. Averr. *Gg* = Paris. Gering ca. 1484 *Iy* = Paris. 1516 cum

comment. Ioannis de Celaya *Jl* = Basil. 1495 (?) cum comment. Ioannis de Lapide *Jq* = Paris. Stapulensis 1503 (et saepius) *Ke* = Aug. Vindel. Keller 1479 *Lr* = Basil. Loriti Glareani 1546 (et 1570) *Lw* = Lovanii Braem 1475 *Mg* = Paris. Migne 1847 (et 1860, 1891) *Ni* = Venet. 1495/6 cum comment. Averr. *Nv* = Venet. 1483 cum comment. Averr. *Ph* = Venet. Philippi 1481 *Qt* = Colon. 1489 Copulata *Qu* = Colon. 1485/8 Copulata *To* = Venet. de Tortis 1484 *Tt* = Paris. 1494/5 (etiam Lugd. 1500, Basil. 1515, Venet. 1515) cum comment. Tartareti



TABULA 6. Recensiones et translationes aetatis recentioris.

α = libri graeci

m = editio composita Ambrosiana translationis Boethii

Dg = transl. Durii (rec. alt. Gruchii) *Fd* = transl. Durii (rec. pr. Gruchii) *Gg* = ed. Paris. Gering ca. 1484 *Gy* = rec. Grynaei (?) *Hd* = transl. Hildenii *Ia* = transl. alt. Argyropuli *Ib* = rec. Buranae *Ic* = rec. Carpentarii *If* = transl. Feliciani *Ih* = transl. Rubi *Im* = transl. Monlorii *Ip* = transl. Perionii *Iu* = transl. Pacii *Ja* = transl. pr. Argyropuli *Jb* = rec. compos. (*Ib* + *Jq*) *Jc* = rec. Iustiniani Chii *Jq* = rec. Stapulensis *Jr* = transl. Rasarii *Jt* = transl. Buhlii *Lö* = rec. (paraphr.) Lovaniensis *Lp* = transl. Philalthaei *Nh* + *Nu* = rec. 'Niphi' *Tb* = paraphr. Bricoti

Litteris maioribus libri significantur qui maxime vulgati sunt.

8. *De textu recensionis Florentinae* (***B***) *restituendo.*

Ex iis quae supra diximus patet ad textum recensionis ***B*** restituendum maxime codicem Florentinum Bibl. Nat. Centr. Conv. Soppr. J.6.34 (*Nn*) valere, qui opus totum — si lineas viginti quinque in capitulis primo et secundo libri prioris excipias — secundum illam recensionem praebeat, antiquissimus sit, optime scriptus, paucisque denique mendis foedatus. Solus hic illic lectionem genuinam praebet, vel lectionem duplicem quae translatori est adscribenda ; mendas nonnullas vel scriptor codicis ipse correxit vel alius eiusdem temporis scriptor. Excellentiae huius libri haud paucum addit quod solus ex iis quos vidimus scholia antiqua plurima praebet, eo modo adscripta ut totus codex e libro antiquo optimeque edito derivatus esse videatur. Quibus de causis quandoque in discrimine librum hunc *Nn* secuti sumus etiam si contra eum omnes alii concordent. Sed multo minus pretii tribuendum est codici Vaticano latino 2978 (*Xv*) qui, quamquam et ipse totum continet textum recensionis Florentinae et valde est antiquus, innumeris tamen erroribus scatet, neque certi esse possumus lectiones eius probabiles semper esse veras. Ad haec duo nihilo minus valet : ut scilicet codicis *Nn* lectura confirmetur, quandocumque in verbis probabilibus invicem congruunt, et ut certiores fiamus errores quosdam qui in *Nn* inveniuntur ad antiquiorem fontem esse reducendos, cum hi duo libri, ut iam diximus, multis modis inter se propiores sint quam cuivis alii codici.

Post *Nn* maximae est utilitatis codex Riccardianus 126 (*Xr*) qui Priorum Analyticorum librum alterum totum, primi dimidiam partem secundum Florentinum textum praebeat et accurate ex antiquiore exemplari descriptus sit erroribus experte qui in *Xv* et *Nn* communiter exstant. Ita fit ut, per partes totas ubi *Xr* recensionem ***B*** prodit, concordantia inter *Nn* et *Xr* signum fere certum sit lectionum genuinarum [1]. Eadem fere dicenda sunt de codice Mediolanensi Ambr. I.195 inf. (*Zm*) pro parte haud magna operis (libri primi capp. 1-16) quae e ***B*** derivata est ; nisi quod saepius falsa primo scripserit librarius et postea vel ipse vel alius correxe-

[1] Quod si quando *Nn* et *Xr* (vel sine *Xv* vel cum eo) simul errent, vel casu hoc evenisse credatur (vide 32.8) vel quod glossa antiqua in textum irrepserit (vide 31.20).

rit. Illud etiam dignum notae est in codice *Zm* quaedam scholia antiqua — quae omnia duobus exceptis in codicis *Nn* marginibus exstant — in Aristotelicum contextum accepta esse ; quod confirmare videtur librum hunc sua ratione antiquum fontem repetivisse.

His ergo libris, *Nn, Xr, Zm,* minus vero *Xv,* nisi sumus textum recensionis Florentinae restituentes ; sed non sprevimus testimonium codicis Parisini Bibl. Nation. lat. 6290 (*Pn*) et cognati codicis Veneti Bibl. S. Marci VI.168 (*Vn*) vel fere geminorum Florentini Bibl. Laur. S. Cr. XI sin. 9 (*Yf*) et Vaticani lat. 2982 (*Bo*), qui omnes, quamvis e fontibus pluribus commixti, hic illic pristinam et puram textus formam servare videntur. Fere nihil in particulis quas recensionis huius praebent iuverunt codex Glasguensis Bibl. Univers. U.6.10 (*Gw*) et Londinensis Mus. Brit. Arunt. 383 (*Ud*). Nihil prorsus in codice Florentino Bibl. Nation. Centr. II.II.14 (*Nc*) nisi duas fortasse lectiones invenimus quae ad textum emendandum valerent, cum partim eadem praebeat quae *Pn,* partim quae *Bo* ; et quae non ex his fontibus manant, ex erroribus vel ex coniecturis manifeste proveniunt. Omnia quae in innumeris fere aliis codicibus vel manu scriptis vel impressis vidimus ad traditionis historiam cognoscendam valere aliquid poterunt, non ad litteram translatoris restituendam.

9. *De textu recensionis Carnutensis* (***b***) *restituendo.*

Codex aetate vetustissimus aliisque de causis praestantissimus ex quo hanc recensionem nominavimus, Carnutensis Bibl. Munic. 497 (*Ch*) solus, quod sciam, particularum in principio quarundam testis est et per totum opus auctoritate maxima ad hanc recensionem cognoscendam pollet, ita ut non sine bene perspecta causa verba quae praebet reicienda sint. Sed vel scriptor litterarum formandarum perspicuitatem et elegantiam magis quam accuratam textus descriptionem adipisci voluit vel exemplar quod prae se habuit iam erat valde mendosum. Ad ea quae palam in *Ch* falsa vel omissa sunt corrigenda et supplenda fere idem valent per totum paene opus codex Glasguensis *Gw* et inde a capite 17 libri primi Mediolanensis *Zm.* Quorum melior est *Zm* sed, cum errores nonnullos cum *Ch* communes habeat, codicis *Gw* testimonium saepe confirmare non valet. Res tamen ita se habent ut concordantia vel codicum *Ch* et *Gw,* vel *Gw* et *Zm* fere semper

sanitatem lectionum praestet. Aliquid quoque conferunt ubique paene operis codex Londinensis *Ud* qui medium, sicut supra ostendimus, locum inter *Ch* et *Gw* tenet et mendas alteriusutrius codicis corrigere nos permittit, et — in parte quam contulimus — codex et ille mixtus Parisinus Bibl. Nation. lat. 16595 (*Sr*), in parte denique altera libri primi Analyticorum Riccardianus *Xr*. De reliquis codicibus quos vidimus et totos vel partim contulimus eadem valent quae supra de recensione ***B*** edenda diximus.

10. *De ratione textuum edendorum.*

Cum recensiones Carnutensis (***b***) et Florentina (***B***) hic plurimum illic parum vel nihil ab invicem differant incertum nobis erat utrum ambas totas separatim edere an unam tantum, differentiis in adnotatione additis, an partes maxime differentes separatim, reliquas secundum unam recensionem tantum, diversis lectionibus alterius ei subiectis, melius esset. Tertium hoc consilium optimum visum est, tum ut exempla utriusque recensionis per se stantis daremus, tum ut comparatio duarum per maximam partem operis facilis uno obtutu esset, tum ut adnotatio modum non excederet in partibus maxime differentibus. Sed, ne lector ullo in loco incertus esset quae communia recensionibus duabus essent, quae diversa, ad hanc rem significandam aliis et aliis typis usi sumus.

Haec ergo ratio nostra fuit. Textum integrum recensionis ***B*** uno tenore, numquam mutatis typis, primo dedimus, quippe qui perfectiorem translatoris interpretationem praestare credendus sit. Imprimendas deinde separatim curavimus partes illas imperfectioris editionis ***b*** quae magis a ***B*** distant, has scilicet : prioris libri capita I.1-16, 30-31, 38-44, posterioris 16-27 et finem capituli 15. In his partibus litteris maioribus indicavimus quae recensio ***b*** sua habet, a ***B*** diversa, minoribus quae in ambabus eadem leguntur. Partem maximam recensionis ***b*** quam non seorsum edidimus, facile legendo composueris si alteram adnotationem latinam in fine paginarum singularum editionis ***B*** inspexeris ; ibi enim litteris maioribus scripsimus quae propria sunt recensionis Carnutensis, minoribus quae varietatem lectionum tantum, non recensionum, spectant.

Verborum scribendorum rationem eandem secuti sumus ac in volumine huius seriei Categorias continente (Aristoteles Latinus

I.1-5) [1], quamvis in Analyticis Prioribus describendis librarii omnes suorum temporum regulas secuti sint, saeculorum scilicet duodecimi et posteriorum. Non tamen certi sumus Boethium 'syllogismus', 'hypothesis' etc. scripsisse, cum fieri potuerit ut in talibus verbis scribendis vel littera 'i' pro 'y' utendo vel litteram 'h' omittendo librarii antiquiorem formam iterarent. In una tantum re viam quam secuti eramus reliquimus, verba 'habundare' et similia littera 'h' praemissa scribentes, cum ita constantem viderimus hunc fuisse usum ut eum antiquum esse posse crediderimus. Pro « .a., .b., ... » semper « A, B... » scripsimus.

Sicut in voluminibus ceteris opus per capita distinximus, Bekkerum aliosque ante eum sequentes, quamquam credimus e codicibus ipsis divisionem hic illic aliam eamque antiquiorem elici posse. Est haec una de multis rebus in quibus opus nostrum deficit.

Titulos illos capitibus adiecimus quos e libris manuscriptis eruimus et translatori ipsi adscribendos esse non dubitamus [2]. Tituli alii, ampliores et operis totius summarium praebentes, in codicibus aliquibus inveniuntur [3] ; sed hi testimonium magis offerunt studii quo editores mediae aetatis Analytica Priora ut facilius utiliusque legerentur paraverunt, quam antiquae operis formae.

In marginibus numeros et litteras paginarum, columnarum, linearum editionis Bekkerianae graecae adiecimus ; ad ea referunt lectorem quae in indicibus verborum, in praefatione, in editione scholiorum inveniuntur.

II. *De adnotationibus latinis nostrae editioni subiectis.*

Adnotationem latinam lectiones selectas recensionis Florentinae praebentem per totum textum paginis 5-139 editum addidimus, littera ***B*** signatam. Adnotationem aliam, littera ***b*** signatam, varietatis lectionum recensionis Carnutensis continentem exempla, sub priore adnotatione adiecimus per partes operis omnes quas non separatim edidimus, scilicet in paginis 39.6-69.4, 72.8-79.15, 83.22-123.22 ; per partes quae seorsum impressae sunt, adnotatio ***b*** sub eisdem, in paginis scilicet 143-191 infimis, invenietur.

---

[1] Vide ibi p. XLIX.

[2] Vide infra, p. LXIX.

[3] Exempli gratia codices Vaticani Urb. lat. 1312 (*Ub*), Vat. lat. 2113 (*Wa*), Vat. lat. 2982 (*Bo*).

Cum recensio alterutra, ut supra ostendimus, in singulo vel in binis tantum libris integra inveniatur, sed plerumque vel in hoc vel in illo alternatim legatur, in singulis paginis indicavimus quibus codicibus ad singulas textus partes restituendas usi simus quorumve varias lectiones collegerimus. Sigla quae extra uncos sunt eos significant codices quorum totam lectionum varietatem in adnotatione edidimus (si minimos orthographiae errores excipias) ; quae intra sunt uncos, illos indicant quorum selectas tantum lectiones dedimus. Selectionis regulae hae nobis fuerunt : 1) lectiones omnes quae in duobus vel pluribus ex undecim libris *BoChGwNnPnUdVnXrXvYfZm* (vel duodecim ubi *Sr* in usum captus est) inveniuntur semper laudavimus ; 2) si lectio quaedam laudanda fuerit, lectiones varias e ceteris quoque codicibus adiecimus ; 3) lectiones nonnullas, praecipue omissiones longas, etiam indicavimus si in uno tantum codice reperiantur, quandocumque momenti alicuius esse credidimus.

Lectiones per duas adnotationes (***B*** et ***b***) ita, ut par erat, distribuimus, ut varietas alteriusutrius recensionis quam manifestissima appareret. Sed mixtio recensionum, in codicibus praecipue *BoYf*, non permisit eas in adnotationibus omnino separari : ita factum est ut saepe ex alia ad aliam adnotationem, ex alia ad aliam recensionem referre lectorem opus fuerit. Hoc duobus modis fecimus : si recensionis ***B*** codices quidam lectionem recensionis ***b*** praebeant, hoc littera hac minore significavimus, si contra recensionis ***b*** codices aliqui textum ***B*** exhibeant, maiore littera hac in apparatu ***b*** indicavimus ; si tamen lectio aliqua erronea in codicibus utriuque recensionis exstet, eam in ambabus dedimus adnotationibus asterisco * praeditam.

In illis denique partibus ubi codices *BoYf* confuse omnino recensiones duas commixtas praebent, eorum varietatem in hac vel illa adnotatione dedimus in qua magis conferant ad traditionem alteriusutrius cognoscendam. Partes illas ex eo agnosces quod sigla *BoYf* in initio utriusque adnotationis post virgulam adiecimus.

Adnotatio ***b*** sub textu recensionis Florentinae non tantum lectiones falsas includit, sed illas omnes quibus Carnutensis a Florentina differt, quas tamen maioribus litteris scripsimus. Quod si codices aliqui recensionis Carnutensis lectiones alterius recensionis praebeant, has adnotavimus una cum siglis codicum eas praebentium.

Quae omnia ut perspicue declarentur, exempla sint lectiones hae quae in adnotationibus p. 60 recensentur :

1 post verbum « convertitur » unus codex *Nn* recensionis Florentinae praebet verbum « consequentia » ; cumque asteriscus non sit additus, patet hanc lectionem in nullo codice recensionis alterius inveniri ;

3 « et quaecumque » in codicibus tantum *PnYf* omissa sunt, et in uno *Vn* post « accidentia » posita sunt ; cum codex *Yf* in illa omissione cum *Pn* recensionis Florentinae conveniat, eius lectio hic inter lectiones recensionis Florentinae laudatur ;

5 « quae » in codice *Nn* recensionis Florentinae omissum est ; sed asterisco notatur quod eadem omissio in codicibus duobus alterius recensionis, *ChXr*, occurrat ; quod in altera adnotatione asterisco addito commemoratur ;

6 « conclusionem » in codicibus tantum *ChBo* invenitur ; eaque de causa nullo asterisco notatur lectio, quae tantum in adnotatione ***b*** habetur, cum *Bo* hic cum recensionis Carnutensis errore conveniat ;

17 « protendimus » lectio sana, non falsa, est recensionis Carnutensis, differens a lectione « proponimus » recensionis Florentinae ; ea de causa litteris maioribus « protendimus » scripsimus, nullis siglis additis, cum omnes codices recensionis Carnutensis hanc lectionem praebeant. Sed non commemoravimus quid habeant *BoYf* ;

19 lectionem « sequitur », qua Carnutensis a Florentina differt litteris maioribus adnotavimus ; sed commemoravimus codicem *Gw* hic lectionem « consequens est » recensionis Florentinae prodere.

12. *De libris graecis et syricis, et de adnotatione graeco-latina.*

Textus graecus Priorum Analyticorum vel integer vel fere integer centum circiter et viginti libris manu scriptis servatur [1], quibus addenda est editio princeps Aldina anni MCDXCV. Sed ex eis tres tantum integros et duos mutilos ab initio ad finem contulerunt editores [2], partim sex alios, hos scilicet : *A* = Vatic. Urb. gr. 35 saec. IX-X (contulerunt Bekker, Waitz, Ross), *B* = Venet. Marc. gr. 201 saec. X (contulerunt iidem), *C* = Paris. Coisl. 330 saec. XI (contulerunt Bekker et Ross, partim Waitz) ; *d* = Florent. Laurent. 72.5 saec. XI (partes antiquas, usque ad 49a27 et inde a 69b4 contulerunt Waitz et Ross ; insuper 49a27-50a24 Waitz), *n* = Mediolan. Ambros. L.93 sup. saec. IX (partem antiquam,

[1] Maximam eorum partem elencho recensuit W. D. Ross, *Aristotle's Prior and Posterior Analytics*, Oxford 1949, pp. 93-95, 98.

[2] *Aristoteles Graece ex recensione* I. BEKKERI, I, Berolini 1831, pp. 24-70 ; *Aristotelis Organon Graece edidit* Th. WAITZ, I, Lipsiae 1844, pp. 146-262 ; W. D. Ross, *op. cit.* pp. [99-209].

inde a 31a20, contulerunt Waitz et Ross) ; *a* = Roman. Angel. 42 (C.3.13) saec. XIV, *c* = Vatic. gr. 1024 saec. X-XI, *f* = Venet. Marc. App. IV.5 saec. XIV, *i* = Florent. Laurent. 72.15 saec. XIV, *m* = Mediolan. Ambros. Q.87 saec. XV, *u* = Basileens. Universit. F.II.21 saec. XII (hos omnes hic illic inspexit Waitz). Fragmenta quoque graeca aliqua operis in antiquis commentariis et paraphrasibus laudantur, Alexandri scilicet Aphodisiensis ad librum priorem, Ammonii ad initium prioris, Philoponi ad priorem, Pseudo-Philoponi ad librum secundum, Pseudo-Themistii (an Sophoniae ?) ad prioris capita 9-46 [1].

Textus graecus antiquus maxima ex parte etiam e translationibus syricis restitui potest, quarum una integra servatur Georgii (ob. a. D. DCCXXIV) codice Londin. Mus. Brit. Addit. 14659 [2]. Libri prioris capita 1-7 (usque ad 29b28) syrice edidit ignotus quidam translator, quae in compluribus codicibus — antiquissimus est Vatic. Syr. 158 saec. VIII-IX — exstant [3]. Translationes has ambas cum graeco textu ipsi contulimus (alteram iam contulerant et Nagy et Friedmann, opp. citt.), lectiones quibus a codice graeco *B* differunt edidimus, quomodo ad codices graecos ad hunc diem excussos et ad Boethianam translationem se habeant explanavimus [4]. Reliquarum syricarum interpretationum —

---

[1] Haec omnia edidit M. WALLIES iuter *Commentaria in Aristotelem Graeca*. II.1, IV.6, XIII.2, XXIII.3. — Vide etiam M. WALLIES, *Zur Textgeschichte der Ersten Analytik*, « Rheinisches Museum » N.F. LXXII 1917-1918, pp. 620-632.

[2] Typis edendam curavit G. FURLANI, *Il primo* [et *Il secondo*] *libro dei Primi Analitici di Aristotele nella versione siriaca di Giorgio delle Nazioni*, « Memorie della Reale Accademia dei Lincei : Classe di Scienze Morali » VI.v.3 et VI.vi.3, Romae 1935-1937.

[3] Codicum elenchum praebuit A. BAUMSTARK, *Geschichte der syrischen Literatur*, Bonn 1922, p. 102, quibus addeudus est cod. Birminghamensis Mingana 44 ; fortasse etiam codd. monasterii quod « Notre Dame des Sémences » in Mesopotamia appellatur, num. 51, 52, 53, 54 (vide J. VOSTÉ, *Catalogue de la Bibl. Syro-Chaldéenne du Couvent de N.-D. des S.*, « Angelicum » V 1928, pp. 3-36). — Translationem hanc typis edendam curavit A. NAGY, *Una versione siriaca inedita degli Analitici d'Aristotele*, « Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei : Classe di Scienze Morali » V.7, 1898, pp. 321-347 ; partim etiam (usque ad 25b3) I. FRIEDMANN, *Aristoteles' Analytica bei den Syrern* (Inaugural-Dissertation, Erlangen), Berlin 1898. — Coniecit Baumstark translatorem Probum fuisse, saeculi quinti philosophum ; Iacobo Edesseno tribuit versionem hanc J. S. ASSEMANI, *Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana* I, Romae 1719, p. 493, Hunaino filio Isaaci S. E. ASSEMANI, *Bibliothecae Mediceae Mss. Orientalium Catalogus*, Florentiae 1742, pp. 322-323.

[4] *Il testo dei Primi Analitici d'Aristotele : le tradizioni antiche Siriaca e Latina*. (Scritti in Onore di G. Furlani » = « Rivista d. Studi Orientali » XXXII 1957, pp. 567-584. — Lectiones complures e nostris collationibus citavit W. D. Ross, *op. cit.*

Athanasii dico Baladensis, Theophili Edesseni, Hunaini et Isaaci eius filii vel nihil vel minima supersunt fragmenta [1] ; sed nonnulla ad textus historiam cognoscendam utilia in Probi commentario ad librum priorem, in Severi Sabokt (ob. a. D. DCLXVI-DCLXVII) et Georgii commentariis ad totum opus, necnon in scholiis a Georgio translatis inveniri possunt [2] ; nemo tamen ad hunc finem haec opera inspexit. Neque quidquam exquisiverunt viri docti ad traditionem graecam Priorum Analyticorum cognoscendam in operibus arabicis, quorum praecipuum est Theodori abu Qurra integra translatio codice Parisino Bibl. Nation. arab. 2346 (= anc. fonds 882A) saec. XI servata [3].

Translationis Boethianae recensionibus ambabus cum collationibus integris Waitzii et Rossii graecis, necnon cum nostris syricis comparatis patuit librum graecum a Boethio in primis adhibitum multo propius cognatum fuisse codici *B* quam codici *n* (qui duo maxime distantes sunt in Prioribus Analyticis tradendis inter libros graecos ad hunc diem collatos), sed aliquanto propius codici *n* quam codici *Γ* quo usus est Georgius syrus. Mediam viam inter *B* et *n* tenet codex *C*, qui etiam sua nonnulla praebet ex antiqua tertia traditione provenientia ; cum hoc quoque quaedam communia habet translatio Boethiana, et, ut videtur, cum codice *Π* — similiter medio inter *B* et *n* — quem adhibuerat ignotus interpres syrus. Decies tantum per totum opus Boethii graecus textus concordasse videtur cum alio vel alio codicum graecorum ceterorum (*dfmu*, numquam *aci*) contra *nBΓΠ*

---

[1] Vide R. WALZER, *New Light on the Arabic Translations of Aristotle*, « Oriens » VI 1953, pp. 99-100, 108-109, 113-119 (iterum ed. in opere *Greek into Arabic*, Oxoniae 1962, pp. 60-113).

[2] Vide A. VAN HOONACKER, *Le traité du philosophe syrien Probus sur les Premiers Analytiques d'Aristote*, « Journal Asiatique » IX sér. XVI 1900, pp. 70-166 ; A. BAUMSTARK, *op. cit.* pp. 246-247 ; G. FURLANI, *Sul commento di Giorgio delle Nazioni al primo* [et *secondo*] *libro degli Analitici Anteriori d'Aristotele*, « Rivista degli Studi Orientali » XX 1942-1943, pp. 47-64, 229-238. Scholia a Georgio translata in imis paginis translationis operis edidit Furlani.

[3] Translationem edidit 'ABDURRAHMAN BADAWI, *Mantiq Aristu* I, Cahiri 1948 (cf. R. WALZER, *op. cit.*, pp. 99-100, 108-120) ; vide etiam P. KRAUS, *Zu ibn al-Muqaffa'*, « Rivista degli Studi Orientali » XIV 1933-1934, p. 3 adn. 3. — De commentariis et expositionibus arabicis hebraice et latine redditis vide M. STEINSCHNEIDER, *Die hebräischen Übersetzungen und die Juden als Dolmetscher*, Berolini 1893, pp. 43, 46-47, 54-62, 65-94 ; H. A. WOLFSON, *Plan for the Publication of a Corpus Commentariorum Averrois in Aristotelem*, « Speculum » VI 1931, pp. 418-419 ; et G. LACOMBE etc., *Aristoteles Latinus, Codices* I, pp. 101, 209-210, II, p. 1207.

vel singulos vel omnes, quantum illorum per Waitzium nobis notum est. Nonnumquam Boethium patet differentes lectiones prae oculis habuisse ab eis quae in codicibus illis leguntur; saepius suspicandum est eum sua ratione vel suo errore textum ita reddidisse ut latina verba graecis non ad amussim responderent.

Quamvis, ut supra diximus, valde differant recensiones Florentina et Carnutensis inter se, raro tamen diversas lectiones graecas arguunt uniuscuiusque lectiones latinae ; quindecies circiter si eas tantum consideremus quarum testis hic vel ille graecus codex est. Unde dubitari potest num Boethius pluribus quam uno codice graeco usus sit ; fortasse coniecerit quis eum aliquam varietatem lectionum vel in marginibus codicis graeci vel in commentariis alicubi invenisse. Ne tamen hac hypothesi deducti latius a veritate erraremus, siglum Λ pro textu graeco qui in recensione Florentina repetitur adhibuimus, siglum λ pro textu qui varietatem praebet quae in recensione Carnutensi iterata invenitur. Semel tantum lectio quaedam graeca (quae tamen nullibi in graecis vel syricis libris repperimus) e latinis verbis argui potest quae in libris potioribus neutrius recensionis inveniuntur (vide p. 124.3).

Quae supra de graecorum librorum cognationibus cum Boethii interpretatione diximus diagramma subiectum summatim patefaciet.



Tabula 7. Codices graeci.

α = archetypus n = Mediol. Ambr. L.93 sup. B = Ven. S. Marci 201 C = Paris. Coisl. 330 λ = exemplar Boethii prius Γ = exemplar transl. syr. Georgii Λ = exemplar Boethii alterum Π = exemplar transl. syr. anon.

Quae cum ita sint, optima nobis visa est ratio Boethii exemplaris, cum Graeca traditione comparati, exhibendi si lectiones solas et omnes latinas in adnotationem unam cogeremus quae a codice B differunt (ideo siglum B primo loco posuimus), eas ante uncum quadratum scribentes, post uncum lectionem codicis B. Quod si lectio latina cum lectione codicum $nC\Gamma\Pi$ congrueret vel omnium vel singulorum, horum sigla inter rotundos uncos post lectionem

latinam adiecimus ; si vero cum nullo horum, sed cum alio vel alio reliquorum (*dfmu*), horum dedimus sigla. Sigla quoque codicum *Adfimu* litteris *Γ* vel *Π* addidimus, sicubi cum uno vel alio horum sed non cum *C* concordaret lectio latina. Sed locos latinos qui a tota graeca nobis nota memoria differunt raro tantum commemoravimus, eos scilicet quos lectionem graecam quandam palam agnoscendam significare crediderimus. Neque nisi rarissimas lectiones citavimus quae per varietatem orthographicam (*αὐτ-*, *αὑτ-* et similia) differunt. Si denique lectio latina quae cum graeco comparatur in recensione tantum Carnutensi inveniatur, siglum ***b*** ei addidimus, si contra in Florentina tantum, siglum ***b*** lectioni graecae per signum = coniunximus.

Etiam omisimus in adnotatione graeco-latina componenda omnia quae ad capitulorum titulos attinent, cum nulla graeci textus editio critica eos vel in opere ipso vel inter varias lectiones commemoraverit. Sed codicem graecum *B* ipsi inspeximus et vidimus saepissime translatorem nostrum in suo exemplari graeco eadem quae illic inveniuntur habuisse ; quandoque contra titulos valde differentes a nostro praebet liber graecus ille. Ad hanc rem manifestiorem faciendam titulos nonnullos graecos e codice *B* excerptos cum latinis comparandos hic subiciamus :

25b32 INITIUM PRIMAE FIGURAE ***b***] *ἀρχὴ τοῦ α΄ σχήματος* 26b32 INITIUM SECUNDAE FIGURAE ***b***] *ἀρχὴ τοῦ β΄ σχήματος* 30a15 MIXTIO NECESSARII ET INESSE ***B*** : INITIUM PERMIXTIONIS NECESSARII ET INESSE ***b***] *ἀρχὴ τῆς μίξεως ἀναγκαίου καὶ ὑπάρχοντος* 37b18 MIXTIO CONTINGENTIS ET INESSE IN SECUNDA FIGURA] *περὶ μίξεως ἐνδεχομένου καὶ ὑπάρχοντος ἐν τῷ β΄ σχήματι* 40b16 FINIS MIXTIONUM] *τέλος τῶν μίξεων* 43a20 INITIUM SECUNDAE SECTIONIS, DE IDONEITATE SYLLOGISMORUM] *ἀρχὴ τοῦ β΄ τμήματος, περὶ εὐπορίας προτάσεων* 46b40 INITIUM TERTIAE SECTIONIS DE RESOLUTIONE SYLLOGISMORUM] *ἀρχὴ τοῦ γ΄ τμήματος, περὶ ἀναλύσεως* 57b18 DE EA QUAE CIRCULO EST OSTENSIONE] *περὶ τῆς κύκλῳ δείξεως* 59b1 DE SYLLOGISMORUM CONVERSIONE] *περὶ τῆς ἐν συλλογισμῷ ἀντιστροφῆς* 62b5 FIGURA TERTIA] *περὶ τοῦ γ΄ σχήματος* 63b32 FIGURA PRIMA] *περὶ τοῦ α΄ σχήματος* 64b28 DE EO QUOD EST IN PRINCIPIO PETERE] *περὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ αἰτεῖσθαι* 69a20 DE REDUCTIONE (DED- ***b***)] *περὶ ἀπαγωγῆς* 69a37 DE INSTANTIA] *περὶ ἐνστάσεως* 70a12 DE ENTHYMEMATE] *περὶ ἐνθυμήματος* 70b7 QUOMODO EST NATURAS COLLIGERE ***B*** : DE NATURAM COGNOSCERE ***b***] *περὶ τοῦ φυσιογνωμονεῖν* ;

29b29 DE NECESSARIIS PROPOSITIONIBUS ***B*** : INITIUM SECUNDAE INCISIONIS ***b***] *περὶ τῆς τῶν ἀναγκαίων προτάσεων ἀντιστροφῆς καὶ τῶν συλλογισμῶν* 32a17 DE CONTINGENTE] *περὶ τῆς τῶν ἐνδεχομένων καταφατικῶν προτάσεων ἀντιστροφῆς καὶ τῶν ἐξ ἐνδεχομένων προτάσεων συλλογισμῶν* 50b5 *titulus nullus*] *περὶ τῆς εἰς ἀλλήλους τῶν συλλογισμῶν ἀναλύσεως.*

De translatione anonyma

1. *De translationis anonymae codicibus.*

Interpretatio anonyma, quam 'Antonianam' olim appellavimus e codice in quo primo eius librum posteriorem imperfectum invenimus, uno codice tantum fere tota servatur, neque umquam typis edita est si particulas nonnullas excipias quas ipsi prodidimus [1]. Libri manu scripti duo de quibus hic agitur isti sunt [2] :

*†† *Bn* a1. Bononiensis, bibliothecae universitatis, 4228 : saec. xii : ff. 25r-44v, 46r-50v, 52r-72v. [A.L.s 2144] φ

Codex hic, quem primus nobis indicavit vir doctus et amicus P. O. Kristeller, hic illic mutilus est. Inter alia desunt folia 24, 73, 74 initium et finem operis nostri continentia, necnon folia 45 (pro quo folium olim 19 insertum est partem libri De interpretatione continens) et 51. Desiderantur ergo hi loci Priorum : 24a9-25a19, 44a5-b37, 49a35-50a29, 69b18-70b38. Liber in Gallia exaratus, Florentiae ante annos xxv emptus est.

*†† *Aa* a2. Patavinus, bibliothecae Antonianae, xviii. 401 : saec. xiv : ff. 195r-210v. [A.L.2,s 1505] κ

Liber prior totus, initium et finis necnon particula alia posterioris e translatione Boethii sumpta sunt. Haec ergo secundum anonymam translationem in hoc codice inveniuntur : 53a16-b39 et 55a21-69b15.

2. *De interprete eiusque tempore.*

Quis fuerit interpres novus Priorum Analyticorum non constat, cum neuter codex eius nomen praestet neque translationem hanc ullibi laudatam invenerimus. Sed non dubitamus quin idem fuerit ac ille qui Topica Aristotelis eodem codice Bononiensi *Bn* servata latine reddidit eisque prologum praemisit, cum transferendi ratio et vocabula quibus frequentissime interpres utitur in duobus

[1] *Note...* XII : *La traduzione Antoniana finora ignota del libro II dei 'Primi Analitici'* ('Riv. di Filos. Neo-Scol.' L 1958), pp. 219-220 ; et *Note...* XIII : *Traduzioni 'perdute' dei 'Primi Analitici' e dei 'Topici' nel codice di Bologna, Univ. 4228, del* xii *secolo* (ibid., LII 1960), pp. 32-38.

[2] Praeterea verba quattuor ('consuevit' 64a36, 'itaque' 64b25, 'fiunt' pro 'fuerit' 65a40, 'pauca' 69a22) in marginibus codicis Romani, bibl. nation. Vitt. Em., fondo Vitt. Em. 10 (*Vm*), leguntur.

* inspexi †† integre contuli φ codice ipso, κ photographiis minimis usus sum

operibus eadem omnino sint. Exempla verborum haec sufficiant, quae hic et illic inveniuntur, neque ab alio ullo interprete omnia simul in usum capta sunt :

vero saepius quam *autem* pro δέ ; *autem* saepe pro δή ; *enim* fere semper, quandoque *siquidem*, pro γάρ (*siquidem* saepius pro μὲν γάρ) ; *velut* fere semper pro οἷον ; *rursus* semper pro πάλιν ; *itaque* saepissime pro ὥστε ; *hic quidem... hic vero* pro ὁ μὲν ... ὁ δέ ; *quidam* saepius quam *aliquis* pro τις ; *accipio* saepius quam *sumo* pro λαμβάνω ; *colligo* saepe pro συλλογίζομαι ; *liquet* haud raro pro δῆλον vel φανερόν ; *ita* saepissime pro οὕτως.

Inter verba quae minus saepe in usum veniunt haec conspicua sunt cum et in Analyticorum Priorum et in Topicorum translatione anonyma inveniantur :

inventio pro μέθοδος (*Pr. An.* 53a2 ; *Top.* 101b5,11) ; *questio* pro πρόβλημα (42b29 ; 105a3) ; *expetendum* (68a28 ; 105a27) ; *dehinc* (26b6 ; 103b20).

Neque suspicandum est prologum in Topica ab altero auctore conscriptum alterius translationi praemissum esse, cum verba quibus prologi auctor usus est cum verbis translationum conveniant ; in eo enim iterum 'siquidem' pro 'enim', 'itaque' pro 'quare', 'vero' saepius quam 'autem' inveniuntur ; 'questio' etiam, 'thesis', 'idem et alterum', 'reprehensio' sicut in Topicis vel Prioribus Analyticis legitur, ubi Boethius, exempli gratia, 'problema', 'positio', 'idem et diversum', 'increpatio' praebet ; iterum 'anteponendum' pro αἱρετώτερον, quod in Prioribus Analyticis (68a25-27) auctor adhibet.

Medio circiter saeculo duodecimo Iacobus Veneticus, ut iam supra diximus, fertur cum Priora Analytica tum Topica transtulisse [1]. Facile ergo credi posset in codice tandem Bononiensi illius translationes longe deperditas in lucem iterum prodiisse. Sed omnia quae de Iacobi Venetici translationibus deque eius transferendi ratione [2] comperimus nos vetant illi has interpretationes adscribere. Quod lectori patebit si quae Iacobum cum Boethio comparando diximus cum indice verborum translationis anonymae in hoc volumine conferat. Sufficiat hic addere quomodo praesertim Iacobus ab anonymo differat in iis verbis reddendis quae paulo superius commemoravimus :

vero (δέ) saepius *Anon.*] *autem* saepius *Iac.* ; *autem* (δή)] *igitur* ; *siquidem*

[1] Vide supra, p. xx.

[2] *Iacobus Veneticus Grecus* (v. supra, p. xx adn. 1).

(quandoque γάρ)] *namque* ; *velut* (οἷον)] *ut* ; *rursus* (πάλιν)] *iterum* ; *itaque* (ὥστε)] *quare* ; *hic* ... *hic* (ὁ ... ὁ)] *hic* ... *ille* vel *alius* ... *alius* ; *liquet* (quandoque δῆλον, φανερόν)] *manifestum est* ; *ita* (οὕτως)] *sic*.

Simili modo ostendi potest interpretem nostrum ab unoquoque differre ceterorum sex translatorum qui Aristotelis opera e graeco latine saeculo duodecimo reddiderunt de quibus alibi disseruimus [1].

Inter hos interpretes optime fortasse latina et graeca lingua doctus anonymus hic fuisse videatur, si paucitas errorum [2] cum fere perpetua recta interpretatione locorum haud facilium comparetur. Neque tam servilis sectator fuit regularum quae tunc vigebant ut verbum de verbo reddens obscuritatem induceret ; sed hic illic suo more textui perspicuitatem latino stilo auxit.

Vel medio saeculo decimo secundo vel antea ortam esse versionem nostram nos docet codicis Bononiensis antiquitas ; neque facile crediderimus eam saeculo eodem incipiente antiquiorem esse, cum interpretis in Topica prooemium aetati Abaelardi, Adami Parvipontani, Theodorici Carnutensis, renascentium denique ampliore doctrina logicae artis studiorum magis aptum aetati quam aliis aetatibus videatur. Haec de prologo tantum laudentur ; reliqua alibi legantur [3] :

Proemium in Topica Aristotilis phylosophi, principis peripateticorum incipit. Quoniam [*an* Quum ?] maxima sit Topicorum Aristotelis in omnibus prerogativa, tum hinc quoniam et scientia et scriptis inter primos grecorum philosophos summum gradum obtinuisse ipsorum etiam philosophorum auctoritate, tum et nostri Tullii testimonio firmatur. Quos siquidem...

Hec itaque Aristotelica a latinorum duce et philosopho S. Boetio in latinam eloquentiam aliquando deducta, sed incertum quo nefandissimo casu obliterata, nunc vero recidua translatione utcumque reddita, quos

---

[1] Octo ergo Aristotelis de graeco in latinum interpretes saeculi duodecimi nobis innotuerunt : Iacobus Veneticus, Henricus Aristippus, anonymus interpres Analyticorum Posteriorum, anonymus interpres Ethicorum Nicomacheorum et librorum De generatione et corruptione, anonymus tertius translator Metaphysicae 'mediae' Physicae et 'Vaticanae', anonymus quartus interpres librorum De somno et vigilia et De divinatione per somnum, quintus translator libri De sensu et sensato, sextus denique qui Analytica Priora nostra et Topica vertit. Vide *Iacobus Veneticus Grecus*, pp. 288-290.

[2] Praecipuus atque terque quaterque iteratus error est quo comparativi gradus *ῥᾴων, -ον* pro simplici redditus est ('facilis, -e').

[3] Prooemium integrum dedimus in *Note*... XIII, pp. 40-41, necnon in *Aristoteles Latinus, Codices, Supplementa Altera*, pp. 26-27.

talia studia delectant, si volunt inspiciant (nisi forte nullam qualicumque translationi preferendam iudicent ; et nisi eos sani capitis autument, si qui inedia ac nuditate malint perire quam escis aut indumentis grossioribus uti).

3. *De translationis anonymae ad Boethianam versionem relatione.*

Quae interpres de Topicorum translationibus dixit sunt fortasse Analyticis quoque Prioribus aptanda. Quod si e prooemio non pateat utrum interpretis novi officium fuerit novam ex toto versionem prodere an corruptum Boethii textum redintegrare, comparatis duabus editionibus veri similius nobis esse videtur translatorem prae oculis Boethii interpretationes habuisse, eisque vel semper vel quandoque ad suas componendas usum esse. Quod nobis persuaserunt tum in quibusdam locis concordantia duarum versionum cum ambae a memoria graeca discordent, tum similitudo verborum frequentior quam e communitate latini sermonis transferendique rationum orta esse credatur. Concordant Boethius et anonymus contra graecam memoriam his aliisque locis :

verba plura habent Boethius et Anonymus quam graeca memoria : 46b35 commensurabile vel incommensurabile *Boeth.* : equale aut inequale *Anon.* 62b41 per impossibile 66a5 et sic erat impossibile *Boeth.* : et si ita erat impossibile (*ubi* si *e Boethii* sic *ortum esse crediderim, ante quam translator suo more pro* 'sic' *scripsit* 'ita') 66a7 longe 67b36-37 A ... C *Boeth.* : ei quod est A ... ei quod est C *Anon.* 69b17 disciplina *Boeth.* : scientia *Anon.* ;

alia ac graeca memoria praebent Boethius et Anonymus : 51b5 autem] δέ τι 52b21,22 quibus] ᾧ 56a34 huic quidem omni illi vero nulli *Boeth.* : huic quidem omni huic vero nulli *Anon.*] ὅλῳ.

E similitudinum exemplis hoc tantum afferatur, quod, quamquam translator anonymus rarissime quidem verbo 'nam' pro γάρ utitur, nonnumquam cum Boethio 'enim' et 'nam' alternando concordat ; neque huius rei alia causa cerni potest nisi communitas latini textus :

30a2-10 *nam* negatio ... erit *enim* necessarium *Anon.* : *nam* et privativum ... erit *enim* necessarius *Boeth.* 45a13-15 *nam* non contingere B et G ... omnia *enim* acceptum est *Anon.* : *nam* non contingere B et G ... omnia *enim* sumpta sunt *Boeth.* 45a31-38 rursus quoniam cuidam inest, si *enim* ... semper *enim* et in omnibus ... *nam* ex eisdem terminis ... *Anon.* : rursum quoniam alicui inest, si *enim* ... semper *enim* erit et in

omnibus ... *nam* ex eisdem terminis *Boeth.* 52a29-32 hoc *enim* est esse ... *nam* verum et est *Anon.* : hoc *enim* est esse ... *nam* verum ei quod est *Boeth.*

Manifestum tamen est per totum opus translatorem novum suo usum esse graeco exemplari, suoque more graeca verba iterum transtulisse. Exemplar enim graecum Boethii multo saepius quam exemplar anonymi cum codice graeco *B* convenit, hoc multo saepius quam illud cum codice graeco *n*. Huiusmodi differentiae omnes in adnotatione graeco-latina translationi anonymae supposita indicantur ; nonnullas exempli gratia hic iteramus [1] :

31a21 cathegoricum ... privatorium *Anon.*, *n* : privativa ... praedicativa *Boeth.*, *B* 30 rursum *Anon.*, *n* : *omis. Boeth.*, *B* 33a9 sicut *Anon.*, *n* : qui *Boeth.*, *B* 34a38 omni *Anon.*, *n* : *omis. Boeth.*, *B* 34b29 positum erat per hypotesim *Anon.*, *n* : positum est *Boeth.*, *B*.

Neque nisi graeco textu utens poterat interpres novus, pro Boethii 'obiectio', 'obsistimus', 'C', scribere 'instantia', 'instamus', 'tertiam' graeca verba ἔνστασις, ἐνστάμεθα (69a37-b6) et γ (69b13) reddens, vel innumera alia quae lector ipse translationes conferendo ab invicem differre inveniet.

4. *De textu restituendo et de scribendi ratione.*

Ad textum translationis anonymae restituendum codex Bononiensis solus fere sufficit, cum erroribus fere careat optimeque cum graeca memoria concordet. In locis tamen nonnullis libri alterius codex Antonianus, qui ceterum innumeris erroribus scatet, meliorem lectionem praebet talem ut non dubitari possit quin recta sit, cum in ea graeca memoria concordet neque suspicandum sit differentem textum graecum lectione codicis *Bn* redditum esse ; exempli causa :

55b15 erit *Aa* : erat *Bn* : ἔσται 30 enim (*omisso* eisdem) *Bn* : eisdem (*omisso* enim) *Aa* : γὰρ τῶν αὐτῶν 56a15 erat *Aa* : erit *Bn* : ἦν 58b27 non *Aa* : *omis. Bn* : μὴ.

Si vero — quod saepius evenit — lectiones codicis *Bn* et codicis *Aa* ita differant ut utraeque — quod latinum sermonem attinet — probabiles sint, discrimen fere semper textus graecus offert

[1] Vide etiam infra, p. LXXV.

rectitudinem codicis *Bn* declarans. Ita fit ut huius codicis lectiones etiam illis locis recipiendas crediderimus quibus textus graecus inter binas nos discernere non permitteret.

Loci non multi relinquuntur quibus latina dictio cum graeco textu non convenit. Ibi nostra fuit ratio ut coniectura corrigeremus vel adderemus si errorem manifestum in codice alterutro vel utroque detexissemus ; aliter praetulimus illa scribere quae in codicibus legissemus quam arbitrio nostro utentes latinitatem graecitati conformare. Praesertim eis locis lectionem novam coniectura inseruimus quibus vel verba quaedam vel unum verbum vel verbi pars per homoeoteleuton latinum, non graecum, excidisse videretur. Si incerti essemus utrum quidquam esset necne coniciendum, hoc in adnotatione significavimus.

Sunt loci quidam, sed pauci, quibus codex *Aa* lectionem patenter rectam praebet contra testimonium codicis *Bn*, quam tamen reiecimus hac moti ratione : textus quem codex *Aa* praebet cum textu translationis Boethianae non tantum eo modo contaminatus est quod totum priorem librum et particulas tres posterioris secundum hanc interpretationem praebeat, sed hic illic verbis alterius versionis alteri interiectis. Exempli gratia, sic incipit liber posterior in codice *Aa* :

> In quot ergo et in quantis figuras [*sic*] et per quales et quot propositiones...

ubi fere omnia secundum versionem Boethianam habentur — sicut quae sequuntur per lineas fere quindecim — sed prius 'quot' e translatione anonyma provenit. Similiter 54a18-19 *Aa* sicut *Bn* 'non tota vero accepta falsa erit' (errore tantum 'vera acceptata') habet pro 'non tota autem falsa sumpta erit', et 54b13 'contemplative' pro 'contemplationi' ; vice versa, locis aliis ubi anonymam translationem praebet verba nonnulla Boethii inserit : 62a36-37 'supponatur' (bis) pro 'per hypotesim positum fuerit', 'per hypotesim ponatur', 62b29,31 'ostensiva' pro 'demonstrativa' (bis), 63b10 'sumptum' pro 'acceptum', 67a25 'videmus scimus' (Boethius habet 'scimus' tantum) pro 'videmus' tantum. Ita fieri potuit ut recta lectio cum graeco conveniens in codicem *Aa* e translatione Boethiana irreperet, exempli gratia 'nam si C omni B, A autem alicui B' (59a17) ; haec enim verba quae in *Bn* non inveniuntur, omnino eadem apud Boethium leguntur, neque facile credi potest 'nam' et 'alicui' (rariora quidem apud anonymum interpretem verba) in translatione anonyma hoc loco unquam exstitisse.

Titulos denique plurimos in textum accepimus, quamquam ne unus quidem in codice *Aa* invenitur. Sed codices complures graeci titulos quosdam praebent [1], neque quidquam nos credere vetat translatorem eos in exemplari graeco inventos latine reddidisse ; neque expungendos credimus, etiamsi translator eos latinum textum componens addidisse putetur. Eos tantum in adnotationem reiecimus quos post textum conscriptum marginibus adiectos in codice *Bn* invenimus.

In verborum litteris singulis exscribendis codicem *Bn* quam maxime secuti sumus quippe quem credamus translatoris textum quam proxime iteravisse. Itaque 'elengchos' vel 'elenchos' scripsimus eo modo quo ille litteras graecas latinis reddidisse videtur ; sed 'hypotesis' semper scripsimus quamquam saepe 'hipotesis', rarissime 'hypothesis' in *Bn* invenitur, fere semper 'ypotesis' in *Aa*. Similiter codicem *Bn* imitati sumus 'diametros' pro διάμετρος, 'parallilos' pro παράλληλος scribentes. Diphthongus 'ae' numquam in codicibus habetur, saepe tamen 'ę' in *Bn* ; sed saepius 'e' pro 'ę' vel scriba codicis vel etiam translator ipse scripsit ; uniformiter contra, saeculi decimi quarti more, 'e' habet *Aa*, quem simplicitatis causa imitati sumus. Sed *Aa* non secuti sumus 'c' pro 't' vel 'hii, hiis' pro 'hi, his' scribendo, cum saeculo duodecimo hoc modo, non illo ea verba scriberentur. Ceterum codex *Aa* in his rebus non erit imitandus, cum librarius ignarus linguae latinae et scribendi compendiandique rationum fuisse videatur ; qui saepe 'propon' pro 'propositio' ex 'propō' dederit, 'accint' ex 'accīt' pro 'accidit', 'oio' pro 'omnino', multa alia eius modi. Sigla denique logica quibus Aristoteles usus est, in codicibus, et a translatoribus ut videtur, litteris minusculis inter bina puncta reddita sunt (.a., .b., .c.) : nos litteris maiusculis sine punctis (A, B, C), sicut in translatione Boethiana, usi sumus.

5. *De codicum cognatione.*

Ex illis quae supra de textu restituendo diximus patet quosdam errores communes et *Bn* et *Aa* praebere quos e communi, cum bono tum haud perfecto, exemplari derivaverunt. Sed multiplicitas atque varietas lectionum falsarum quae in codice *Aa* inveniuntur nos credere cogunt, inter illud exemplar et *Aa*,

[1] Vide supra, p. LXIX.

exemplar aliud exstitisse, in quo fortasse partes longiores necnon lectiones translationis Boethianae ***b*** insertae vel additae erant. Quae relationes in subiecto diagrammate compendiose significantur.

TABULA 8. Translationis anonymae codices.

Ξ = exemplar graecum X = archetypus latinus *m* = editio composita translationis Boethianae

Aa = cod. Patav. Ant. 401 *Bn* = Bonon. Univ. 4228



6. *De adnotatione latina.*

In adnotatione latina omnes lectiones utriusque codicis commemoravimus quae a textu nostro discrepant. Sed lectiones interpretationis Boethianae illic tantum indicavimus et siglo ***b*** notavimus ubi pro anonymis in serie alterius versionis insertae sunt, cum liber prior totus et particulae tres libri posterioris in codice *Aa* ad textum Boethianum constituendum et adnotandum respicienda fuissent. Excepimus etiam lectionum varietatem codicis *Aa* quae e scriptorum ignorantia originem traxerunt, de qua nonnulla supra diximus. Plures quoque omisimus nullius momenti quae in omissione lineolae ad 'n', 'm' litteras etc. significandas adhibitae constant, aliae in confusione litterarum 'c' et 't', aliae in usu scribendi (praeter 'hiis' et 'hii', 'velud' pro 'velut', 'set' pro 'sed' etc.). Neque in singulis locis iteravimus dicentes codicem *Aa* titulos capitulorum non praebere. In adnotatione sicut in contextu pro '.a.', '.b.', '.c.' etc. scripsimus 'A', 'B', 'C' etc.

7. *De graeco exemplari a translatore in usum capto, de eius cum reliqua memoria graeca cognatione* [1], *necnon de adnotatione graeco-latina.*

Exemplar graecum *Ξ* quo translator anonymus usus est similius codici graeco *B* fuit quam alii cuiquam inter eos de quibus noti-

[1] De memoria Priorum Analyticorum graeca et de antiquis translationibus latinis et syricis, necnon de libris quibus ad inquisitionem nostram usi sumus vide supra, pp. LXV-LXIX.

tiam habemus ; sed aliquanto minus quam codex Boethii Λ illi libro accedebat, cum circiter centies et quinquagies cum codice n contra B conveniret neque saepius quam bis centies et tricies cum B contra n. Saepe, id est plus quam centies, una cum n etiam cum codice Georgii Syri Γ concordabat Ξ, aliquanto rarius etiam cum Λ, rariusque etiam cum codice graeco C. In primis septem capitulis libri prioris — quorum tantum translatio anonyma Syra Π exstat et in quibus codex n deficit — Ξ cum Π et C saepius quam cum aliis convenit. Quod si Ξ neque cum B neque cum n conveniat, quinquagies circiter cum Λ, rarius cum Γ vel cum C concordat, decies cum d solo, rarissime cum u, A, f, m. Exemplar ergo translatoris anonymi viam quandam mediam inter extremas formas textus Analyticorum, quas B et n praebent, tenebat, propiorem tamen codici B, proximam codici Λ, sicut subiecta tabula monstrat. Cognatio tamen quaedam cum Λ non est fortasse memoriae graecae adscribenda, sed latinae, cum — sicut iam supra diximus — veri simile sit translatorem ad suam versionem componendam interpretatione Boethii usum esse.



TABULA 9. Codices graeci.

α = archetypus n = Mediol. Ambr. L.93 sup. B = Ven. S. Marci 201 C = Paris. Cosil. 330 Γ = exemplar transl. syr. Georgii Λ = exemplar Boethii Ξ = exemplar transl. lat. anon. Π = exemplar transl. syr. anon.

In adnotatione graeco-latina omnes et solas lectiones commemoravimus quibus patet Ξ a B differre, lectionibus huius codicis post quadratum uncum] sine siglo adiectis. Sigla quoque $dnC\Gamma\Lambda\Pi$ uncis rotundis post lectiones latinas inclusimus si Ξ cum codicibus quos significant non omnibus concordat, siglum autem Ω si cum omnibus ; meminerit tamen lector d, n, Π non totum opus praebere, quo fit ut, exempli gratia, siglum Ω in 30a40 $dC\Gamma\Lambda$ tantum, in 51b6-69b15 $nC\Gamma\Lambda$ significet, sicut in initio adnotationis in unaquaque pagina indicatum est. Sed nihil diximus in adnotatione de capitum titulis, de quibus videas quae supra, pp. LXIX et LXXVI scripsimus.

De lectionibus latinis quae cum nullo nobis noto graeco testimonio concordant illas tantum commemoravimus quas credendum est e graeca varia lectione ortas esse. Omisimus itaque verborum transpositiones, differentias quasdam temporum et modorum, additum hic illic verbum 'est'. Neque commemoravimus particularum aliquarum omissiones, quarum tamen locos hic recensemus ne quid alicuius momenti silentio praetereatur :

et pro καὶ omissum est 26b20 27b30 29b7 30a22 31b15,39 32a9,b10 39b21 42a32 (bis) 42b4 43a30 45b38 46a40 55b40 56a32 60a31 63b12 66b5,19 68a6 : pro τε 30a2 31a10 32a21 46a22 53b15 60b38 66b29 ;

autem vel *vero* pro δὲ 25b14 35a2,35 36b31 39b9 40a2 46a34 50b8,13,25 51a22 52a18 54a35 63a23 64b25 : pro δὴ 27b15 30a39 31a5,31 34b23 39b34 ;

quidem pro μὲν 25b35 27a6 34b14 42b15 47a26 56b19 66b35 ;

enim vel *nam* pro γὰρ 29a26 30a30 34b11 54b21 55a6 59a34 63b9 ;

aut, vel pro ἢ 38a11 48a41 53b6 64a17.

Neque indicavimus denique ubi translator noster pro ταὐτά legerit ταῦτα, vel αὐτόν pro αὑτόν, vel alia huiusmodi.

De Pseudo-Philoponi aliorumque scholiis [1]

Codex Florentinus Bibl. Nation. Centr. Conv. Soppr. J.6.34 (*Nn*), de quo supra iam diximus [2], complura scholia in amplis marginibus pulchre magnis litteris scripta, et hic illic logica schemata et geometricas figuras praebet. Textus et scholia ita disposita sunt ut pateat codicis scriptorem opus Aristotelis una cum commentario aliquo magni momenti praebere voluisse. Sed scholiorum hoc corpus mutilum esse videtur cum magna pars libri prioris eis careat : commentario fere perpetuo praeditus est liber secundus, et prioris capita 23-30 (40b-46a) ; adnotationes nonnullae capitibus 1, 5-6, 30-35 (24a, 27b-28a, 46a-50a) adiectae sunt, fere nullae capitibus 10-14, 17-22 (30b7-33b25, 37a25-40b10). In nullis aliis codicibus nisi minima fragmenta commentarii huius invenimus [3], sed Florentinus codex tam accurate scrip-

[1] De his scholiis egimus in commentatione *A Latin Commentary (? translated by Boethius) on the Prior Analytics, and its Greek Sources*, « The Journal of Hellenic Studies » LXXVII 1957, pp. 93-102.

[2] Pp. XI, LX.

[3] Codex Florent. Laurent. S. Cruc. XI sin. 9 (*Yf*) primam libri secundi adnotationem praebet, necnon exempla omnia diagrammati 44a35 adscripta ; codex

tus est ut solus sufficiat ad textum admodum sanum restituendum.

1. *De scholiorum fontibus.*

Si scholia nostra attente legantur patebit ea vel omnia vel fere omnia e graeco sermone latine reddita esse ; maxima nimirum ex parte ea repetunt quae in commentariis graecis Alexandri, Ammonii, Philoponi, Pseudo-Themistii, Pseudo-Philoponi inveniuntur. Nonnulla primi libri scholia ad verbum translata sunt e locis quibusdam qui apud Philoponum et Alexandrum leguntur, plurima secundi e Pseudo-Philoponi commentario ; pauca sunt in primo libro, haud multa in secundo, quae alicuius momenti aliquid addant iis quae in illis commentariis habentur ; neque multum similitudinis deteximus inter scholia haec et ea quae Georgius Arabum episcopus syrice edidit [1].

Eorum quae in primo libro graecos locos reddunt haec sint exempla :

27b20 Indefinitum vocat alicui non inesse eo quod non habeat definitam significationem, sed potest sumi pro particulari affirmativa et pro universali negativa. Quoniam ergo — inquit — indefinita est significatio si sumatur aequipollens universali negationi [*an legendum* negativae ?], palam quoniam non fiet syllogismus.

Philop. 98.26-30 (Wallies) : *Ἀδιόριστον καλεῖ τὸ τινὶ μὴ ὑπάρχειν διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὡρισμένην τὴν σημασίαν, ἀλλὰ δύνασθαι καὶ ἀντὶ τῆς μερικῆς καταφατικῆς λαμβάνεσθαι καὶ ἀντὶ τῆς καθόλου ἀποφατικῆς. Ἐπεὶ οὖν, φησίν, ἀδιόριστος ἡ σημασία, ἐὰν ληφθῇ, ἡ ἰσοδυναμοῦσα τῇ καθόλου ἀποφατικῇ δῆλον ὅτι ἀσυλλόγιστος ἔσται.*

34a25 ... omnino possibile antecedit necessario et consequens possibile esse.

Philop. 170.21-22 : ... *πάντως τοῦ ἡγουμένου δυνατοῦ ὄντος ἀνάγκη καὶ τὸ ἑπόμενον δυνατὸν ἶναι.*

35b28 Si sint — inquit — utrae-

Philop. 194.2-6 : *Φησὶν ... ἐὰν μὲν*

Mediolan. Ambros. I.195 inf. (*Zm*) fragmenta septem commentarii textui ipsi Aristoteli inserta habet (vide p. 384) et exempla quaedam diagrammatis ; exempla ea omnia etiam in cod. Londin. Mus. Brit. Harl. 3272 exstant, quaedam in Vatic. Ross. 400 (*Ro*). Verba denique extrema, ut partis textus scripta, libri prioris in codice Vatic. lat. 2982 (*Ro*) « Prius [*sic*] analeticorum de specie, idest conclusione, secundus de materia, idest propositione » e primo scholio secundi libri provenisse videntur. — Geometricae figurae et logica schemata in nonnullis libris inveniuntur, sed non facile est scire utrum e commentario nostro proveniant an denuo ab editoribus et scriptoribus addita sint.

[1] De commentariis graecis et syricis vide supra, pp. LXVI-LXVII.

que propositiones affirmativae vel maior contingens negativa, secundum definitionem contingentis est conclusio. Si autem maior negativa necessaria, non iam secundum definitionem contingentis est conclusio, sed eius quod concurrit ei quod inesse significat.

ὧσιν ἀμφότεραι καταφατικαὶ ἢ ἡ μείζων ἐνδεχομένη ἀποφατική, τοῦ κατὰ τὸν διορισμὸν ἐνδεχομένου ἐστὶ τὸ συμπέρασμα, ὅταν δὲ ἡ μείζων ἀποφατικὴ ἀναγκαία, οὐκέτι τοῦ κατὰ τὸν διορισμὸν ἐνδεχομένου ἐστὶ τὸ συμπέρασμα ἀλλὰ τοῦ συντρέχοντος τῷ ὑπάρχοντι.

45b18 ... ut 'si est homo, animal est ; si animal est, substantia est ; igitur si homo est, substantia est' [1].

Alex. 326.24-25 (Wallies) : ... οἷον 'εἰ ἄνθρωπός ἐστι, ζῷόν ἐστι· εἰ ζῷόν ἐστιν, οὐσία ἐστίν· εἰ ἄρα ἄνθρωπός ἐστιν, οὐσία ἐστίν.'

45b29 Quoniam in his quae inesse significant propositionibus usus est sermone, quaecumque — inquit — dicta sunt de his quae insunt, haec et de necessariis et de contingentibus dicimus. Sic enim oportet electiones facere eorum et considerationes in unaquaque propositione addito quid necessario et quid contingenter. Tantum enim solum distabit a contingente quod inesse significat, quod prius sit secundum ordinem quod inest, eo quod hoc quidem accidit iam, illud vero futurum sit. Nam sic ex his quae dicta sunt colligimus ; ex necessariis enim propositionibus necessarium, ex contingentibus autem contingens.

Philop. 304.11-19 : Ἐπειδὴ ὡς ἐπὶ ὑπαρχουσῶν προτάσεων ἐγύμνασε τὸν λόγον, ὅσα, φησίν, εἴρηται περὶ τῶν ὑπαρχουσῶν, ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἀναγκαίων καὶ τῶν ἐνδεχομένων λέγειν ἔχομεν. Οὕτω γὰρ δεῖ τάς τε ἐκλογὰς αὐτῶν ποιεῖσθαι καὶ τὰς ἐπιβλέψεις καθ' ἕκαστον πρόβλημα, ἐπισημειουμένους τί μὲν ἀναγκαίως ὑπάρχει, τί δὲ ἐνδεχομένως. Τοσοῦτον γὰρ μόνον διοίσει τοῦ ἐνδεχομένου τὸ ὑπάρχον τῷ πρότερον εἶναι κατὰ τὴν τάξιν τὸ ὑπάρχον, διὰ τὸ τὸ μὲν ἐκβεβηκέναι τὸ δὲ μέλλειν. οὕτω γὰρ τούτων ἐκλεγομένων συνάξομεν ἐκ μὲν τῶν ἀναγκαίων προτάσεων ἀναγκαῖον, ἐκ δὲ τῶν ἐνδεχομένων ἐνδεχόμενον.

Eadem fere ac Alexander vel Ammonius vel Philoponus in primo libro, sed aliis verbis scholiorum auctor dicit, exempli gratia, his locis :

24a10 Consuetudinem quam habet in magnis suis negotiis servat in hoc Aristoteles, scilicet praedicere utilitatem quae sit nobis ex eo quod propositum est ostendere.

Alex. 8.3-11 : ... Ὃν δὲ πρὸς διδασκαλίαν χρησιμώτατον τὸ δεῖν τῶν ῥηθησομένων τὸν σκοπὸν καὶ τὴν πρόθεσιν λέγειν ... τοῦτο δὴ οὕτως ὂν χρήσιμον ἔν τε ταῖς ἄλλαις πραγματείαις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἴωθε ποιεῖν καὶ δὴ καὶ ἐνταῦθα.

Ammonius 12.3-6 (Wallies) : ... Τὸν σκοπὸν ἐνταῦθα προαναφωνεῖ εἴωθεν δὲ πολλάκις τοῦτο ποιεῖν...

[1] Exemplum hoc fortasse e Theophrasto provenit.

24a10 Haec enim est harum [scil. demonstrationis et demonstrativae disciplinae] differentia : quoniam demonstrativa disciplina in mente est ut potentia, demonstratio autem in prolatione secundum actum subsistit.

Philop. 9.30-32 : *Διαφέρει δὲ τῆς ἀποδεικτικῆς ἐπιστήμης ἀπόδειξις τῷ τὴν μὲν ἐπιστήμην ἕξιν εἶναι τῆς ψυχῆς, τὴν δὲ ἀπόδειξιν ἐνέργειαν ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης προιοῦσαν.*

24a12 Potest quaeri cur praeposuit termino propositionem ; nam prior est natura terminus quam propositio. Sed in hoc non illud prius quod natura est servavit Aristoteles, sed illius quod ad doctrinam posterioris pertinet. Nam ad ostendendum quid terminus, in quem — inquit — resolvitur propositio.

Alex. 14.27-28 : *Διὰ τοῦτο καὶ πρῶτον περὶ προτάσεως τὸν λόγον ἐποιήσατο, ὅτι ἐκ τῆς προτάσεως καὶ τὴν τοῦ ὅρου ἀπόδοσιν ἔμελλε ποιεῖσθαι.*

Ammon. 14.5-22 : *... Ζητεῖται δὲ καὶ ἡ τάξις, διὰ τί πρώτην εἶπεν τὴν πρότασιν, εἶτα τὸν ὅρον ... ἔστι δὲ ἄλλη αἰτία πιθανωτέρα καὶ μᾶλλον ἀληθής, ἣ καὶ τῷ φιλοσόφῳ δοκεῖ, ἀπὸ τῆς προτάσεως σαφηνίζειν τὸν ὅρον, τῷ κατὰ ἀνάλυσιν τρόπῳ διδασκαλίας κεχρημένος ... λέγει γὰρ 'ὅρον δὲ καλῶ εἰς ὃν διαλύεται ἡ πρότασις'.*

Philop. 10.31-32, 11.7-11 : *...Ἄξιον δὲ ζητῆσαι τί δήποτε μὴ ἀπὸ τοῦ ὅρου ἤρξατο ... ἡ δὲ ἀληθεστέρα ἐπίλυσίς ἐστιν αὕτη· δεῖ τὰ πρὸς διδασκαλίαν τινῶν παραλαμβανόμενα γνωριμώτερα εἶναι ἐκείνων ὧν παρελήφθησαν εἰς διδασκαλίαν· ἐπειδὴ τοίνυν μέλλει ἐν τῷ ὁρισμῷ τοῦ ὅρου παραλαμβάνειν τὴν πρότασιν λέγων 'ὅρον δὲ καλῶ εἰς ὃν διαλύεται ἡ πρότασις', διὰ τοῦτο πρότερον περὶ αὐτῆς διδάσκει.*

44b38 Hic duas scripturas exponit Alexander. Quarum altera est quam hic ponit et habet talem quia « palam est — inquit — ex praedictis quae oportet sumere eadem erit, et hoc palam quae sunt in his diversa vel contraria ». Altera scriptura est sic : « non quae diversa vel contraria », ut sit continuatio haec : palam nobis ex praedictis qualia in descriptis in unoquoque problemate oportet sumere eadem ; non enim sumendum quae diversa vel contraria. Hanc autem scripturam meliorem, et convenire sequentibus.

Alex. 313.18-314.6 : *... Δύναται τὸ εἰρημένον διὰ τῆς λέξεως τῆς 'δῆλον δὲ καὶ ὁποῖα ταὐτὰ ληπτέον κατὰ τὴν ἐπίσκεψιν καὶ ὁποῖα ἕτερα ἢ ἐναντία' ὡς ἴσον εἰρῆσθαι τῷ 'δῆλον δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων καὶ τίνα χρείαν παρέχεται τά τε ταὐτὰ ἐκ τῶν ἐκλεγομένων ληφθέντα, καθ' ὃν ὑφηγήμεθα τρόπον, καὶ εἰ ἐξ αὐτῶν λαμβάνοιτο τὰ ἐναντία ἀλλήλοις ἢ τὰ ἀντικείμενα' ... 'Η δὲ λέξις ἐνδεῶς ἔχει· λείπειν γὰρ δοκεῖ τῷ 'καὶ ὁποῖα ἕτερα ἢ ἐναντία' τὸ μὴ εἶναι μέντοι τὴν τούτων ἐκλογὴν χρήσιμον προηγουμένως πρὸς τὴν εὕρεσιν τῶν προτάσεων ... Αὕτη γὰρ ἡ λέξις μηνύει ὅτι τοιοῦτον λείπει τῇ προειρημένῃ λέξει τῇ 'δῆλον δὲ καὶ ὁποῖα ταὐτὰ ληπτέον κατὰ τὴν ἐπίσκεψιν καὶ ὁποῖα ἕτερα*

ἢ ἐναντία', τὸ μὴ εἶναι μέντοι τὴν τούτων ἐκλογὴν χρήσιμον. καὶ εἴη ἂν οὕτως τὸ κατάλληλον σώζουσα· 'δῆλον δὲ καὶ ὅτι ὁποῖα ταὐτὰ ληπτέον κατὰ τὴν ἐπίσκεψιν', καὶ οὐχ 'ὁποῖα ἕτερα ἢ ἐναντία'.

Philop. 293.1-21 : ... 'Δῆλον δὲ καὶ ποῖα ταὐτὰ ληπτέον κατὰ τὴν ἐπίσκεψιν καὶ ποῖα ἕτερα ἢ ἐναντία'. διάφορόν φησι φέρεσθαι τὴν γραφὴν τοῦ ῥητοῦ ὁ Ἀλέξανδρος· εἶναι γὰρ ἔν τισι τῶν βιβλίων 'καὶ οὐχ ὁποῖα ἕτερα ἢ ἐναντία'. εἰ μὲν οὖν φέροιτο 'καὶ ποῖα ἕτερα ἢ ἐναντία', οὕτως ἐξηγητέον ... Δοκεῖ δὲ ἡ ἑτέρα γραφὴ προσφυεστέρα εἶναι τῷ προκειμένῳ θεωρήματι καὶ τῇ ἐπαγομένῃ λέξει, λέγω δὴ 'καὶ οὐχ ὁποῖα ἕτερα ἢ ἐναντία'.

44a35 [de diagrammate 'pontis asinorum' qui vocatur vide pp. 384-386].

De multis scholiis libri secundi quae cum Pseudo-Philoponi [1] commentario ad verbum concordant haec demus exempla :

52b37 Intentio secundum Alexandrum quidem dicere quae restant a primo libro, id est quoniam ex falsis est verum syllogizare et ex veris verum ; secundum certiores autem expositores, talis : quia in anteriore libro speciem syllogismorum dixit, in hoc autem materiam (species autem erat conclusio, materia vero propositiones). — Quia de materia syllogismorum continet hic liber, utilis est nobis ad topicum negotium, sicut et prior ad demonstrativum.

Ps.-Philop. 387.6-11, 388.3-5 (Wallies) : Σκοπὸς ... κατὰ μὲν Ἀλέξανδρον ...· ἐρεῖ τὰ ὑπόλοιπα τοῦ πρώτου λόγου ... ὅτι ἐκ ψευδῶν ἀληθὲς συνάγεται καὶ ὅτι ἐξ ἀληθῶν ἀληθές. κατὰ δὲ τοὺς ἀκριβέστερον λέγοντας ... οὗτος· ἐπειδὴ ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὸ εἶδος τῶν συλλογισμῶν εἶπεν, ἐν τούτῳ ἐρεῖ τὴν ὕλην (εἶδος δὲ ἦν τὸ συμπέρασμα, ὕλη δὲ αἱ προτάσεις). — Ἐπειδὴ περὶ τῆς ὕλης τῶν συλλογισμῶν μέλλει λέγειν, χρησιμεύει ἡμῖν εἰς τὴν τοπικὴν πραγματείαν τοῦτο τὸ βιβλίον ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον εἰς τὴν ἀποδεικτικήν.

53b4 Vult ostendere hic quomodo ex propositionibus colliguntur conclusiones. Nam cum propositiones sunt ambae verae, vera est conclusio ; cum ambae falsae, quandoque vera, quandoque falsa. Si autem maior sit vera, minor autem falsa, vera fit conclusio. Dicit ergo quoniam ex falsis utrisque est colligere conclusiones veras.

Ps.-Philop. 391.25-392.4 : Βούλεται δεῖξαι ἐντεῦθεν ... πῶς ἐκ τῶν προτάσεων συνάγονται τὰ συμπεράσματα. καὶ γὰρ αἱ προτάσεις ... εἰ ἄμφω ἀληθεῖς, ἀληθὲς καὶ τὸ συμπέρασμα· εἰ δ' ἄμφω ψευδεῖς, ποτὲ ἀληθές, ποτὲ ψευδές ... εἰ δὲ ἡ μείζων ἀληθὴς ἡ δὲ ἐλάττων ψευδής, ἀληθὲς τὸ συμπέρασμα. Λέγει οὖν ὅτι ἐκ ψευδῶν ἀμφοτέρων ἔστι συλλογίσασθαι καὶ ἀληθῆ συμπεράσματα.

[1] Commentarium ad librum secundum quod sub nomine Philoponi editum erat ei esse abiudicandum ostendit Wallies in praefatione ad suam editionem.

69a31 Quaesiverunt quidam si possibile circulum quadrangulari. Sumebant autem 'quadrangulari' primum terminum, 'rectam lineam' secundum, 'circulum' tertium. Quoniam ergo recta linea quadrangulatur, palam. Obscurum est autem si circulus recta linea fiat, quae est minor propositio, et hoc conantur ostendere per lunares figuras. Quoniam ergo per unum temptant monstrare, reductio est.

Ps.-Philop. 476.28-477.5 : *Ἐζήτησάν τινες εἰ δυνάμεθα κύκλον τετραγωνίσαι ...· ἐλάμβανον δὲ οὕτως τετραγωνίζεσθαι πρῶτον ὅρον, εὐθύγραμμον δεύτερον, κύκλον τρίτον. ὅτι μὲν τὸ εὐθύγραμμον τετραγωνίζεται, δῆλον· ἀφανὲς δέ ἐστιν εἰ ὁ κύκλος εὐθυγραμματίζεται, ὅπερ ἐσὶτν ἡ ἐλάττων πρότασις· καὶ τοῦτο πειρῶνται δεικνύειν διὰ τῶν μηνοειδῶν σχημάτων ... ἐπειδὴ οὖν δι 'ἑνὸς πειρῶνται δεικνύειν, ἀπαγωγή ἐστιν.*

69b38 Instantiae vel e contrario, ut, quoniam omne gaudium bonum, dico quoniam falsum ; neque enim omnis tristitia malum. Vel ex simili, ut in his quae sunt secundum proportionem ; ut 'quam rationem habet signum ad lineam, hanc habet linea ad superficiem'. Ex simili sic : 'quoniam linea superficiei pars', dico quoniam non ; neque enim lineae signum pars ; ex secundum opinionem : ut, quoniam anima mortalis ; nam veteres sapientes hanc immortalem opinati sunt.

Ps.-Philop. 480.6-13 : *Αἱ ἐνστάσεις ἢ ἐκ τοῦ ἐναντίου, οἷον ὅτι πᾶσα χαρὰ καλόν· λέγω ὅτι ψεῦδος (οὔτε γὰρ πᾶσα λύπη κακόν). ...ἢ ἐκ τοῦ ὁμοίου, ὡς ἐπὶ τῶν κατὰ ἀναλογίαν, ἐπειδὴ ὃν λόγον ἔχει τὸ σημεῖον πρὸς τὴν γραμμὴν τοῦτον ... ἔχει γραμμὴ πρὸς ἐπιφάνειαν. ἐκ τοῦ ὁμοίου μὲν οὖν οὕτως, ὅτι ἡ γραμμὴ τῆς ἐπιφανείας μέρος· λέγω ὅτι ψευδές· οὔτε γὰρ τὸ σημεῖον τῆς γραμμῆς μέρος· ἢ ἐκ τοῦ κατὰ δόξαν, οἷον ὅτι ἡ ψυχὴ θνητή· ... οἱ γὰρ παλαιοὶ φιλόσοφοι δοξάζουσιν αὐτὴν ἀθάνατον.*

Scholia quoque quibus nihil simile in commentariis graecis exstantibus nobisque notis invenitur, ex graeco exemplari translata esse paene semper est manifestum, ut in his quae exempli gratia subdimus :

53a25 Ostenso quoniam fiunt plures conclusiones in universalibus syllogismis et in prima et in secunda figura, et quomodo, dicit in particularibus non consequi necessitatem eorum quae sub minore extremitate sunt, ut, si A omni B, B autem alicui C, si autem sumamus D partem C, huic non inerit A propter syllogismum, eo quod syllogismis accidit per D, particularem habet maiorem in prima figura...

64b17 Viam ostendit in hoc Aristoteles utilem, quomodo est sumere oppositum conclusionis in eadem propositione, et dicit quoniam in uno quidem syllogismo non est huiusmodi conclusionem colligere nisi in maiore propositione opposita sumantur, ut 'omne animal album et non album', per compositum autem syllogismum competentius hoc fieri, quemadmodum sophistae faciunt. Quomodo autem per compositum hoc fit, prosequitur exemplo ; est autem compositus syllogismus talis : 'omnis disciplina opinio, omnis medicina disciplina, nulla medicina opinio, omnis ergo medicina disciplina et non disciplina'.

67b3 Hoc refertur ad id quod superius dictum est, quoniam nil prohibet scientem quoniam omnis mula sterilis et quoniam haec mula, putare eam in utero ⟨habere⟩ : 'sed non' inquit 'in eo quod agit' hoc agit, hoc est non, secundum hoc quod coaptat hanc propositionem sub universalem, possibile est putare quoniam concepit haec. Habent quidam libri 'et in eo quod agit' ut sit sensus : oportet sensibilia sensibus cognoscere, universali, et propria scientia, et in eo quod coaptamus ea... (?) universalia.

69a22 Reductio est quam cum habemus non sumus scientes, propinquius autem sumus scientiae quam non habentes. Fit autem huiusmodi argumentatio secundum dubium minoris propositionis ; hoc autem dupliciter : vel cum simpliciter est dubia minor propositio similiter conclusioni, vel cum paucissimis mediis indiget ad probationem. Si autem dubia magis sit, conclusione vel pluribus mediis indigeat ut nota fiat, non reductio, neque cum nullo indiget.

Scholium unum patet a translatore ipso insertum esse ut haud pulchra sed necessaria translatio graeci articuli explicaretur et iustificaretur :

49b11 'Quod' inconvenienter additum est 'bono', sed non potuit aptius per aliud significari articulus cuius loco positum est. [Inter lineas hoc etiam additum est : « hoc universale bonum »].

Hoc scholio excepto facile credendum est omnia ex uno eodemque corpore graecorum scholiorum provenisse, cum haud veri simile sit latinum translatorem hic illic particulas commentariorum graecorum legisse ac in unum conflavisse. Sed non satis patet ea omnia ab uno auctore conscripta graece fuisse ; quin immo semel saltem scholia duo de eadem re differenter composita inter nostra inveniuntur, quae duos diversos auctores non dubitamus quin habuerint :

43a20 In priore sectione species syllogismorum, id est conclusiones elucidavit; in hac autem quomodo ipsas species parati simus invenire ostendit ... quaerit de quibus omnino possimus syllogizare.

De generatione syllogismorum exposuit Aristoteles ; nunc autem viam facile inveniendi syllogisticas propositiones elucidat, et potentiam qua ipsi syllogismos facere possimus.

Potius crediderimus translator prae oculis librum Priora Analytica continentem habuisse corpore scholiorum praeditum e variis commentariis compositorum, qualia sunt corpora in seriorum graecorum codicum qui adhuc exstant marginibus scripta. Simile corpus fortasse erat ex quo Pseudo-Philoponi commentarium est contextum, nisi hoc sit unum ex illis quae ad scholia

nostra eligenda adhibitum fuerat. Quo tempore ergo graecum exemplar translatoris scriptum sit dicere non valemus ; neque necessarium est illud Philoponi commentario recentius fuisse, cum Philoponus ipse, ut constat, saepe antiquioribus commentariis usus sit neque eorum verba iterare nullo auctore laudato spreverit.

2. *De scholiorum translatore.*

Nomen nullum translatoris scholiis, sicut Prioribus Analyticis, adscriptum est, neque testimonium ullum antiquae vel mediae aetatis scriptores praebent commentarii cuiusquam in opus illud e graeco translati (si tamen Boethii verba de Agorii Praetextati latina recensione Themistianae cuiusdam paraphraseos excipias [1]). Quae Boethius de 'suis' Analyticis sive conscriptis sive conscribendis [2] in libro secundo introductionis in categoricos syllogismos dicit, cum scholiis his certe non conveniunt. Una nobis restat ratio qua aliquid de hac re coniciamus, verborum dico consideratio quibus pluries vel saepissime usus est translator ad frequentiora graeca verba reddenda ; qua ratione iam saepius usi sumus ad translatores operum aristotelicorum latinos cognoscendos. Latino ergo textu inspecto et, ubi hoc fieri poterat, cum graecis verbis comparato, alibi quantum facile conicere valebamus comparationem nostro marte supplentes, haec colligere potuimus :

δέ multo frequentius verbo « autem » (circiter 350) quam verbo « vero » (circiter 60) redditum est ; οἷον semper « ut » factum est ; οὕτως semper (si unum « ita » excipias) verbo « sic » translatum est (circiter 50) ; ὥστε semper factum est « quare » ; πάλιν semper « rursum » ; ὅτι semper « quoniam » ; ἄρα semper « ergo » ; οὖν saepissime « ergo », rarius « igitur » ; ὁ μὲν ... ὁ δὲ saepius « hic quidem ... ille autem », rarius « hic quidem ... ille vero », semel « unus ... alter » ; δῆλον nonnumquam « palam », alibi « manifestum » ; τοιοῦτος tum « talis » tum « huiusmodi » ; γάρ aliquanto saepius « nam » (circiter 120) quam « enim » (circiter 80) ; ὡς, ὥσπερ, καθάπερ maxima ex parte « ut », quandoque « quemadmodum », « sicut », « velut », semel « sicuti » ; τῷ *cum inf.* « eo quod » fere semper.

Quod si haec omnia cum iis quae in indice verborum ad Analytica Priora composuimus (pp. 445-468) conferantur, manifestissime patebit concordantia verborum in scholiis ac in Aristotelis

[1] Vide testimonia Boethii in Appendice nostra p. 430, sub num. 4.

[2] Vide pp. 431-432 sub num. 10, 11.

opere. Excipiendum fortasse esset verbum γάρ quod in Analyticis Prioribus saepius factum est « enim » quam « nam » ; sed alibi ostendimus paulatim tempore progrediente « enim » rarius, « nam » frequentius in usum venisse in antiquis latinis versionibus Organi [1]. Et si indicem nostrum inspexeris, videbis recensionem Florentinam eamque perfectiorem vicies saltem « nam » praebere ubi prior Carnutensis « enim » praebet. Unde concludendum nobis videtur scholia ab eodem viro docto esse translata qui Analytica Priora transtulit ; quem supra probavimus esse Boethium.

Addas quod fragmenta Analyticorum quae in scholiis citantur fere semper ad verbum cum translatione operis totius conveniant ; et verba quaedam quae propria vel recensionis Carnutensis vel Florentinae esse videntur (qualia sunt « symmeter, asymmeter », « reductio » pro ἀπαγωγή) in scholiis quoque reperiuntur.

Obici fortasse potest opinioni huic, Boethium scholia quaedam saltem transferre nequivisse, cum Philoponum habuerint auctorem qui post Boethium mortuum ea conscripserit. Sed, sicut supra diximus, constat Philoponum aliosque graecos commentatores quinti et sexti saeculi saepe in commentaria sua ea recepisse quae iam ab aliis scripta essent, neque in plurimis rebus auctoritatem suam scribendo lectoribus imponere voluisse sed veritatem verborum a quibuslibet auctoribus primum ad declarandum Aristotelem conscriptorum. Quae Boethius transtulit — si, ut credimus, ei est versio tribuenda — pars erant thesauri Aristotelicae doctrinae e quo, sicut ille, inter alios Philoponus ipse ad opus suum componendum particulas haurire potuit.

3. *De textu scholiorum restituendo et de adnotationibus subiectis.*

Textum scholiorum talem plerumque dedimus qualem in codice Florentino *Nn* invenimus. Raro tantum verbum hoc vel illud correximus, vel ipsi conicientes vel graeco textu Philoponi et Pseudo-Philoponi collato ; sed pluribus in locis non dubitamus quin, melius graeca commentaria cum latina interpretatione comparando, quem dedimus textum corrigere possibile sit. Logica schemata et geometricas figuras quam potuimus fidelissime e codice cum suis verbis descripsimus et ibi collocavimus ubi optime convenire nobis viderentur.

---

[1] *Iacobus Veneticus Grecus*, « Traditio » VIII 1952, p. 283.

Quadratis uncis inclusa minoribusque litteris scripta scholiis praemisimus Aristotelis verba quibus scholia singula referenda sunt quandocumque (quod saepe fit) relationem signis utrimque appositis vel translator (quod potius est credendum) vel librarius indicavit ; aut etiam quandocumque breviora scholia inter lineas posita supra Aristotelis verba explicanda inveniuntur. Quod si relatio scholiorum ad textum plane significata non esset, ipsi Bekkerianae editionis numeros et litteras paginarum, columnarum, linearum in marginibus supplevimus : si hac in re quandoque erraverimus, attentus lector Aristotelem et commentarium conferens ipse corrigere valebit.

Adnotatio prior quam scholiis supposuimus concordantiam cum Philoponi et Pseudo-Philoponi tantum commentariis indicat: quod si in illa numeri paginarum et linearum textuum graecorum uncis rotundis careant, hoc significat latina scholia ad verbum e graecis esse reddita ; si uncis sint inclusi, materiam scholiorum generatim esse eandem, verba singula, vel omnia vel complura, diversa. — In secunda adnotatione lectiones in quibus codex *Nn* a textu nostro impresso differt, et eas quae in libro eodem falsae vel imperfectae erant et deinde correctae sunt, collegimus.

Volumen hoc magistro inter Aristotelicos nostrae aetatis maximo, Analyticorum graecorum editori commentatori optimo, studiorum nostrorum et Aristotelis Latini per longum temporis spatium fautori benevolentissimo Willelmo Davidi Ross grato animo dedicamus.

Oxoniae, Kal. Mart. MCMLXII. L. M.-P.

1. (ET 2.)

TRANSLATIO BOETHII

RECENSIO FLORENTINA
(PARTIM RECENSIO CARNUTENSIS) *

* Recensionis Carnutensis partes quattuor (ab initio ad 36b25, 46a3-b40, 49a11-50b4, 64a33 usque ad finem) separatim edidimus pp. 143-191. Quae in reliquis operis partibus recensionis eiusdem a recensione Florentina differunt, in tertia adnotatione pp. 39-69, 72-79, 83-123 litteris maioribus impressa sunt.

CONSPECTUS SIGLORUM

in adnotationibus translationis Boethianae adhibitorum

B = translationis Boethianae recensio Florentina
b = » » » Carnutensis
* = vide adnotationem latinam alterius recensionis
/ = rasura unius litterae

I. LIBRI LATINI :

70b10 cam mutavit secundum quid animam, sed non eorum quae natura nobis est haec passio, sed ut irae et concupiscentiae naturalium motuum. Si ergo et hoc det et unum unius speciei signum esse, et poterimus sumere propriam uniuscuiusque generis passionem et signum, poterimus naturas colligere. Si enim est specialiter alicui
70b15 generi individuo existens passio, ut leonibus fortitudo, necesse est

---

B (*nCΓ* ; *fmuA*) 15 figuris] σημείοις 16 sic] ἢ δὴ οὕτω dicendum (*nΓ*)] λεπτέον 18 signa (*C*)] σημεῖον 19 quod (*CΓ*)] τὰ 23 aliquis (*C*)] *om.* 26 det] δοθείη

B : *NnXr*(*XvPn*) 3 dicitur *Xr* 4 *et *om. Xr* *sumatur *Xr* 5 pittacus autem ambitiosus *om. Xr* 6 *enim] autem *Nn*[1] : vero *Xr* et *om. Xr* 11 et] etiam *Xv* necesse est et alios *transp. Xr* 14 et *om. Xr* 15 erit *ante* quidem (14) *Nn* : *post* quidem *Xr* 16 *sic + igitur *Xv* 18 ex *om. XvPn* 21 *titulus Nn* : *om. rell.* 22 simul *om. XrPn* mutare *om. Pn* 23 *dicens *XvPn* 26 et[1] *om. Pn* 29 *est *om. Pn*

---

b *vide pp.* 190-191.

et signum esse aliquod ; compati enim sibi invicem positum est. Et sit hoc magnas summitates habere ; quod et aliis generibus non totis contingit. Nam signum sic proprium est quoniam totius generis propria est passio, et non solius proprium, sicut solemus dicere. Erit ergo et in alio genere hoc, et erit fortis homo et aliud aliquod animal. Habebit ergo signum ; unum enim unius erat. Si ergo haec sunt, et poterimus talia signa colligere in his animalibus quae tantum unam aliquam passionem habent propriam, unaquaeque autem habet signum, quoniam unum habere necesse est, poterimus naturas colligere. Si vero duo habeat propria totum genus, ut leo forte et communicativum, quomodo cognoscemus utrum utrius sit signum eorum quae specialiter sequuntur, nisi et si alii non toti alicui ambo, et in quibus non totis utrumque, quando hoc quidem habet, illud autem non ? Nam si fortis quidem, liberalis autem non, habet autem duum hoc, palam quoniam et in leone hoc signum fortitudinis. 70b20 87r 70b25 70b30

Est ergo naturas colligere in prima figura medium quidem priori extremitati converti, tertium autem transgredi et non converti, ut sit 'fortitudo' A, 'summitates magnas' in quo B, C autem 'leo'. Ergo cui C, B omni, sed et aliis. Cui autem B, A omni et non pluribus, sed convertitur ; si autem non, non erit unum unius signum. 70b35

PRIORUM ANALYTICORUM ARISTOTELIS LIBER SECUNDUS EXPLICIT.

B (*nCΓ* ; *fmuA*) 2 aliis] + ὑπάρχειν (inest ***b***) 5 hoc (*nCΓ*)] ταὐτὸ 12 nisi (*Γ*)] σημείων ἢ (= ***b***) 14 nam — non (*nCB*²*Γ*)] *om. B*¹ 18 converti (*Cn*²*Γ*)] τῶν ... ἀντιστρέφειν

B : *NnXr*(*XvPn*) 1 aliquid *NnXrXv* 3 solis *Nn* sic *om. Nn*¹ 4 passio est *transp. NnXv* 6 enim] ergo *Nn* 7 colligere signa *transp. NnXv* his *om. Xr* 8 unumquodque *Xv****b*** 9 est necesse *transp. Xr* 12 eorum + *s. add.* scilicet signorum *Nn* (*cf.* ***b***) si *om. Pn* : *ante* et *XrXv* 18 tertium] in tertia *Xv****b*** 20 et²] sed *Nn*¹ 21 sed + non *Nn*¹ 22 **subscriptio* (*sed* ANALECTICORUM) *Nn* : *om. rell.*

---

b *vide p.* 191.

2.

TRANSLATIO BOETHII

RECENSIO CARNUTENSIS

I.1-16, 30-31, 38-44 II.15(finis)-27 *

* Reliquas partes recensionis Carnutensis vide in contextu et adnotatione tertia (*b*) pp. 39-69, 72-79, 83-123.

Conspectum siglorum videas p. 2.

Parvis typis ea quae a recensione Florentina (pp. 5-139) non differunt impressa sunt. Asteriscis (*) notavimus sicubi verba nonnulla desunt quae recensio Florentina praebet.

⟨PRIORUM ANALYTICORUM ARISTOTELIS *C l.296r*

LIBER PRIMUS⟩

Bekker

[1] Primum dicere oportet circa quid et cuius est consideratio, quo- 24a10
niam circa demonstrationem et de disciplina demonstrativa ; deinde de-
terminare quid est propositio et quid terminus et quid syllogismus, et quis
perfectus et quis imperfectus ; post ea vero quid in toto esse vel non esse
quid in quolibet, et quid dicimus de omni aut nullo praedicari. 24a15

Propositio * est oratio affirmativa vel negativa alicuius de aliquo ; haec
autem aut universalis aut particularis aut indefinita. Dico autem univer-
salem * quae omni aut nulli inest, particularem vero quae alicui aut non
alicui aut non omni inest, indefinitam * quae inesse aut non inesse sig- 24a20
nificat sine universalitate aut particularitate, velut contrariorum esse
eandem disciplinam vel voluptatem non esse bonum. Differt autem de-
monstrativa propositio a dialectica, quoniam demonstrativa quidem as-
sumptio alterius partis contradictionis est (non enim interrogat sed as- *296v*
sumit qui demonstrat), dialectica vero interrogatio contradictionis est. 24a25
Nihil vero distabit ad formandum utriusque syllogismum ; et enim
qui demonstrat et qui interrogat syllogizat sumens aliquid de aliquo aut
inesse aut non inesse. Quare erit syllogistica quidem propositio simplex
affirmativa aut negativa alicuius de aliquo secundum dictum modum ;
demonstrativa vero si vera sit et ab initio per conditionem assumpta ; 24b10
dialectica vero percunctanti quidem interrogatio contradictionis, demon-
stranti vero assumptio apparentis et concessi, quemadmodum in Topicis
dictum est. Quid autem est propositio, et quid differt syllogistica et de-
monstrativa et dialectica, subtiliter quidem in subsequentibus dicetur,
ad praesens vero * sufficienter nobis determinatum est * nunc. 24b15

Terminum vero voco in quem resolvitur propositio, velut praedicatum
et de quo praedicatur, sive adiuncto sive separato esse et non esse.
Syllogismus vero est oratio in qua positis aliquibus aliud quid a positis
ex necessitate consequitur ex ipsis esse. Dico autem 'ex ipsis esse', 24b20

---

b : *Ch* 1-2 *spatium tituli vacuum Ch* 3 primum dicere] *spatium va-*
cuum Ch 13 bonam *Ch* 15 sed] si *Ch* 16 qui *ex* quidem *Ch* 18 qui[1]
ex quid *Ch* 29-**144**.4 *cf. Abaelardum (infra, p.* 435 *sub num.* 8-9*)* 29 *quidem appositis *Ch*

per ipsa contingere ; ⟨'per ipsa' vero 'contingere'⟩, nullius extrinsecus termini indigere ut fiat necessarium. Perfectum igitur dico syllogismum, qui nullius alius indigeat praeter assumpta ut appareat necessarius ;
24b25 imperfectum vero qui indigeat aut unius aut plurium, quae sunt quidem necessaria per subiectos terminos, non autem sumenda per propositiones. In toto vero esse aliud in alio et de omni praedicari alterum de altero idem est. Dicimus autem de omni praedicari quando nihil sit sumendum subiecti de quo alterum non dicatur ; et de nullo similiter.

25a1 [2] Quoniam autem omnis propositio est aut inesse aut necessario inesse aut contingenter inesse, harum * hae quidem affirmativae hae vero negativae secundum * allocutiones, rursus autem affirmativarum et nega-
25a5 tivarum aliae sunt universales, aliae particulares, quaedam indefinitae, universalium privativam quidem * necesse est universaliter terminis converti, ut si nec ulla voluptas bonum, nec bonum ullum erit voluptas ; praedicativam autem converti * necessarium non est universaliter, sed in parte, ut si omnis voluptas bonum, et bonum quoddam esse voluptatem.
25a10 Particularium autem affirmativam quidem converti necesse est particulariter (nam si voluptas quaedam bonum, et bonum quoddam erit voluptas), privativam autem non est necessarium (non enim, si homo non inest alicui animali, et animal non inest alicui homini).

25a15 Primum ergo sit privativa universalis AB propositio. Si ergo nulli eorum quae sunt B inest A, nec eorum quae sunt A ulli inerit B ; si enim alicui, velut C, non verum erit nullum B esse A ; nam C eorum quae sunt B aliquid est. Si vero omni B inest A, et B alicui A inest ; si enim nulli, nec A
25a20 ulli B inerit ; sed dicebatur omni inesse. Similiter autem et si particularis est propositio. Nam si inest A alicui B, et B alicui eorum quae sunt A necessario inerit ; si enim nulli, nec A ulli B. Si autem A alicui eorum quae sunt B non inest, non necessario et B alicui A non inerit, ut si B

---

b : *ChUdNn* 3 assumpta] ea quae assumpta (*corr. in* sumpta) sunt *Nn* (*cf.* ***B***) 4 *vero *om. Nn* indigeat *post* unius (**om.* aut[1]) *UdNn* plurium + *spatium quattuor litterarum Ch* 5 subiectos + *s. add.* vel sumptos *Nn* (*cf.* ***B***) autem sumenda + *s. add.* vel sumpta *Nn* (*cf.* ***B***) *per[2] *om. Ch* 6 vero] autem *Ud**B*** 7 esse *Ch* quando] quod (*an recte ?*) *Ch* sit] est (*an recte ?*) *UdNn**B*** sumendum] sumere *Ud**B*** : + *s. add.* vel sumere *Nn* 11 secundum + *s. add.* quamque *Nn* (*cf.* ***B***) allocutionem *ex* allocutiones *Nn* (*cf.* ***B***) rursum *Ud**B*** 15 universaliter *ante* necessarium *Ud* : *om. Nn* 16 quoddam] quidem *Ch* esse voluptatem] erit voluptas *UdNn* 17 autem] vero *UdNn* affirmativarum *Ud* 18 quaedam *om. Ud* 22 *nulli *NnUd* enim] autem *Ud* 23 velut *om. ChUd* C[1] *om. Ch*
ChUd 23 esse] inesse *Ud* C[2] *om. Ch* (*cf. Nn*) 24 est + A *Ch* (*cf. Nn*) 25 et *om. Ud* 26 est] erit *Ch* 27 ulli + inerit *Ud*

quidem sit animal, A vero homo ; homo enim non omni animali, animal 25a25
vero omni homini inest.

[3] Eodem * modo habebitur et in necessariis propositionibus. Nam universalis quidem privatio universaliter convertitur, affirmativarum au-
5 tem utraque particulariter. Si enim necessario A nulli B inest, necessa- 25a30
rio et B nulli A inerit ; si enim alicui contingit, et A alicui B utique continget. Si autem ex necessitate A omni vel alicui B inest, et B alicui A necessario inerit ; si autem non necessario, nec A alicui B ex necessitate inest. Particularis vero privativa non convertitur propter eandem causam 25a35
10 propter quam et supra diximus.

In contingentibus vero, quoniam multipliciter dicitur contingere (et enim necessarium et non necessarium et possibile contingere dicimus), in affirmativis quidem similiter habebitur secundum conversionem in omnibus. Si enim A omni aut alicui B contingit, et B alicui A utique continget ; si 25b1
15 enim nulli, nec A utique ulli B ; ostensum est enim hoc prius. In negativis vero non similiter, sed quaecumque quidem contingere dicuntur ex necessitate non inesse aut non ex necessitate inesse, similiter, ut si quis 25b5
dicat hominem contingere non esse equum aut album nulli vesti inesse (horum enim unum * ex necessitate non inest, alterum vero non necesse
20 est inesse, et similiter convertitur propositio ; si enim contingit nulli homini equum esse, et hominem continget esse nulli equo ; et si album con- 25b10
tingit nulli vesti, et vestis continget nulli albo ; si enim alicui necessario, et album vesti alicui erit ex necessitate ; hoc quoque ostensum est 297r
prius), similiter autem et in particularibus negativis ; quaecumque vero
25 ut in pluribus * nata * dicuntur contingere, quemadmodum determinamus 25b15
contingens, non similiter se habebunt in privativis conversionibus, sed universalis quidem privativa non convertitur propositio, particularis vero convertitur. Hoc autem erit manifestum quando de contingente dicemus. Nunc autem tantum nobis sit iuxta dicta manifestum, quoniam quod 25b20
30 contingit nulli aut alicui non inesse affirmativam habet figuram (nam 'contingit' et 'est' similiter ordinatur, hoc 'est'*, quibus utique adiacenter praedicatur, affirmationem semper facit et omnino, ut 'esse non bo-

---

b : *ChUdNn* 1 non enim homo *transp. Ud* 6 utrique *Ch* 8 ex necessitate *om. Ud* 10 propter] per *Ch* : *om. Ud* 12 et non necessarium *om. Ch* 13 quidem] quod *Ch* habebitur *scripsi* : habebit *Ud* : *om. Ch* 14 aut] vel *Ud* 15 enim est *transp. Ud* 18 esse] inesse *Ud* *ChUd*(*Vn*) 21 esse continget *transp. Ch* : inesse contingit *Vn* (*cf.* ***B***) contingit] continget *Ch* 25 nata] et in eo quod (quod *om. Ud*) nata sunt *UdVn**B*** 29-30 que contingunt *Ud**B*** 30 *alicui + inesse et *Ud* habet + in se *Ud* 31 et est] esse *Ch* ordinantur *Ud* 31 hoc — adiacenter] est autem quibuscumque adiacens *UdVn**B***

num' vel '* non album' vel simpliciter '* non hoc' ; ostendetur autem et
25b25 hoc per consequentia), et in conversionibus autem similiter habebuntur aliis.

[4] His vero determinatis dicendum est iam de quibus et quando et quomodo fit omnis syllogismus ; postea vero dicemus de demonstratione. Prius vero de syllogismo dicendum est quam de demonstratione eo quod
25b30 universalior est syllogismus ; nam demonstratio syllogismus quidam est, syllogismus vero non omnis demonstratio.

INITIUM PRIMAE FIGURAE. — Quando igitur termini tres sic habentur ad invicem ut et postremum in toto esse medio et medium in toto primo contingat vel esse vel non esse, necesse est extremitatum esse syl-
25b35 logismum perfectum. Voco autem medium * qui et idem in alio et alius in ipso est, qui et positione fit medius ; extremitates vero quae et eadem in alio tantum et in qua alius est. Si enim A de omni B et B de omni C, necesse est A de omni C praedicari ; prius enim dictum est quo-
26a1 modo de omni dicimus. Similiter autem et si A de nullo B, B autem de omni C, quoniam A nulli C inerit. Si autem primum * omni medio inest, medium vero nulli extremo, non erit syllogismus extremitatum ; nihil
26a5 enim necessarium accidit ex his esse. Et enim omni et nulli contingit primum postremo inesse, quare neque particularis neque universalis fit necessarius ; cum autem nihil est necessarium per hoc non erit syllogismus. Termini ubi omni inest 'animal, homo, equus', ubi nulli 'animal,
26a10 homo, lapis'. Similiter nec tunc erit syllogismus quando nec primum medio nec medium postremo ulli inest. Termini ubi inest 'scientia, linea, medicina', ubi non inest 'scientia, linea, unitas'. Cum igitur universales sunt termini manifestum est in hac figura quando erit et quando non
26a15 erit syllogismus, et, cum sit necessarium syllogismos habere terminos, quoniam, * si sic habeantur ut diximus, erit syllogismus.

Sin autem unus quidem terminorum sit universalis, alius vero particularis ad aliud, quando universalis quidem ponitur ad maiorem extremitatem vel praedicativus vel privativus, particularis vero ad mi-
26a20 norem praedicativus, necesse est syllogismum esse perfectum, quando autem ad minorem vel * quolibet modo aliter se habeant termini, impossibile. Dico autem maiorem quidem extremitatem in qua medium est, mino-

---

b : *ChUd*(*Vn*) 2 consequentiam *Ch* : sequenciam *Ud* : sequencia *VnB* 2-3 et — aliis *om.* (*marg. add.* secundum — aliis = ***B***) *Ud* 4 quando] quoniam *Ch* 7 est[1]] sit *Ud* quidem *Ch* 9 *titulus om. UdVnB* 10 et[2]] id est *Ch* 11 esse non *transp. Ud* 14 qua + et *Ud* 17 inerit] erit *Ch* 23 quando] quoniam *Ch* 30 quidem] quid *Ch*
ChGwUd(*Vn*) 32 esse syllogismum *transp. Ud* 33 quomodolibet *Gw*

norem vero quae sub medio est. Insit enim A * omni B, B vero alicui C ;
ergo si de omni praedicatur quod in principio dictum est, necesse est A
alicui C inesse. Et si A quidem nulli B inest, B vero alicui C, et necesse est 26a25
A alicui C non inesse ; manifestum est enim et de nullo quomodo dicimus ;
quare erit syllogismus perfectus. Similiter autem et si indefinitum sit BC
praedicativum ; nam idem erit syllogismus * indefinito et particulari sump- 26a30
to. Sin autem ad minorem extremitatem universalis ponatur vel praedi-
cativus vel privativus, non erit syllogismus neque affirmativus neque
negativus, nec indefinitus neque particularis ; ut si A quidem alicui
B inest vel non inest, B autem omni C inest. Termini ubi inest 'bonum, 26a35
habitus, prudentia' ; ubi non inest 'bonum, habitus, indisciplina'. Rur-
sum si B quidem nulli C, A vero alicui B inest vel non inest vel non omni
inest, nec sic erit syllogismus. Termini ubi inest 'album, equus, cygnus',
ubi non inest 'album, equus, corvus'. Idem autem ipsum et si AB inde-
finitum sit. Nec quando unus quidem in maiore extremitate univer- 26b1
saliter fuerit vel praedicativus vel privativus, alius vero in minore
privativus particulariter, non est syllogismus vel indefinito vel parti-
culari sumpto ; velut si A quidem omni B inest, B autem alicui C non, vel
non omni inest ; cui enim utique alicui non inest medium, hoc et omne et 26b5
nullum sequetur primum. Subiaceant enim termini 'animal, homo, al-
bum' ; deinde et de quibus non praedicatur 'album' 'homo' sumantur' cy-
gnus' et 'nix' ; ergo 'animal' de uno quidem omni praedicatur, de altero *297v*
vero nullo, quare non erit syllogismus. Rursum A quidem nulli B insit, 26b10
B autem alicui C non insit, et sint termini 'inanimatum, homo, album' ;
deinde sumantur de quibus non praedicatur 'albus', 'homo, cygnus' et
'nix' ; nam 'inanimatum' de uno quidem omni praedicatur, de altero vero
nullo. Amplius, quoniam indefinitum est alicui eorum quae sunt C non ines- 26b15
se B, vere affirmatur, et si nulli inest et si non omni, quoniam alicui

---

b : *ChGwUd(Vn)* 1 quae] quod *Ch* C] O *Ch* 2 praedicatur] dicatur *Ud* : praedicari est *GwVn* (*cf.* ***B***) 3 C[1]] O *Ch* *vero *om. Gw* et[2] *om. UdVn*[1]***B*** est *om. Ch* 4 est enim] autem *Gw* de + illo *Ud*[1] 5 perfectus syllogismus *transp. Ud*

ChGwUd 7 si *GwUd****B*** 9 nec] neque *Ch* neque] vel *Gw****B*** quidem] quod *Ch* 10 omni C] O *Ch* 11 inest] est *Gw* rursus *Ch* 12 quidem] quod *Ch* C] O *Ch* 12-13 vel[2] — inest[1] *om. Gw* 13 erit sic *transp. Gw* 14 ipsi *ante* autem *Ud* : *om. Gw* 15-16 nec — in *in rasura textum* ***B*** *scr. Ud* 15 quando] quoniam *Ch* 16 fuerit] fiunt *Ch* 17 non *om. Ch* est] inest *Gw*[1] vel[1] *om. Ud* 18 velut] ut *Gw*[1]***B*** C] O *Ch* 19 utique — medium *eras. Ud* 20 sequitur *GwUd****B*** subiacent *Ch* : *eras. Ud* enim] ergo *Gw* 20-21 palnum (*sic*) *Ch* 21 *albus *Gw*, ?*Ud* 22 et *om. Ud* 23 rursus *Ud* 24 C *om. ChGw* 25 *albis *Gw* : album (?) *Ud* 27 est *om. ChUd* C] O *Ch* 28 vere affirmatur] verum est *Gw* (*cf.* ***B***) vere — si[1] *eras. Ud*

non inest, sumptis autem huiusmodi terminis ut et nulli inesse non fit syllogismus (hoc enim dictum est prius), manifestum est igitur quoniam sic se habentibus terminis non erit syllogismus ; esset enim utique et
26b20 in his. Similiter autem apparebit quidem et si universalis ponatur privativa. Sive ambae extremitates particulariter sint praedicative vel privative, seu alia quidem praedicativa, alia vero privativa dicitur, vel una quidem indefinita, alia vero definita, vel ambae indefinitae,
26b25 nequaquam erit syllogismus. Termini vero communes omnium 'animal, album, homo', 'animal, album, lapis'.

Manifestum est igitur ex iis quae dicta sunt ut, si sit syllogismus in hac figura particularis, necesse est terminos sic * habere ut diximus ; aliter enim * habentibus nequaquam fit. Palam autem est et quoniam omnes qui
26b30 in hac sunt syllogismi, perfecti sunt (omnes enim perficiuntur per ab initio sumptos), et quoniam omnia problemata ostenduntur in hac figura ; et enim omni et nulli et alicui et non alicui inesse. Voco autem huiusmodi figuram primam.

[5] INITIUM SECUNDAE FIGURAE. — Quando autem idem alteri
26b35 quidem omni alteri vero nulli inest, vel utrique omni vel nulli, figuram quidem huiusmodi voco secundam, medium autem in hac dico quod praedicatur de utroque, extremitates autem de quibus dicitur hoc, maiorem vero extremitatem quae medio adiacet, minorem quae longius sita est. Ponitur
27a1 autem medium foras quidem extremitatum, primum vero positione. Perfectus igitur nequaquam erit syllogismus in hac figura, possibilis vero erit et universalibus et non universalibus existentibus terminis. Universales igitur cum sint, erit syllogismus quando medium huic quidem omni
27a5 illi vero nulli inest, si ad alterutrum sit privativa ; aliter autem nequaquam. Praedicetur enim M de N quidem nullo, de X vero omni. Quoniam igitur convertitur privativa, nulli M inerit N ; at M de omni X dicebatur ; quare N de nullo X ; hoc enim ostensum est prius. Rursum

---

b : *ChGwUd* 1 ut et] velut *GwB* fit] est *Gw* 2 syllogismus — prius *in rasura quinque litterarum Ud* 4 quidem] quod *Ud* : *om. GwB* universaliter *Ud* 5 sive] si *Gw* (*cf.* ***B***) sint] sive (?) *GwUd* 11 *est *om. Ch* sic + se *GwUdB* 12 quoniam et *transp. Gw* qui] quidem *ChUd* 13 sunt[1] *om. Ud* per *om. Ud* : *spatium quattuor litterarum Ch* : per hos (*an recte* ?) *Gw* 14 sumptis *Ud* 15 et enim *om. Gw* autem *om. GwUd* 17 *spatium tituli Ch* idem *om. Gw* 17-18 alii ... alii *Ud* 19 quod] qui *Ch* 20 extremitates] extremitatem *Ch* *dicitur] predicatur *Gw* 22 vero] quidem *Ud* positione + est *Ud* 23 syllogismus erit *transp. Gw* 24-25 universalis ... sit *ChUd* 25 quidem] quod *Ch* 26 autem] enim *ChUd* 27 praedicetur + quidem *Ud*[1] vero + unus *Ud*[1] 28 dicebant *Ud* 29 N] enim *ChUd* enim ostensum] manifestum *Ud* rursus *ChUd* .

si M omni quidem N inest, X vero nulli, nec X ulli N inerit (si enim 27a10
M nulli X nec X ulli M inerit ; at vero M omni N inerat ; igitur X nulli
N inerit ; facta est enim rursum prima figura) ; quoniam autem convertitur
privativa, et N nulli X inerit, quare erit idem syllogismus. Est autem
ostendere hoc et ad impossibile ducere. Quoniam igitur fit syllogismus 27a15
sic se habentibus terminis, manifestum est, sed non perfectus ; non enim
solum ex iis quae ab initio sumpta sunt, sed * ex aliis comprobatur
necessarius. Si autem M de omni N et de X praedicetur, non erit syllogis-
mus. Termini inesse 'substantia, animal, homo', non inesse 'substantia, 27a20
animal, numerus' ; medium 'substantia'. Nec quando nec de N nec de X
nullo praedicatur M. Termini inesse 'linea, animal, homo', non inesse 'linea,
animal, lapis'. Manifestum est igitur quoniam, si sit syllogismus ex univer-
salibus terminis, necesse est terminos * habere ut in principio diximus ; ali- 27a25
ter enim * habentibus non fit necessarius.

Si autem ad alterum sit universaliter medium, quando ad maius quidem
fuerit universale vel praedicative vel privative, ad minus autem * parti-
culare et oppositum universali (dico autem opposite si universalis *
privativa, particulari affirmativae, vel * universalis praedicativa, 27a30
particulari privativae), necesse * fieri syllogismum privativum particu-
lariter. Si enim M nulli quidem N et alicui X inest, necesse est N alicui
X non inesse. Quoniam enim convertitur privativa, nulli M inerit N ; M
vero dicebatur alicui X inesse ; quare N alicui eorum quae sunt X non 27a35
inerit ; fit enim syllogismus per primam figuram. Rursum si omni quidem
N inest M, X vero alicui non, necesse est N alicui X non inesse ; si enim
omni inest, praedicatur autem et M de omni N, necesse est M omni X inesse ; 27b1
sed dicebatur alicui non inesse. Et si M omni quidem N inest, X autem
non omni, erit syllogismus quoniam non omni X inest N ; demonstratio au-
tem eadem. Si autem de X quidem omni, de N vero non omni praedica-
tur, non erit syllogismus. Termini 'animal, substantia, corvus', 'animal, 27b5
album, corvus'. Nec quando de X quidem nullo, de N vero aliquo. Termini
inesse 'animal, substantia, unitas' ; non inesse 'animal, substantia, scientia'. *298r*

---

b : *ChGwUd* 1-2 N² — ulli *om. ChUd* 2 ergo *ChUd* 3 rursus *Ud* 4 et *om. ChUd* 5 sit *ChUd* 7 probatur *Ud* 9 substantia¹] linea *Ch* animal homo *bis scr. Ch* 10 *numerus] lapis *Ud* : + vel lapis *Gw* medium + enim nec de X *Gw* nec²] M *Gw* : *om. Ud* 11 ullo *Ch* praedicatur] tempore *Ud* 13 est *om. Ch* 15 alterutrum *ChUd* 16 fuerit] fiunt *Ud* 17 autem *om. Gw* 18 vel *bis scr. Ud* 19 necesse + est *UdB* 20 est *om. Ch* 22 dicebant *Ud* N] enim *Gw* 23 rursus *Ud* 24 N¹] M *Gw*¹ : + non *Ch* M] N *Gw*¹ non¹] N *Ch* enim] autem *Ud* 26 sed *bis scr. Gw* autem *om. Ud* 28 non] de *Ch* 29 syllogismus + quoniam non omni X inest N *Gw*¹ corpus *Ch* 31 substantia¹] supra *Gw* *unitas] lapis *Ud*

27b10 Quando igitur oppositum sit universale particulari, dictum est quando erit et quando non erit syllogismus ; quando autem similis figurae fuerint propositiones, ut ambae privativae vel affirmativae, nequaquam erit syllogismus. Sint enim prius privativae, et universale positum sit ad maio-
27b15 rem extremitatem, ut M nulli quidem N et X alicui non insit ; contingit nunc et omni et nulli X inesse N. Termini quidem nulli inesse 'nigrum, nix, animal' ; omni vero inesse non est sumere, eo quod M alicui quidem X inest, alicui * non. Si enim omni X inest N et M nulli N, etiam M nulli
27b20 X inerit ; sed dicebatur alicui inesse. Non ergo sic convenit sumere terminos, ex indefinito autem ostendendum est ; quoniam enim vere affirmatur M non inesse alicui X etiam si nulli inest, nulli vero cum insit non est syllogismus, manifestum est quoniam nec nunc erit. Rursum sint praedi-
27b25 cativae, et universale positum sit similiter, ut M omni quidem N et X alicui insit. Contingit nunc N et omni et nulli X inesse. Termini nulli inesse 'album, cygnus, lapis' ; omni * non erit sumere propter eandem causam quam et prius, sed ex indefinito monstrandum est. Si autem universale
27b30 ad minorem extremitatem sit, et M X quidem nulli, N vero alicui non inest, contingit N et omni et nulli X inesse. Termini inesse 'album, animal, corvus' ; non inesse 'album, lapis, corvus'. Similiter autem et si praedicativae fuerint propositiones, termini non inesse 'album, animal, nix' ; inesse 'album, animal, cygnus'. Manifestum est ergo quoniam, si similes fue-
27b35 rint propositiones, sive universales sive particulares, nequaquam fit syllogismus. Sed nec si alicui utrique inest vel non inest, vel huic quidem illi vero non, vel neutro omni, vel indefinite. Termini autem communes omnium 'album, animal, homo', 'album, animal, inanimatum'.

28a1 Manifestum est igitur ex praedictis quoniam, si sic se habeant termini ad invicem ut dictum est, fit syllogismus ex necessitate, et si sit syllogismus, necesse est terminos sic se habere. Palam autem et quoniam omnes imper-
28a5 fecti sunt qui * hac figura * syllogismi (omnes enim perficiuntur assump-

---

b : *ChGwUd* 1 oppositum] quod positum *Gw* universaliter *Gw* 2 similis] sillogismis *Gw* *fuerint] fiunt *Gw* 3 *ut] vel *Ud* 4 universale + erit Gw^1 6 X *om. ChUd* N *om. Ud* quidem] quod *Ch* 7 nix] nil *Ch* eo quod] si (*an recte* ?) *GwB* 8 X^1 + li X inerit Ud^1 non] N *Ch* etiam] et *Ud* 9 ergo] igitur *ChUdB* 10 indefinita *Ch* affirmativae *Ch* 11 M non *om. Ud* *etiam] et *Ud* 12 quoniam] quam Gw^1 rursus *ChUdB* 15 *inerit *Gw* causam + per *Ch* : + propter *Gw* 16 indefinita *Ch*, ?*Gw* 17 quidem X *transp. Ud* 18 X inesse et nulli *transp.* Gw^1 19 non — praedicativae *in rasura duodecim litterarum Ud* 20 fuerint] fiunt *ChGw* album] corpus *post* animal *Ch* 21 igitur *ChUdB* fuerint] fiunt *ChGw* 23 si *om.* Gw^1 quidem] quid est *Ch* : vel *Ud* 24 *neutro] *sic codd.* *autem *om. Gw* 27 si *om. Gw* 28 est *om. Ch* se *om. Ch* autem *om. Gw* 29 perficiuntur] celebrantur *Ch* assum (*sic*) *Ch*

tis quibusdam quae vel insunt terminis ex necessitate vel ponuntur ut conditiones, velut quando per impossibile ostendimus), et quoniam non fit affirmativus syllogismus in hac figura, sed omnes privativi et universales et particulares.

[6] INITIUM TERTIAE FIGURAE. — Si autem eidem hoc quidem omni 28a10
illud vero nulli inest, vel utrumque omni vel nulli, figuram quidem huiusmodi voco tertiam, medium autem in hac dico de quo ambo praedicantur, extremitates vero quae praedicantur, maiorem autem extremitatem quae longius est medio, minorem vero quae propius. Ponitur autem medium fo- 28a15
ras quidem extremitatum, postremum vero positione. Perfectus igitur non fit syllogismus * in hac figura, possibilis vero erit et universaliter et non universaliter terminis existentibus ad medium. Universaliter quidem quando et P et R insunt omni S, quoniam alicui R inerit P ex necessitate ; quoniam enim convertitur praedicativa, inerit S alicui R, quare quoniam 28a20
P inest omni S et S alicui R, necesse est P alicui R inesse ; fit enim syllogismus per primam figuram. Est autem et per impossibile et expositione facere demonstrationem ; si enim ambo omni S insunt, si sumatur quid eorum quae sunt S, ut N, huic et P et R insunt *, quare alicui R inest P. 28a25
Et si R omni quidem S, P autem nulli inest, erit syllogismus quoniam P alicui R non inerit ex necessitate ; nam idem modus * demonstrationis conversa RS propositione. Ostendetur utique et per impossibile quemad- 28a30
modum in prioribus. Si autem * R S quidem nulli, P vero omni, non erit syllogismus. Termini inesse 'animal, equus, homo' ; non inesse 'animal, inanimatum, homo'. Nec quando ambo de nullo S dicuntur, * erit syllogis-
mus. Termini inesse 'animal, equus, inanimatum' ; non inesse 'homo, 28a35
equus, inanimatum' ; medium 'inanimatum'. Manifestum igitur et in hac figura quando erit et quando non erit syllogismus ex universalibus terminis. Quando enim ambo termini sunt praedicativi, erit syllogismus quoniam alicui inest extremitas extremitati ; quando vero privativi, non
erit. Quando autem hic quidem privativus ille vero affirmativus, si maior 28b1

---

b : *ChGwUd* 1 terminis *om. Ud* 2 conditiones] ypotheses *UdB* quando] quoniam *ChGw* 3 sit *Gw* : sunt *Ud* affirmationis syllogismi *Ud* 5 *spatium tituli Ch* 6 utrique *Gw* 8 autem] vero *Gw* 10 vero *om. Gw* 11 possibile *ChUd* et[1] *om. Gw* 13 quando] quoniam *Ch* S] sed *Ch* 14 enim] autem *Ud* quare + fit enim sillogismus *Gw*[1] 15 R[1] + ne *Ud*[1] 16 et[1] *om. ChUd* 17 S] sed *Ch* inerunt *Gw* quod *Ch* 18 S] et *Ch* 20 modus + erit *ChB* 21 ostendetur + enim *Ud* 22 *autem + insunt *Ch* inerit *Gw* 24 inanimatus *Gw* ne *Ud* ambo *om. Ud* S *om. ChUd* 25 animalis *Gw* 25-26 inanimatus *ter Ch* (*secundum et tertium etiam Gw*) 26 *manifestum + est *Ch* igitur] ergo *ex corr.* + est *Ud* in *om. Gw* 27 et — erit *om. Ud* 29 privativa *Ch* 30 inerit *Ud* autem hic] enim *Ch*

quidem fuerit privativus, alter vero affirmativus, erit syllogismus quoniam alicui non inest extremitas extremitati, si vero verso ordine, non erit.
28b5 Si autem unus quidem sit universaliter ad medium, alter vero particulariter, si uterque sit praedicativus necesse est fieri syllogismum, si alteruter sit universalis terminus. Nam si R omni S insit, P vero alicui, necesse
298v est * P alicui R inesse. Quoniam enim convertitur affirmativa, inerit S
28b10 alicui P, quare quoniam R omni S inest, S autem alicui P, et R alicui P inerit ; quare et P alicui R. Rursum si R alicui, P vero omni S insit, necesse est P alicui R inesse ; nam idem modus demonstrationis. Est
28b15 autem demonstrare et per impossible et expositione, quemadmodum * in prioribus.

Si autem unus quidem sit praedicativus, alius vero privativus, universalis autem praedicativus, quando minor * fuerit praedicativus, erit syllogismus. Si enim R omni S, P vero alicui non insit, necesse est P ali-
28b20 cui R non inesse. Si enim P omni R, et R omni S et P omni S inerit ; sed non inerat. Monstratur autem et sine deductione, si vero sumptum sit quid eorum quae sunt S cui P non inest. Quando * maior sit praedicativus, non est syllogismus, ut si P insit omni S, R autem alicui S non
28b25 insit. Termini omni inesse 'animatum, homo, animal', nulli vero non est sumere terminos, si R inest alicui * S, alicui vero non ; si enim omni S inest P, R autem alicui S, et P inerit alicui R ; dicebatur autem nulli inesse. Sed quemadmodum in prioribus sumendum est ; ex indefinito autem cum sit alicui non inesse, et quod nulli inest verum est dicere
28b30 alicui non inesse ; nulli vero cum insit non est syllogismus. Manifestum est igitur quoniam non erit syllogismus. Si autem privativus sit universalis terminus, quando maior * fuerit privativus minor vero praedicativus, erit syllogismus. Si enim P nulli S, R autem alicui inest S, et P alicui R non
28b35 inerit ; rursum * erit prima figura, RS propositione conversa. Cum autem minor fuerit privativus, non erit syllogismus. Termini inesse 'animal, homo, ferum', non inesse 'animal, scientia, ferum' ; medium in utroque 'ferum'.

---

b : *ChGwUd* 1 privativus] predicativus *Ud* quoniam] quando *Ch* 2 alicui *post* inest *Ud* non[1] *om. ChUd* 4 alteruter *ex* ***B*** *scripsi* : alterutrum *codd.* 5 *universalis sit *transp. Ud* 5-6 *necesse est] S necesse *Gw* 8 rursus *ChUd* alicui[2] + S *GwUd* S *om. Ud* *insint (?) *Ch* 9 demonstrationis + est *Ch* 15 omni S P *transp. Gw* 16 et *om. ChUd* adductione *Ch* sumptum *om. Ud* 19 animatus *ChGw* 21 R autem] et R *Ud* 23 sit *om. Ud*[1] et *om. Ch* quod *om. Gw* 24-25 manifestum — syllogismus *om. Ud*[1] 25 est *om. Ud* 26 fuerit] fit *Ch* minor vero (*om. Gw*) praedicativus *om. Ch* 27 syllogismus *post* maior (26) *et iterum post* inerit (28) *sed alterum delevit Gw* 28 inerit] erit *Ud* 30 ferus *ter ChUd* non — ferus[2] (*sic*) *bis scr. Ch*

Nec quando ambo privativi ponuntur, sit autem unus quidem universalis alter vero particularis. Termini quando minor sit universalis ad medium 29a1
'animal, homo, ferum', 'animal, scientia, ferum' ; quando autem maior, non inesse quidem 'corvus, nix, album' ; inesse vero non est sumere, si R alicui quidem inest S, alicui autem non inest. Si enim P omni R insit, R 29a5
autem alicui S, et P inerit alicui S ; at dictum est nulli. Sed ex indefinito monstrandum est. Nec si uterque alicui medio inest vel non inest, vel unus quidem inest alter vero non inest, vel hic quidem alicui, ille vero non omni vel indefinite, nullo modo erit syllogismus. Termini autem communes omnium 'animal, homo, album', 'animal, inanimatum, album'. 29a10

Manifestum est igitur * in hac figura quando erit et quando non erit syllogismus, et quoniam, se habentibus terminis ut dictum est, fit syllogismus ex necessitate, et si sit syllogismus necesse est terminos sic * habere. Manifestum etiam quoniam omnes imperfecti sunt syllogismi in hac fi- 29a15
gura (omnes enim perficiuntur quibusdam assumptis), et quoniam syllogizare universaliter per hanc figuram non erit, neque privative neque affirmative.

[7] Palam autem et quoniam in omni figura, quando non fit syllogis- 29a20
mus, sive praedicativi sive privativi fuerint * termini vel etiam particulares nihil omnino fit necessarium ; ex praedicativo autem et privativo * universaliter sumpto privativo, semper fit syllogismus minoris extremitatis ad maiorem ; velut si A quidem omni B vel alicui, B autem nulli C ; conversis enim propositionibus necesse est C alicui A non inesse. 29a25
Similiter autem et in aliis figuris ; semper enim fit per conversionem syllogismus. Patet etiam quoniam indefinitum pro praedicativo particulari positum eundem facit syllogismum in omni figura.

Manifestum est autem et quoniam omnes imperfecti syllogismi finiuntur 29a30
per primam figuram. Aut enim demonstrative aut per impossibile resolvuntur omnes ; utrimque autem fit prima figura, demonstrative

---

b : *ChGwUd* 1 quando] quoniam *ChUd* sit] si *Ud* unus quidem] alter *Ud* 3 homo animal *transp. Ud* ferum[1]] ferus *ChUd* animal[2] — ferum[2] (ferus *Ud*) *om. Ch* 4 est *om. Gw* 5 enim] autem *Gw* 6 ex *om. Gw* 7 *demonstrandum (?) *Ud* vel[2]] sed *Ud* 11 est *post* figura *Ud* igitur *om. Ch* erat[1] *Ud*[1] 12 se] sic se *Ch* 13 sic + se *UdB* 14 *manifestum + est *ChUd* syllogismi imperfecti sunt *transp. Gw* 15 enim *om. GwUd* assumptis quibusdam *transp. Gw* 18 et] est *GwUd* sit *ChGw* 19 termini — particulares *om. Ch* vel termini *transp. Gw* 21 sumpto *om. Ud* privativo *om. GwUd* sit *ChUd* 23 C[1]] O *Ch* 25 etiam quoniam] autem *Gw* pro *om. GwUd* 27 finiuntur *scripsi* (*cf.* **154.9**) : sumuntur *ChGw* : perficiuntur *UdB* 28 demonstrative] ostensive *GwB*, *et in rasura Ud* 29 omnes resolvuntur *transp. Ud* prima figura fit (sit *Ch*) *transp. Ud*

quidem perfectis, quoniam per conversionem perficiebantur omnes, con-
29a35 versio autem primam faciebat figuram, per impossibile vero demonstratis, quoniam posita fallacia syllogismus fit per primam figuram ; ut in postrema figura, si A et B omni C insunt, quoniam A alicui B inest ; nam si nulli, B autem omni C, nulli C inerit A ; sed erat omni. Similiter autem et in aliis.

29b1 Est etiam reducere omnes syllogismos ad primae figurae universales syllogismos. Nam qui sunt in secunda manifestum est quoniam per illos finiuntur, verum non similiter omnes, sed universales quidem privativa
29b5 conversa, particularium autem uterque per * impossibile adductum est. Qui vero in prima sunt particulares quidem perficiuntur et per eosdem, est autem et per secundam figuram ostendere ad impossibile ducentes ; ut,
29gr si A insit omni B et B alicui C, quoniam A alicui C inerit ; si enim nulli,
29b10 B autem omni, nulli C inerit B ; hoc enim scimus per secundam figuram. Similiter * et in privativo fit demonstratio. Si enim A nulli B et B alicui C inest, et A alicui C non inerit ; si enim omni, B autem nulli inest, nulli
29b15 C inerit B ; haec autem fuit media figura. Quare, quoniam qui in media figura sunt syllogismi omnes reducuntur in primae figurae syllogismos universales, qui vero particulares in prima sunt ad eos qui sunt in media, manifestum est quoniam et particulares reducentur ad eos qui in prima
29b20 figura sunt universales syllogismos. Qui vero sunt in tertia, si universales quidem fuerint termini, statim perficiuntur per ipsos syllogismos ; si autem particulares sumuntur, per particulares syllogismos primae figurae ; sed hi reducti sunt ad illos, quare et tertiae figurae particulares. Manifes-
29b25 tum est ergo quoniam omnes reducentur ad primae figurae universales syllogismos.

Igitur syllogismi inesse vel non inesse ostendentes, dictum est quomodo se habeant, et ad eos qui ex eadem sunt figura et ad alios qui ex aliis.

[8] INITIUM SECUNDAE INCISIONIS. — Quoniam autem aliud est

---

b : *ChGwUd* 2 vero] ut *Ud* : *om. Gw* 3 quando *Ud* posito falso *GwB* 5 C[1]] O *Ch* *erat] inerat *Gw* 8 syllogismos *om. Ud* 9 finiuntur *scripsi* : finiebantur *Ch* : sumuntur *Gw* : perficiuntur *UdB* similiter] universaliter *Ud* quidem *om. Ud* : quod *Ch* 10 utrumque *ChUd* adductus (*an recte* ?) *Ud* 11 prima + figura *Gw* perficiuntur + per se *Ud* 12 et *om. Gw* secundam figuram] figuram (primam [*sic*] *Ud*) quidem secundam *ChUd* 13 C[2]] B *Ch* enim] autem *Ud* 14 scimus *om. Ch* 15 principio *Ud* 17 C *om. Gw*[1] autem *om. ChUd* 19 universales *om. ChUd* 20 *reducuntur *Gw* eos *om. Gw* 22 fuerint quidem *transp. Gw* syllogismos] terminos *Ud* 23 sumantur *Gw* 24 hi + ro *Ud*[1] 25 igitur *ChUd* *reducuntur *GwUd* ad + illos *Ud*[1] 28 habeant se *transp. Ud* et[1] *om. ChUd* eas *Gw* figura sunt *transp. Ud* *alios] illos *Gw* 29 *titulus Gw* : EX OMNIBUS NECESSARIIS *Ud* : *spatium tituli Ch*

inesse et ex necessitate inesse et contingere inesse (nam multa quidem 29b30
insunt, non tamen ex necessitate ; alia vero neque ex necessitate neque
insunt omnino, contingit autem inesse), manifestum est quoniam et syl-
logismus utrisque horum alter erit, et non similiter habentibus se termi-
nis, sed alius quidem ex necessariis alius vero ex iis quae simpliciter sunt,
alius vero ex contingentibus.

Ergo in necessariis * fere similiter se habet et in iis quae insunt ; simili- 29b36
ter enim positis terminis et in iis quae insunt et in iis quae ex necessitate
insunt vel non insunt, * erit et non erit syllogismus, verum differt quod
adiacet terminis ex necessitate inesse vel non inesse. Nam * privativa 30a1
similiter convertitur, et in iis quae in toto insunt et de omni similiter
assignabimus. Ergo in aliis quidem eodem modo ostendetur per conversio-
nem * conclusio necessaria, quemadmodum inesse ; in media autem figura 30a5
quando erit universalis affirmativa, particularis vero privativa, et rursum
in tertia quando universalis quidem praedicativa, particularis vero priva-
tiva, non similiter erit demonstratio, sed necesse est exponentes cui alicui
utrumque non inest * de hoc facere syllogismum ; nam erit necessarius in 30a10
his ; si autem de exposito est necessarius, * et de illo aliquo ; nam exposi-
tum * illud aliquid est. Fit autem uterque syllogismus in propria figura.

[9] INITIUM PERMIXTIONIS NECESSARII ET INESSE. — Accidit autem 30a15
quandoque et cum altera propositio sit necessaria necessarium fieri syl-
logismum, verum non utralibet, sed quae ad maiorem extremitatem est,
ut si A quidem B ex necessitate sumptum est inesse vel non inesse, B
autem C inesse solum ; sic enim sumptis propositionibus ex necessitate 30a20
A inerit C vel non inerit. Nam, quoniam omni B ex necessitate inest vel
non inest A, C autem aliquid eorum quae sunt B est, manifestum quo-
niam et C ex necessitate inerit alterum horum. Si autem AB * non est
necessarium, BC autem necessarium, non erit conclusio necessaria. Si 30a25

---

b : *ChGwUd* 1 et¹ *om. Ud* 3 quoniam et] autem quoniam *Ud* 4 *utrisque] in unoquoque *Gw* inerit *Ch* : accidit *Ud* 5 insunt *UdB* 6 vero] autem *UdB* : autem non *Ch* 7 in¹ — habet (*sed* : necessariis + quidem, *cf.* ***B*** ; habent) *in rasura Ud* sunt *Ch*, ?*Ud* 8 insunt] sunt *ChUd* 9 vel non insunt *om. ChUd* differet *Ud* : differ (*sic*) *Ch* 10 inesse²] esse *Ch* 11 et¹ *om. Ud* quae] et *Gw* insunt] esse *GwB* 12 ergo + et *Ud* conversioni + quoniam *GwB* 13 quemadmodum *ex corr.* + est *Ud* : quod est *Gw* (*cf.* ***B***) 14 et *om. Gw* 15 quando + in *Gw* universali *Gw* vero] autem *Gw* 17 non inest utrumque *transp. Ud* 18 necessarius + erit *GwB* de² + alio *Gw*¹ 19 *in propria (prima *Ch*) *om. Gw* 20 *titulus Gw* : MIXTIO NECESSARII ET INESSE (***B***) IN PRIMA FIGURA *Ud* : *spatium tituli Ch* 21 et] etiam *Ch* 22 non *om. Ch* utraelibet *Ch* : utrolibet *Ud* est] sit *ChUd* 24 sic] si *Ud* propositionibus sumptis *transp. ChUd* 25 C *om. Ud* omni *om. Ud* 26 aliquod *Ch* *manifestum + est *ChUd* 28 C] O *Ch*

enim est, accidet A alicui B inesse ex necessitate per primam et tertiam figuram. Hoc autem falsum est ; contingit enim tale esse B cui evenit A nulli inesse. Est * ex terminis manifestum quoniam non erit conclusio ne-
30a30 cessaria, ut is A quidem sit 'motus', B autem 'animal', in quo * sit C 'homo' ; namque homo animal est ex necessitate, movetur autem animal non ex necessitate, nec homo. Similiter autem et si privativa sit AB ; nam eadem demonstratio. In particularibus autem syllogismis, si universalis
30a35 quidem est necessaria, et conclusio necessaria erit ; si autem particularis, non necessaria, sive privativa sive praedicativa fuerit universalis propositio. Sit autem primum universalis necessaria, et A quidem omni B insit ex necessitate, B autem alicui C insit solum ; necesse est * A alicui C inesse
30b1 ex necessitate ; nam C sub B est, B autem omni A inerat ex necessitate ; similiter autem et si privativus sit syllogismus ; nam eadem erit demonstratio. Si autem particularis est necessaria, non erit conclusio necessaria (nihil enim impossibile accidit), quemadmodum nec in universalibus
30b5 syllogismis. Similiter autem et in privativis. Termini 'motus, animal, album'.

[10] * In secunda autem figura, si privativa quidem propositio universalis sit et necessaria, et conclusio erit necessaria ; si autem praedicativa, non
30b10 necessaria. Sit enim primum privativa necessaria, et A nulli * B ex necessitate, C autem insit tantum. Quoniam ergo convertitur privativa, et B nulli A inerit ex necessitate ; A autem omni C inest, quare nulli C inerit B ex necessitate ; nam C sub A est. Similiter autem et si ad C ponatur
30b15 privatio ; nam si A nulli C contingit, et C nulli A conveniet * ; A autem omni B inest, quare nulli eorum quae sunt B contingit C ; fit enim prima figura rursum. Non igitur * B C ; convertitur enim similiter.

299v Si autem praedicativa propositio est necessaria, non erit conclusio neces-
30b20 saria. Insit enim A omni B ex necessitate, C autem nulli insit solum. Conversa igitur privativa fit prima figura ; ostensum est autem in prima quoniam, cum non est necessaria quae ad maiorem est privativa, nec conclusio

---

b : *ChGwUd* 1 ex necessitate *om. Gw* 1-2 figuram et tertiam *transp. GwUd* 2 talem *Ch* 3 est *om. Gw* ex] et *ChUd* (*an scribendum* et ex ?) terminus *Ch* quoniam + et *Ud* conclusio non erit *transp. Ud* 4 sit²] fit *ChGw* C] O *Ch* 9 non + conclusio *Gw* 10 fit *Gw* *universalis + propositio *Gw* et *om. Ch* 11 necessitate + nam C sub B est *Ud*¹ C¹ *s. add. Ud* 13 *syllogismus sit *transp. Gw* demonstratio erit *transp. Gw* 15-16 impossibile — syllogismis] *rasura Ud* 15 nec] dicimus *Gw* *ChGw* 21 igitur *Ch* 22 inerit] erit *Ch* C¹] O *Ch* 23 C¹,²] O *Ch* *ad] A *Gw*² 25 continget *Gw* 26 rursus *Ch* B + quidem *Ch* : *om. Gw* C] O *Ch* : *post* convertitur *Gw* 27 conclusio non erit *transp. Gw* 29 prima² + figura *Gw*

erit necessaria ; quare nec in his erit ex necessitate. Amplius autem, si con- 30b25
clusio est necessaria, accidit C alicui A non inesse ex necessitate. Si enim
B nulli C inest ex necessitate, et C nulli B inerit ex necessitate ; B autem
alicui A necesse est inesse, siquidem et A omni B ex necessitate inerat.
Quare C necesse est alicui A non inesse. Sed nihil prohibet A huiusmodi 30b30
sumi cui omni C contingit inesse. Amplius et si terminos exponat osten-
dere quoniam conclusio non est necessaria ; ut, si sit A 'animal', B autem
'homo', C autem 'album', et hae propositiones similiter sumantur ; con-
tingit enim animal nulli albo inesse. Nec homo ergo inerit ulli albo, sed 30b35
non ex necessitate ; contingit enim hominem fieri album, non tamen donec
animal nulli albo inest. Quare cum huiusmodi quidem fuerint, neces-
saria erit conclusio, simpliciter autem non necessaria.

Similiter autem * habebit et in particularibus syllogismis ; quando pri- 31a1
vativa quidem propositio et universalis fuerit et necessaria, et conclusio
erit necessaria ; quando autem praedicativa universalis, privativa vero
particularis, non erit conclusio necessaria. Sit autem primum privativa et 31a5
universalis et necessaria, et A B quidem nulli contingat inesse ex necessi-
tate, C autem alicui insit. Quoniam ergo convertitur privativa, et B nulli A
utique continget ex necessitate inesse ; A autem alicui C inest, quare ex
necessitate alicui eorum quae sunt C non inerit B. Rursum sit praedicativa 31a10
et universalis et necessaria, et subiaceat ad B praedicativum ; si autem
A omni B ex necessitate inest, C autem alicui non inest, quoniam non in-
erit B alicui C manifestum est, sed non ex necessitate ; nam hi idem termi-
ni erunt ad demonstrationem qui in universalibus syllogismis. Sed nec cum 31a15
privativa necessaria est particulariter sumpta, erit conclusio necessaria ;
nam per eosdem terminos demonstratio.

[11] * In postrema autem figura, cum termini universales quidem
sunt * et praedicativae utraeque propositiones, si alterutra sit ne- 31a20
cessaria, et conclusio erit necessaria. Si autem una quidem sit privativa,
altera vero praedicativa, quando quidem privativa fuerit necessaria, et
conclusio erit necessaria, quando autem praedicativa, non erit necessaria.

---

b : *ChGw* 2 addit *Ch* 3 B¹ *om. Gw* 4-5 necesse — A¹ *om. Ch* 4 siquidem et *ex* ***B*** *scripsi* : et siquidem *Gw* 6 exponat] ponentem sit *Gw****B*** 8 autem] vero *Gw* 9 ergo *om. Ch* 12 necessaria + propositio *Ch* 13 autem + se *Gw* 15 quando] quoniam *Ch* 17 et necessaria *om. Ch* B quidem nulli] nulli B *Ch* 18 igitur *Ch* 21 et¹ *om. Gw* subiaceat + A *Gw* autem] ergo *Gw****B*** 23 idem hi *transp. Ch* 23-24 erunt termini *transp. Gw*¹ 24 qui + et *Ch* syllogismis + fuerint *Gw* 26 demonstratio + est *Gw* 27-28 sunt universales quidem *transp. Gw* : quidem sunt universales *Ch* 28 utralibet *Gw****B*** 29 privativa sit *transp. Gw* 29-30 praedicativa ... privativa *transp. Ch* 30 privativa quidem *transp. Ch****B***

31a25 Sint enim primum utraeque praedicativae propositiones, et A et B omni C insint, necessaria autem sit AC. Quoniam igitur B omni C inest, et C alicui B inerit per conversionem universalis particulariter, quare si A inest omni C ex necessitate et C alicui B, et A alicui B necessarium est inesse ;
31a30 nam B sub C est. Fit igitur prima figura. Similiter autem ostendetur et si BC est necessaria ; convertitur enim et C alicui A ; quare si omni C inest B ex necessitate, et A alicui inerit ex necessitate.

31a35 Rursum sit AC quidem privativa, ⟨B⟩C vero affirmativa, necessaria autem sit privativa. Quoniam igitur convertitur C alicui B, A autem nulli C ex necessitate, neque A alicui B inerit ex nccessitate ; nam B sub C est. Si autem praedicativa sit necessaria, non erit conclusio necessaria. Sit enim
31a40 BC praedicativa et necessaria, AC autem privativa et non necessaria. Quoniam igitur convertitur affirmativa, inerit et C alicui B ex necessitate ;
31b1 quare, si A quidem nulli eorum quae sunt C inest, C autem alicui eorum quae sunt B, et A alicui eorum quae sunt B non inerit ; sed non ex necessitate ; ostensum est enim in prima figura quoniam, cum est privativa propositio non necessaria, nec conclusio erit necessaria. Amplius, et si per ter-
31b5 minos sit manifestum ; sit enim A * 'bonum', in quo * B 'animal', C autem 'equus' ; igitur bonum * contingit nulli equo inesse, animal vero necesse est omni inesse ; sed non necesse est aliquod animal non esse bonum, siquidem contingit omne esse bonum. Vel si non hoc possibile, sed 'vigila-
31b10 re' vel 'dormire' terminus est ponendus ; omne enim animal susceptibile est horum.

Si igitur termini universaliter ad medium sint, dictum est quando erit conclusio necessaria ; si autem alter quidem sit universalis, alter vero particularis, praedicativus autem uterque quando universalis fuerit ne-
31b15 ccssarius, et conclusio erit necessaria. Demonstratio autem eadem quae * prius ; convertitur enim et particularis affirmativa. Si igitur necesse est B omni C inesse, A autem sub C est, necesse est B alicui A inesse. Si autem B alicui A, et A alicui B inesse necesse est ; convertitur enim. Similiter
31b20 autem et si AC sit universalis necessaria ; nam B sub C est. Si autem particularis sit necessaria, non erit conclusio nccessaria. Sit enim BC par-

---

cuidam B, et B cuidam A necessarium inesse. Si enim nulli, A
quoque nulli B. Si autem A cuidam B non inest, non necessarium
etiam B cuidam A non inesse, ut si B quidem sit animal, A vero
homo ; homo siquidem non omni animali, animal autem omni ho- 25a25
10 mini inest.

[3] Eodem vero modo se habebit et in necessariis propositionibus. Etenim universaliter privatoria universaliter convertitur, affirmativarum autem utraque secundum partem. Si enim necessarium A B nulli inesse, necessarium et B A nulli inesse ; si enim 25a30
15 alicui contingit, et A B alicui contingeret. Si autem ex necessitate A omni vel alicui B inest, et B alicui A necessarium inesse ; si enim non necessarium, neque A alicui B ex necessitate inesset. In parte autem privatoria non convertitur propter eandem causam 25a35
propter quam et prius diximus.

20 In contingentibus autem, quoniam multipliciter dicitur contingere (et enim necessarium et non necessarium et possibile contingere dicimus), in affirmativis quidem similiter se habebit secundum conversionem in omnibus. Si enim A omni vel alicui B 25b1
contingit, et B alicui A contingeret ; si enim nulli, A quoque nulli
25 B ; ostensum est enim hoc prius. In negativis autem non similiter, sed quecumque quidem contingere dicuntur aut ex necessitate esse aut non ex necessitate esse, similiter, ut si quis dicat hominem con- 25b5
tingere non esse equum aut album nulli vesti inesse. Horum enim hoc quidem ex necessitate non inest, hoc autem non necessarium

---

B (*dCΓΛΠ* = *Ω*) 18 privatoria] *τὸ ... στερητικὸν* 26 aut (*Bekker, Ross*)] *om.* (?)

Bn 1-4 *Folium unum deest* 1-2 *vide* **250**.15

inesse, et similiter convertitur propositio ; si enim contingit nulli
25b10 homini equum, et hominem contingit nulli equo ; et si album inheret nulli vesti, et vestis inheret nulli albo ; si enim alicui necessarium, et album vesti alicui erit ex necessitate ; hoc enim ostensum est prius. Similiter autem et in particulari negativa. Que-
25b15 cumque maxime et proprie dicuntur contingere, secundum quem modum diffinivimus contingens, non similiter se habebunt in privatoriis conversionibus, sed universaliter quidem privatoria propositio non convertitur, particularis autem convertitur. Hoc autem erit manifestum, quando de contingenti dicemus. Nunc au-
25b20 tem tantum nobis sit ad supradictas manifestum, quoniam con-
25v tingere nulli vel alicui non inesse affirmativam habet formam ; etenim 'contingere' ipsi 'est' similiter ponitur, 'est' autem, in quibuscumque predicatur, affirmationem semper facit et omnino, ut 'est non bonum' aut 'est non album' vel simpliciter 'est non hoc'.
25b25 Demonstrabitur autem et hoc ex sequentibus. Secundum autem conversiones similiter se habebunt aliis.

[4] Determinatis autem his dicimus iam ex quibus et quando et quomodo fit sillogismus omnis ; posterius vero dicendum de demonstratione. Prius enim de sillogismo dicendum quam de-
25b30 monstratione eo quod universalior sit sillogismus ; demonstratio siquidem sillogismus quidam est, sillogismus autem non omnis demonstratio.

Diffinitio prime figure. — Quando ergo termini tres ad invicem se habuerint ut ultimus in toto sit medio et medius in toto primo sit vel non sit, necessarium extremorum esse sillogismum
25b35 perfectum. Dico autem medium quod et ipsum in alio et aliud in ipso est, quod et positione fit medium ; extrema autem quod ipsum in alio et in quo aliud est. Si enim A de omni B et B de omni C, necessarium A de omni B predicari ; prius enim dictum est quomodo de omni dicimus.

Secundus modus prime figure. — Similiter quidem si A de
26a1 nullo B, B vero de omni C, A nulli C inerit. — Si autem primum quidem omni medio, medium vero nulli ultimo inest, non erit

---

B (*dCΓΛΠ* = *Ω*) 7 diffinivimus] διορίζομεν 13 contingere] τὸ ... ἐνδέχεται 20 enim (*mΓ*)] δὲ 22 est (*C*)] *om.* 24 tres] + οὕτως 26 sit[1]] ἢ εἶναι 30 B] *γ* 32 quidem si] δὲ καὶ εἰ τὸ μέν 33 C[1] (?*Γ*)] + ὅτι 34 medio] + ὑπάρχει

Bn 9 autem[2] *s. add.* 11 supradictam (?) : *an scribendum* supradicta ? 22 quiddam

collectio extremorum ; nichil enim necessarium contingit eo quod ea sint ; et enim omni et nulli contingit primum ultimo inesse ; 26a5 itaque neque secundum partem neque universaliter fit necessarium ; nullo autem existente necessario per hec non erit sillogismus. Termini omni inesse 'animal, homo, equus', nulli 'animal, homo, lapis'. Neque quando neque primum medio neque medium 26a10 ultimo nulli inest, neque ita erit sillogismus. Termini esse 'disciplina, linea, medicina', non esse 'disciplina, linea, unitas'. Universaliter ergo existentibus, manifestum in hac figura quando erit et quando non erit sillogismus, et quoniam, si sit sillogismus, ter- 26a15 minos ita necessarium habere ut diximus, et, si ita se habeant, quoniam erit sillogismus.

Si autem hic quidem universaliter terminorum, hic vero particulariter ad alterum, quando universaliter quidem ponetur ad maius extremum aut predicativum aut privatorium, particulariter vero ad minus predicativum, necessarium sillogismum esse 26a20 perfectum, quando autem ad minus aut et quomodolibet aliter se *26r* habuerint termini, non necessarium. Dico autem magis quidem extremum in quo medium est, minus vero quod sub medio est. Sit enim A quidem in omni B, B vero in quodam C. Ergo si est omnino predicari in principio dictum, necessarium A cuidam C 26a25 inesse.

Quartus modus. — Et si A quidem nulli B inest, B vero cuidam C, necessarium A cuidam C non inesse ; determinatum est enim et de nullo quomodo dicimus ; itaque erit sillogismus perfectus. Similiter autem et si indefinitum sit BC, predicativum existens ; idem enim erit sillogismus et indefinito et particulari ac- 26a30 cepto. Si autem ad minus extremum universaliter ponatur predicativum aut privatorium, non erit sillogismus, neque negativo neque affirmativo neque indefinito secundum partem existente, velut si A quidem cuidam B inest aut non inest, B vero omni C ; termini existendi 'bonum, habitus, prudentia', non existendi vero 'bonum, 26a35 habitus, imprudentia'. Rursus, si B quidem nulli C inest, A vero cuidam B inest vel non inest vel non omni inest, neque ita erit

---

B (*dCΓΛΠ* = *Ω*) 11 ita[1] (*?Π*)] *om.* (*cf.* **196**.24) 18 non necessarium] *ἀδύνατον* magis] *μεῖζον* 20 C (*Ω*)] + *α. β. γ.* 21 omnino (*κατὰ παντὸς C*)] *παντὸς* 28 ponantur (*CΠ*)] + *ἢ* 31 C] + *ὑπάρχει* 32 vero] *om.* 33 inest] *om.* 34 B (*iΓΛΠ*)] + *ἢ*

Bn 2 ultimo *ex corr.* 18 magis] *an scribendum* maius ? 34 inest[2] *ex* est

sillogismus. Termini inherendi 'album, equus, cignus', non inherendi vero 'album, equus, corvus'. Idem ipsi autem et si AB in-
26b1 definita fuerit, neque quando ad maius quidem extremum universaliter est aut predicativum aut privatorium, ad minus vero privatorium secundum partem, non erit sillogismus et indefinito et
26b5 particulari accepto, ut si A quidem omni B inest, B vero cuidam C non inest, aut non omni inest ; cui enim alicui non inest medium, huic et omni et nulli consequens erit primum. Ponantur enim termini 'animal, homo, album' ; dehinc et de quibus non predicatur albis homo, accipiatur 'cignus' et 'nix' ; animal ergo de hoc quidem
26b10 omni predicatur, de hoc vero nullo, quare non erit sillogismus. Rursus A quidem nulli insit B, B vero cuidam C non insit ; et termini sint 'inanimatum, homo, album' ; deinde assumantur de quibus albis non predicatur 'homo, cignus', et 'nix' ; inanimatum enim de hoc quidem omni predicatur, de hoc vero nullo. Amplius, quo-
26b15 niam indeterminatum est cuidam C B non inesse, verum autem fit, et si nulli inest et si non omni, quoniam alicui non inest, ac-
26v ceptis autem huiusmodi terminis ut nulli insit non fit sillogismus (hoc autem dictum est prius), manifestum est ergo quoniam, si sic
26b20 habeant termini, non est sillogismus ; esset enim in istis. Similiter autem ostendetur et si universaliter ponatur privatorium. Neque autem si utraque spatia secundum partem aut predicative aut privatorie, aut hoc quidem cathegorice hoc vero privatorie dicitur, vel hoc quidem indeterminatum hoc vero determinatum, seu ambo indeterminata, non erit sillogismus ullo modo. Termini autem com-
26b25 munes omnium 'animal, album, equus', 'animal, album, lapis'.

Manifestum ergo ex his que dicta sunt quod, si sit sillogismus in hac figura particularis, quoniam necesse est terminos ita se habere ut diximus ; aliter enim se habentibus nullo modo fit. Liquet vero quoniam et omnes qui in hac figura sillogismi perfecti sunt ;
26b30 omnes enim perficiunt per prius sumptas. Et quoniam omnes questiones demonstrantur per hanc figuram ; et enim omni et nulli et alicui et non alicui inesse. Voco autem huiusmodi figuram primam.

[5] Diffinitio secunde figure. — Quando autem idem huic
26b35 quidem omni, huic vero nulli inest, aut utrique omni aut nulli,

---

B ($dC\Gamma\Lambda\Pi = \Omega$) 1-2 inherendi *et* non inherendi vero ($C\Lambda\Pi$)] *om.* 3 fuerit ($C\Gamma\Lambda\Pi$)] *om.* 7 inest[1] ($C\Gamma\Pi$)] *om.* aut ($C\Gamma\Lambda\Pi$)] + $\epsilon\grave{\iota}$ 20 est] $\check{\epsilon}\sigma\tau\alpha\iota$ 22 autem ($?\Pi : \gamma\epsilon\ C$)] *om.* 30 figura] *om.* 31 perficiunt] $\grave{\epsilon}\pi\iota\tau\epsilon\lambda o\hat{\upsilon}\nu\tau\alpha\iota$

Bn 31 *an scribendum* perficiuntur ?

hanc quidem figuram voco secundam, medium autem dico in ea predicatum de utrisque, extrema autem de quibus hoc dicitur, maius vero extremum quod ad medium ponitur, minus autem quod longius est a medio. Ponitur vero medium extra quidem extrema, primum autem positione. Perfectus ergo non erit sillogismus in hac 27a1
figura, firmus autem erit et universaliter et non universaliter terminis existentibus. Universaliter quidem existentibus terminis erit sillogismus, quando medium huic quidem omni, huic vero nulli inest, si ad utrumlibet ergo sit privatorium ; aliter autem nullo modo. 27a5

Primus modus. — Predicetur enim M de nullo N, de X vero omni. Quoniam ergo convertitur privatorium, nulli M inerit N ; M vero omni X inerat ; quare N nulli X ; hoc enim ostensum est prius.

Secundus modus. — Rursus, si M N quidem omni, X vero nulli, neque X nulli N inest. Si enim M nulli X, X quoque nulli 27a10
M inerit ; M vero omni N inerat ; igitur X nulli N inerit ; facta est enim rursus prima figura. Quoniam autem convertitur privatorium, N quoque nulli X inerit ; itaque erit idem sillogismus. Est vero ostendere ista et ad impossibile deducentes. Quoniam ergo 27a15
fit sillogismus ita se habentibus terminis, liquet, sed non perfectus ; non enim solummodo ex his que a principio, sed et ex aliis 27r
perficitur necessarium. Si autem M de omni N et X predicatur, non erit sillogismus. Termini esse 'substantia, animal, homo', non 27a20
esse 'substantia, animal, numerus' ; medium 'substantia'. Neque quando de nullo X et de N nullo predicatur M. Termini esse 'linea, animal, homo', non esse 'linea, animal, lapis'. Manifestum est ergo quoniam, si sit sillogismus universaliter terminis existentibus, necesse est terminos se habere sicut in principio diximus ; aliter enim 27a25
se habentibus non fit necessarium.

Si autem ad alterum est universaliter medium, cum quidem ad maius est universaliter aut cathegorice aut privatorie, ad minus autem et particulariter et contradictorie universali (dico autem contradictorie, si hoc quidem universaliter privatorium, hoc particulariter affirmativum, sive cathegoricum hoc universaliter hoc in parte privatorium), necessarium est fieri sillogismum privatorium 27a30
secundum partem.

B (*dCΓΛΠ* = *Ω*) 3-4 minus — medio (*Ω*)] *om.* 5 sillogismus] + *οὐδαμῶς* 7 quidem (*C*)] + *οὖν* 13 prius (*dΓΛΠ*)] + *εἰ* — *τῷ μ quod om.* 15-16 16 inerit[1]] *om.* 19 deducentes (*dCΓΠ*)] *ἄγοντας* 31 maius] *τὸν μείζω* minus] *τὸν ἐλάττω* 32 et[1] (*ΛΠ*)] *om.* 34 sive (? *εἴτε*)] *εἰ δὲ*

Tertius modus. — Si enim M N quidem nulli, X vero cuidam inest, necesse est N cuidam X non inesse. Quoniam enim convertitur privatorium, nulli M inerit N ; M vero positum est cuidam X inesse ; quare N cuidam X non inesse. Fit enim sillogismus per primam figuram.

27a35

Quartus modus. — Rursus si N quidem omni M, X vero cuidam non inest, necesse est N cuidam X non inesse ; si enim omni inerit, predicatur autem et M de omni N, necessarium M omni X inesse ; ponebatur autem alicui non inesse. Et si M N quidem omni, X autem non omni, erit conclusio quoniam non omni X N ; demonstratio autem eadem.

27b1

Ad sillogistas. — Si autem de X quidem omni, de N vero non omni predicatur, non erit sillogismus. Termini 'animal, substantia, corvus', 'animal, album, corvus'. Neque quando de X quidem nullo, de N vero quodam. Termini inesse 'animal, substantia, unitas', non inesse 'animal, substantia, disciplina'.

27b5

Cum ergo oppositum fuerit universale particulari, dictum est quando erit et quando non erit sillogismus ; cum autem uniformes fuerint propositiones, sicut utreque privatorie vel affirmative, nullo modo erit sillogismus. Sint enim primum privatorie, et universaliter ponantur ad maius extremum, ut M N nulli, X vero alicui non insit ; contingit et omni et nulli X N inesse. Termini non inesse quidem 'nigrum, nix, animal' ; omni vero inesse non est sumere, si M X alicui quidem inest, alicui vero non inest. Si enim omni X N, M vero nulli N, M nulli X inerit ; sed ponebatur alicui inesse. Ita ergo non contingit sumere terminos, ex indeterminato autem demonstrandum ; quoniam enim verum sit non inesse M alicui X et si nulli inest, si autem nulli inest, non erat sillogismus, manifestum est quoniam neque nunc erit. Rursus sint predicative, et universaliter ponatur similiter, ut M quidem N omni, X vero alicui insit. Contingit autem N X et omni et nulli inesse. Termini nulli inesse 'album, cignus, lapis' ; omni autem non sumere propter eandem causam quam prius, sed ex indeterminato demonstrandum. Si autem universaliter ad minus extremum est,

10

27b10

27b15 *27v*

27b20

27b25

B (*dCΓΛΠ* = *Ω*) 4 inesse² (*i*)] *ὑπάρξει* : *-χει C* 8 inerit (*CΓΠ*)] *ὑπάρχει* 10 omni¹] + *ὑπάρχει* 21 ponantur] *κείσθω* N] *τῷ μὲν ν* 24 inest² (*CΠ*)] *om.* 32 non] + *ἔσται*

Bn 10 non²] enim 27 sit] *an scribendum* fit ? 32 nulli inesse] nullum esse

et M X quidem nulli, N vero alicui non inest, contingit N X omni 27b30
et nulli inesse. Termini non inesse 'album, lapis, corvus', inesse
vero 'album, animal, corvus'. Si autem cathegorice propositiones,
termini non inesse 'album, animal, nix', inesse vero 'album, ani-
mal, cignus'. Manifestum est ergo, quando uniformes fuerint pro- 27b35
positiones, et hec quidem universaliter, hec autem in parte, quo-
niam non fit sillogismus. Sed neque si alicui utrique inest aut non
inest, aut huic quidem, huic vero non, aut neutri omni, aut inde-
terminate. Termini autem communes omnium 'album, animal, ho-
mo', 'album, animal, inanimatum'.

Manifestum est ergo ex his que dicta sunt quoniam, et si ita 28a1
se habuerint termini ad invicem ut dictum est, fit sillogismus ex
necessitate, et si fuerit sillogismus, necessarium est terminos sic
se habere. Liquet vero quoniam et omnes imperfecti sunt in hac
figura sillogismi (omnes enim perficiuntur assumptis quibusdam, 28a5
que aut insunt terminis ex necessitate aut ponuntur sicut hypo-
theses, sicut quando per impossibile demonstramus), et quoniam
non fit affirmativus sillogismus per hanc figuram, sed omnes pri-
vatorii, et qui universaliter et qui secundum partem.

[6] Si autem eidem hoc quidem omni, hoc vero nulli inest, aut 28a10
utraque omni vel nulli, hanc quidem figuram huiusmodi voco ter-
tiam, medium autem in hac dico de quo utraque predicamus, ex-
trema vero predicativa, maius autem extremum longius a medio,
minus autem propinquius. Ponitur vero medium extra quidem ex- 28r 28a15
trema, ultimum vero positione. Perfectus ergo non fit sillogismus
neque in hac figura, necessarius vero erit et universaliter et non
universaliter terminis existentibus ad medium.

Primus modus. — Universaliter ergo existentibus, quando P et
R omni S inest, erit sillogismus quoniam cuidam R P inerit ex ne-
cessitate ; quoniam enim convertitur predicativum, inerit S cui- 28a20
dam R ; quare quoniam S quidem omni id quod est P, R vero cui-
dam id quod est S, necesse est id quod P cuidam R inesse ; fit
enim sillogismus per primam figuram. Est autem et per impossibile

---

B (*dCΓΛΠ* = *Ω*) 2-3 non inesse ... lapis ... inesse vero ... animal (*Π*)] τοῦ ὑπάρχειν ... ζῷον ... τοῦ μὴ ὑπάρχειν ... λίθος 4 vero (*CΠ*)] *om.* 7-8 aut non inest (*Ω*)] *om.* B^1 14 quoniam et (*dCΠ*)] καὶ ὅτι 22 predicamus (*Λ*)] κατηγορούμενα 26 necessarius] δυνατός 29 erit sillogismus (*uΠ*)] *om.*

Bn 1 N X] enim 14 omnes *ex* omnis (?) 23 predicativa] *an scribendum* predicata ?

et per expositionem facere demonstratione⟨m⟩ ; si enim utraque
28a25 omni S insunt, si accipiatur aliquod S ut N, huic et P et R inerunt ex necessitate, quare cuidam R P inerit.

SECUNDUS MODUS. — Et si R quidem omni S, P vero nulli inest, erit sillogismus quoniam P cuidam R non inerit ex necessitate ; idem enim modus erit demonstrationis conversa R S propositione.
28a30 Demonstretur vero et per impossibile, quemadmodum et in superiori. Si autem R quidem nulli, P vero omni insit S, non erit sillogismus. Termini inesse 'animal, equus, homo', non inesse 'animal, inanimatum, homo'. Neque quando utraque de nullo S dicuntur,
28a35 non erit sillogismus. Termini inesse 'animal, equus, inanimatum', non esse 'homo, equus, inanimatum ; medium 'inanimatum'. Manifestum est ergo et in hac figura, universaliter terminis existentibus, quando erit et quando non erit sillogismus. Cum enim utrique termini fuerint cathegorici, erit sillogismus quoniam cuidam in-
28b1 est extremum extremo, cum autem privatorii, non erit. Cum vero hic quidem sit privatorius, hic autem affirmativus, si quidem maior sit privatorius, alter vero affirmativus, erit sillogismus quoniam alicui non inest extremum extremo, si autem e converso, non erit.
28b5 Si vero hic quidem sit universaliter ad medium, hic autem in parte, cathegoricis quidem existentibus ambobus necesse est fieri sillogismum, quicumque sit universaliter terminorum.

TERTIUS MODUS. — Si enim R quidem omni S inest, P vero cuidam, necesse est et P cuidam R inesse. Quoniam enim conver-
28b10 titur affirmativum, inerit S cuidam P, itaque, quoniam R quidem omni S, S vero cuidam P, et R cuidam P ; quare et P cuidam R.
28v QUARTUS MODUS. — Rursus si R quidem cuidam S, P vero omni inest, necesse est P cuidam R inesse ; idem enim modus demonstrationis. Est autem demonstrare et per impossibile et per expo-
28b15 sitionem, sicut et in superioribus.

QUINTUS MODUS. — Si autem hic quidem sit cathegoricus, hic vero privatorius, universaliter autem cathegoricus, cum quidem minor sit cathegoricus, erit sillogismus. Si enim R omni S, P vero

---

B (*dCΓΛΠ* = *Ω*) 3 ex necessitate (*ΛΠ*)] *om.* 6 erit (*CΛ* : ἐστι *Π*)] *om.* 7 superiori (*CΓΛΠ*)] τῶν πρότερον 13 universaliter terminis existentibus] *post* sillogismus 14 enim (*C*[1])] μὲν γὰρ 23 inest (*CΓΛΠ*)] *om.* 24 et] *om.* 27 P[2]] + ὑπάρξει et[2] (*CΓΛΠ*)] *om.*

Bn 1 demonstratione 8 *in marg.* AD SILLOGISTAS 12 *in marg.* EPILOGUS

alicui non inest, necesse est P cuidam R non inesse. Si enim omni, et R omni S inest ; quare et P omni S inest ; sed non inerat. Osten- 28b20
ditur autem et sine deductione, si accipiatur aliquid S cui P non insit. Cum vero maior sit cathegoricus, non erit sillogismus, velut
si P omni S, R vero cuidam S non inest. Termini quidem omni inesse 'animatum, homo, animal'. Nulli vero non est sumere termi- 28b25
nos, si alicui quidem S inest R, alicui vero non ; si enim omni S P inest, R vero cuidam S, et P cuidam R inerit ; ponebatur autem nulli inesse. Sed quemadmodum in prioribus dicendum ; indefinito
enim existente alicui non inesse et nulli inherens, verum est dicere alicui non inherere ; si autem nulli inhereat, non erat sillogismus. 28b30
Manifestum est ergo quoniam non erit sillogismus.

Sextus modus. — Si autem hic terminorum sit privatorius universaliter, hic vero cathegoricus in parte, cum quidem maior sit
privatorius, erit sillogismus. Si enim P nulli S, R vero alicui inest S, P alicui R non inerit ; rursum enim erit prima figura RS propo- 28b35
sitione conversa. Cum vero minor fuerit privatorius, non erit sillogismus. Termini inesse 'animal, homo, agreste', non inesse 'animal, disciplina, agreste' ; medium autem utrisque 'agreste'. Neque
quando utrique privatorii ponentur, sive hic quidem universaliter, hic vero in parte. Termini, cum minus sit universaliter ad medium, 29a1
'animal, homo, agreste', non inesse 'animal, disciplina, agreste' ; cum vero maior sit universaliter, non esse quidem 'corvus, nix, album'. Esse vero non est sumere, si R alicui quidem inest S, alicui
vero non inest. Si enim P omni R, R vero cuidam S, et P cuidam 29a5
S inerit ; ponatur vero nulli. Sed ex indeterminato demonstrandum est. Neque si utraque alicui medio inest aut non inest, aut hic quidem inest hic vero non inest, aut hic quidem alicui, hic vero non omni, sive indefinite, non erit sillogismus. Termini autem commu- 29r
nes omnium 'animal, homo, album', 'animal, inanimatum, album'. 29a10
Manifestum est ergo et in hac figura quando erit et quando non

---

B (*dCΓΛΠ* = Ω) 2 inest quare] *om.* inest²] *ὑπάρξει* 5 quidem] *om.* 9 dicendum (? *λεκτέον Λ*)] *ληπτέον* 12 ergo (*CΓΛΠ*)] *om.* 14 hic — parte] *ὁ δὲ ἐλάττων κατηγορικὸς post στερητικὸς* 19 autem] *om.* utrisque (*CΠ*)] *ἐν ἀμφοῖν* ˊ20 sive] *ἢ* 22 homo ... disciplina (*B²Λ*)] *ἐπιστήμη ... ἄνθρωπος* non inesse] *om.* : *τοῦ* (+ *δὲ ΓΠ*) *ὑπάρχειν CΓΠ* 23 sit universaliter (*CΠ*)] *om.* 26 inerit (*CΓΛΠ*)] *om.* ponatur] *ὑπέκειτο* 27-28 aut² — inest² (*dΓΛ*)] *om.* 29 non] *οὐκ ... οὐδαμῶς*

Bn 8 R² *s. add.* 21 minus] *an scribendum* minor ? 26 ponatur] *an scribendum* ponebatur ?

erit sillogismus, et quoniam habentibus se terminis ut dictum est,
fit sillogismus ex necessitate, et si fuerit sillogismus, necesse est
29a15 terminos ita se habere. Manifestum autem et quoniam omnes im-
perfecti sunt in hac figura sillogismi (omnes enim perficiuntur as-
sumptis quibusdam), et quoniam universaliter concludere per hanc 5
figuram non est, neque privatorium neque affirmativum.

[7] Liquet vero quoniam et in omnibus figuris, cum non sit sil-
29a20 logismus, predicativis quidem aut privatoriis existentibus utrisque
terminis vel in parte, nichil omnino fit necessarium, cathegorico au-
tem et privatorio, et universaliter accepto privatorio, semper fit 10
conclusio minoris extremi ad maius, velut si A quidem omni B,
29a25 B vero nulli C ; conversis enim propositionibus necesse est C cui-
dam A non inesse. Similiter vero et in aliis figuris semper fit per
conversionem sillogismus. Manifestum est autem quoniam et in-
definitum pro predicativo in parte positum eundem faciet sillogis- 15
mum in omnibus figuris.

29a30 Manifestum est autem et quoniam omnes imperfecti sillogismi
perficiuntur per primam figuram. Aut enim demonstrative aut per
impossibile concluduntur omnes ; utroque vero modo fit figura pri-
ma, demonstrative quidem dum perficiuntur, quoniam per conver- 20
sionem complentur omnes, conversio vero faciebat primam figu-
29a35 ram, per impossibile vero demonstratis, quoniam, posito menda-
cio, sillogismus fit per primam figuram, velut in ultima figura, si
A et B omni C inest, quoniam A cuidam B inest ; si enim nullo,
B vero omni C, nulli C A ; sed erat omni. Similiter autem et in 25
aliis.

29b1 Est vero et reducere omnes sillogismos in eos qui sunt in prima
figura universales sillogismos. Qui enim in secunda, manifestum
est quoniam per illos perficiuntur, verumtamen non similiter om-
29b5 nes ; sed qui quidem universaliter privatorio converso, eorum vero 30
qui sunt in parte uterque per ⟨in⟩ impossibile deductionem. Qui
vero in prima, qui quidem secundum partem, perficiuntur quidem
per se, est vero et per secundam figuram demonstrare in impossi-
29v bile deducentes, velut si A omni B, B vero cuidam C, quoniam A

B (*dCΓΛΠ* = *Ω*) 1 habentibus (*d*)] + τε 6 est (*CΠ*)] ἔσται 7 quoniam et (*CΠ*)] καὶ ὅτι 9 vel in parte (*Γ* : καὶ [*om.* $A^2Π$] ἐπὶ μέρους *Λ*, *et ante* τῶν ὅρων *C*$A^2Π$)] *om.* 10 et²] *om.* 11 B] + ἢ τινὶ 13 semper] + γὰρ 14 quoniam et (*dCΠ*)] καὶ ὅτι 32 quidem¹] *om.* quidem²] + καὶ

Bn 3 ita *s. add.* 7 sit] *an scribendum* fit ? 11 concl's 31 in² *om.*

cuidam C inerit. Si enim nulli, B vero omni, nulli C B inerit ; hoc 29b10
enim scimus per secundam figuram. Similiter vero et in privatorio
erit demonstratio. Si enim A quidem nulli B, B vero cuidam C inest,
A cuidam C non inest ; si enim omni, B vero nulli inest, nulli C B
inerit ; hec autem erat media figura. Quare, quoniam qui quidem 29b15
in media figura sillogismi omnes reducuntur in prime figure universales sillogismos, qui vero secundum partem in prima in eos qui
in media, manifestum est quoniam et qui secundum partem sunt
reducentur in prime figure universaliter sillogismos. Qui vero in
tertia universaliter quidem existentibus terminis statim perficiun- 29b20
tur per illos sillogismos, cum autem in parte accipiuntur, per particulares sillogismos qui sunt in prima figura ; isti vero reducti sunt
in illos ; quare et qui in tertia figura secundum partem. Manifestum
est ergo quoniam omnes reducentur in eos qui sunt in prima figura 29b25
universales sillogismos.

Ergo sillogismorum esse vel non esse demonstrantes, dicti sunt quomodo se habent, et secundum se ipsos qui ex eadem figura et ad alios qui ex aliis figuris. — FINIT DE TRIBUS FIGURIS SECUNDUM SIMPLICITER ESSE.

[8] INCIPIT DE MIXTIS : SIMPLICITER ESSE ET NECESSARIO ESSE. — Quoniam vero diversum est et esse et ex necessitate esse et 29b30
contingere esse (multa enim sunt quidem, non tamen ex necessitate ; quedam vero neque ex necessitate neque sunt omnino, contingit vero esse), liquet quoniam et sillogismus uniuscuiusque horum erit diversus, et non similiter se habentibus terminis, sed hic
quidem ex necessariis, hic vero ex his que sunt, hic autem ex con-
tingentibus. 29b35

In necessariis ergo fere similiter se habet et in existentibus ; eodem modo enim positis terminis, et in eo quod est esse et in ex necessitate esse aut non esse, et erit et non erit sillogismus, verum- 30a1
tamen differet eo quod adiacet terminis ex necessitate esse vel non
esse. Nam negatio similiter convertitur, et in toto esse et in omni similiter assignabimus. In aliis ergo ad eundem modum demonstra- 30a5
bitur per conversionem conclusio necessaria quemadmodum in

B (*dCΓΛΠ* = *Ω*) 1 inerit[1] (*CΓΛΠ*)] *om.* 3 quidem] *om.* 4 inest[1]] *ὑπάρξει* 6 figure (*ΓΛ*)] *om.*

Bn 5 erat] erit quidem *add. marg.* 20 necessar' (*an legendum* necessarium ?) 24 et *ante* quoniam *scriptum et expunctum, suo loco s. add.* horum *s. add.*

eo quod est esse ; in media vero figura, cum fuerit universale affirmativum, hoc vero in parte privatorium, et rursus in tertia, cum
30a1 hoc quidem universale cathegoricum, hoc vero privatorium, non similiter erit demonstratio, sed necessarium exponentes cui alicui
30a10 utrumque non insit, de hoc facere sillogismum ; erit enim necessarium in his ; si vero de exposito necessarius est, et de illo quodam ; expositum enim quod illud aliquid est. Fit vero sillogismorum uterque in propria figura.

30a15 [9] Accidit vero aliquando et altera propositione necessaria existente necessarium fieri sillogismum, verumtamen non utralibet evenit, sed ea que est ad maius extremum, velut si A quidem B ex necessitate accipiatur inherens aut non inherens, B vero C
30a20 inherens solummodo ; ita enim acceptis propositionibus ex necessitate A C inerit et non inerit. Quoniam enim omni B ex necessitate inest aut non inest A, C vero eorum que sunt B est, manifestum est quoniam C ex necessitate erit alterum horum. Si vero AB quidem non est necessarium, BC vero necessarium, non erit con-
30a25 clusio necessaria. Si enim fuerit, continget A cuidam B inesse ex necessitate et per primam et tertiam. Hoc autem falsum est ; contingit enim huiusmodi esse B cui possibile est A nulli inesse. Amplius et ex terminis manifestum est quoniam non erit necessaria
30a30 conclusio, velut si A quidem fuerit 'motus', B vero 'animal', C autem 'homo' ; animal quidem homo ex necessitate est, movetur vero animal non ex necessitate, neque homo. Similiter vero et si privatorium sit AB ; eadem enim demonstratio. In particularibus vero sillogismis, si quidem universaliter est necessarium, et con-
30a35 clusio erit necessaria, si vero secundum partem, non necessaria, neque privatoria neque cathegorica existente universaliter propositione. Esto vero primum universaliter necessarium, et A quidem B insit ex necessitate, B vero cuidam C insit solum ; necessarium A cuidam C inesse ex necessitate ; C enim eorum que sunt sub B
30b1 est, B vero omni A inerat ex necessitate. Similiter autem et si privatorius sit sillogismus ; eadem enim erit demonstratio. Si autem secundum partem erit necessarium, non erit conclusio necessaria ; nichil enim impossibile accidit, quemadmodum neque in univer-
30b5 saliter sillogismis. Similiter et in privatoriis. Termini 'motus, animal, album'.

B (*dCΓΛ* = *Ω*) 3 vero] + δ' ἐν μέρει 5 necessarium] ἀναγκαῖος : -ως C^1 15 C vero] τὸ δὲ γ τι 19 tertiam] + σχήματος 29 A] + παντὶ 31 eorum que sunt] *om.* 32 A (*Ω*)] *om.* 34 erit[1]] ἐστὶν

[10] In secunda vero figura, si quidem privatoria propositio est necessaria, et conclusio erit necessaria, si vero cathegorica, non 30v
necessaria. Esto enim primum privatoria necessaria, et A B qui- 30b10
dem nulli contingat, C vero insit solum. Quoniam ergo convertitur
privatorium, B quoque A nulli contingit ; A vero omni C inest ;
quare nulli C B contingit ; etenim C sub A est. Similiter vero et si
ad C ponatur privatorium ; si enim A nulli C contingit, C quoque 30b15
nulli A ; A vero omni B inest ; quare nulli B ⟨C⟩ contingit ; fit enim
prima figura rursum. Non igitur neque B C ; convertitur enim si-
militer. Si autem cathegorica propositio est necessaria, non erit
conclusio necessaria. Contingat enim A omni B ex necessitate, C 30b20
vero nulli insit solum. Converso ergo privatorio prima fit figura ;
demonstratum vero est in prima quoniam, non necessaria existente
que est ad maius privatoria, neque conclusio necessaria est ; quare
nec in istis necessaria erit. Amplius autem, si conclusio est neces- 30b25
saria, accidit C cuidam A non inesse ex necessitate. Si enim B C
nulli inest ex necessitate, C quoque B nulli inerit ex necessitate.
B vero cuidam A necessarium est inesse si et A omni B ex necessi-
tate inerat. Quare C necesse est cuidam A non inesse. Sed nichil 30b30
prohibet A huiusmodi accipi cui omni C contingit inesse. Amplius
vel terminos exponentem sit demonstrare quoniam conclusio non
est necessaria simpliciter, sed his existentibus necessaria. Velut
esto A 'animal', B vero 'homo', C autem 'album', et propositiones
similiter accipiantur ; contingit enim animal nulli albo inesse. Ho- 30b35
mo quoque nulli inerit albo, sed non ex necessitate ; contingit enim
hominem fieri album, non tamen donec animal nulli albo inest.
Itaque his quidem existentibus necessaria erit conclusio, simpli-
citer vero non necessaria.

Similiter autem se habebit et in particularibus sillogismis. Cum 31a1
enim privatoria propositio et universaliter fuerit et necessaria, et
conclusio erit necessaria ; cum vero cathegorica et universaliter
fuerit et necessaria, privatoria vero secundum partem, non erit
conclusio necessaria. Esto primum privatoria et universaliter et 31a5
necessaria, et A quidem B nulli contingat inesse, C vero cuidam
insit. Quoniam ergo convertitur privatorium, B quoque A nulli

---

B (*dCΓΛ* = *Ω*) 8 A[1]] + ἐγχωρεῖ 14 est[2]] ἔσται 21 vel] κἂν 22 necessaria[2] (*Ω*)] ἀναγκαίων *B*[1] 24 albo (*dCΛ*)] λευκὸν 30 et[1] (*Ω*)] *om.* *B*[1] 31 et (*u*)] *om.* 32 fuerit et necessaria (*u*)] *om.*

Bn 8 C *om.* 19 non *s. add.* 27 his *s. add.* 32 vero *s. add.*

contingat inesse ; A vero cuidam C inest ; quare ex necessitate cui-
31a10 dam C non inerit B. Rursus esto cathegorica universaliter et necessaria, et ponatur ad B cathegoricum. Si autem A omni B ex necessitate inest, C vero cuidam non inest, quoniam quidem non inest B cuidam C, manifestum est, sed non ex necessitate ; idem enim
31a15 termini erunt ad demonstrationem qui ⟨in⟩ universaliter sillogismis. Sed neque si privatorium necessarium est in parte acceptum, neque erit conclusio necessaria ; per eosdem enim terminos demonstratio.

[11] In ultima vero figura universaliter quidem existentibus terminis ad medium et cathegoricis utrisque propositionibus, si
31a20 utrumlibet ergo fuerit necessarium, et conclusio erit necessaria. Si vero hoc quidem cathegoricum, hoc autem privatorium, cum privatorium quidem necessarium fuerit, et conclusio erit necessaria, cum vero cathegoricum, non erit necessaria.

Primus modus. — Sint enim utreque cathegorice primum pro-
31a25 positiones, et A et B omni C insit, necessarium vero esto AC. Quoniam ergo B omni C, et C cuidam B inerit propter conversionem universalem secundum partem ; quare, si omni C A ex necessitate
31a30 inest, et B cuidam C, necessarium est A cuidam B inesse ; B enim sub C est. Fit ergo prima figura rursum. Similiter demonstrabitur et si BC est necessarium ; convertitur enim C et ad quoddam A ; quare, si omni C B ex necessitate inest, et A cuidam inerit ex necessitate.

Secundus modus. — Rursus sit quidem AC privatorium, BC
31a35 vero affirmativum, necessarium vero privatorium. Quoniam ergo convertitur affirmativum, inerit et C cuidam B ; itaque, si A quidem nulli C, C vero cuidam B inest ex necessitate, A cuidam B non inerit ex necessitate ; demonstratum est enim in prima figura. Si enim cuidam B C, A vero nulli C ex necessitate ; quare neque B cuidam inerit ex necessitate A ; B enim sub C est. Si autem cathegoricum necessarium, non erit conclusio necessaria. Esto enim BC cathegoricum et necessarium, AC vero privatorium et non ne-
31a40 cessarium. Quoniam ergo convertitur affirmativus, inerit et C cui-

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 13 quidem] + *ἤ* cathegoricum ... privatorium[1] (*nΓ*)] *στερητικὸν ... κατηγορικὸν* 18 C[1] (*nΓ*)] + *ὑπάρχει* 20 necessarium — inesse (*nΓ*)] *καὶ τῷ β τινὶ ἀνογκαῖον ὑπάρχειν τὸ α* 21 rursum (*nΓ*)] *om.* 22 et[2] (*Ω*)] *om.* 27-30 affirmativum — si enim (*cf.* 34-**209**.1)] *om.* 34 affirmativus] *τὸ καταφατικόν*

Bn 6 in *om.* 19 *an scribendum* universalis ? 30 A *s. add.*

dam B ex necessitate ; quare, si A quidem nulli C, C vero cuidam 31b1
B, A cuidam B non inerit ; sed non ex necessitate ; ostensum est 31v
enim in prima figura quoniam privatoria propositione non necessaria existente, neque conclusio erit necessaria. Amplius et per ter-
5 minos sit manifestum. Esto enim A quidem 'bonum', B vero 'ani- 31b5
mal', C autem 'equus'. Bonum quidem contingit nulli equo inesse, animal vero necessarium est omni inesse ; sed non necessarium est animal quoddam non esse bonum, si contingit omne esse bonum. Si vero hoc non est possibile, sed 'vigilare' et 'dormire' terminos
10 ponendum ; omne enim animal susceptibile horum est. 31b10

Si ergo termini universaliter ad medium sunt, dictum est quondam erit conclusio necessaria ; si autem hic quidem universaliter, hic vero in parte, cathegoricis quidem existentibus utrisque, cum universale fuerit necessarium, et conclusio erit necessaria. Demon- 31b15
15 stratio vero eadem que et prius ; convertitur enim in parte predicativum.

Tertius modus. — Si ergo necessarium est B omni C inesse, A vero sub C est, necessarium est B cuidam A inesse. Si vero B cuidam A, et A cuidam B inesse necessarium inest ; convertitur enim.

20 Quartus modus. — Similiter autem et si A C sit necessarium 31b20 universaliter existens ; B enim sub C est. Si vero in parte est necessarium, non erit conclusio necessaria. Si⟨t⟩ enim BC et in parte et necessarium, A vero omni C insit, non tamen ex necessitate. Converso ergo BC prima fit figura, et est quidem universaliter proposi- 31b25
25 tio non necessaria, que vero in parte necessaria. Quando autem ita se haberent propositiones, non erat conclusio necessaria, quare neque in his. Amplius autem et in terminis manifestum est. Esto enim A quidem 'vigilatio', B vero 'bipes', pro quo autem C 'animal'. B ergo cuidam C necessarium inesse, A vero C contingit, et 31b30
30 A B non necessarium ; non enim necesse est bipes aliquod vigilare aut dormire. Similiter autem et per eosdem terminos demonstrabitur et si AC sit et in parte et necessarium.

Sextus modus. — Si autem hic quidem cathegoricus, hic vero privatorius terminorum, cum quidem fuerit universale et priva-
35 torium et necessarium, et conclusio erit necessaria ; si enim A C 31b35 nulli contingit, B vero cuidam C inest, A cuidam B necessarium

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 5 B (*nΓ*)] *ἐφ' ᾧ β* 6 quidem] + *οὖν* 9 si vero (*n*)] *ἢ εἰ* terminos] *ὅρον* 11 quondam] *πότε* 19 inest] *om.* 20 et si (*CΛ*)] *εἰ καὶ*

Bn 5 sit] fit (?) 22 sit] si

est non inesse. Cum autem affirmativum necessarium ponitur, aut
32r universaliter existens aut in parte, sive privatorium secundum
partem, non erit conclusio necessaria, Alia siquidem eadem que
31b40 in prioribus dicimus, termini vero, cum quidem fuerit universali-
32a1 ter cathegoricum necessarium, 'vigilatio, animal, homo', cum au- 5
tem in parte cathegoricum necessarium, 'vigilatio, animal, album' ;
animal siquidem necessarium est cuidam albo inesse, vigilatio vero
contingit nulli, et non necessarium est alicui animali non inesse vi-
32a5 gilationem. Cum autem privatorium in parte necessarium fuerit,
'bipes, moveri, animal' ; 'animal' medium. 10

[12] Manifestum est ergo quoniam inesse quidem sillogismus non
est, si non utreque fuerint propositiones in eo quod est inesse, ne-
cessarii vero est et altera tantum necessaria existente. In utrisque
32a10 vero, privatoriis et affirmativis existentibus sillogismis, necesse est
alteram propositionem similem esse conclusioni. Dico autem simi- 15
lem, siquidem est in eo quod est esse eam que est secundum esse,
si vero necessaria, necessariam. Itaque et hoc liquet, quoniam non
erit conclusio neque necessaria neque in eo quod est esse non ac-
cepta necessaria vel in eo quod est esse propositione.

32a15 De necessario ergo, quomodo fit et quam differentiam habet ad 20
existens, dictum est fere sufficienter.

[13] De contingentibus utrisque simplicibus. — De contin-
genti vero post hec dicimus quando et quomodo et de quibus erit sil-
logismus. Dico autem contingere vel contingens, quo non existente
32a20 necessario, posito autem esse, nichil propter hoc impossibile ; ne- 25
cessarium enim equivoce contingere dicimus. Quoniam autem hoc
est contingens, manifestum est ex negationibus et affirmationibus
oppositis ; 'non contingere esse' siquidem et 'impossibile esse' et
'necesse non esse' aut eadem sunt aut consequuntur invicem ; ita-
32a25 que et opposita his, 'contingere esse' et 'non impossibile esse' et 30
'non necesse non esse', aut eadem sunt aut consequentia invicem ;
de omni enim aut dictio aut negatio erit. Erit enim contingens non
32a30 necessarium, et non necessarium contingens. Accidit autem omnes
secundum contingere propositiones converti ad invicem. Dico au-

---

B (*dnCΓΛ* = Ω) 4 dicimus] ἐροῦμεν 5 homo] + μέσον ἄνθρωπος 9 parte (*d*)] + ὄν 10 animal medium (*B*²)] δίπουν μέσον ? 23 dicimus (*d*)] λέγωμεν 24 vel] καὶ 25 nichil] + ἔσται 28, 30 contingere] ἐνδέχεται 31 sunt] ἔσται aut² (*n*)] ἡ 32 erit¹ (*Γ* : ἔστιν *A*)] *om.* enim²] ἄρα

Bn 4 *an scribendum* dicemus ? 10 animal¹ *s. add.* 1 vero *s. add.* 20 fit] sit quam] quoniam

tem non affirmativas negativis, sed ⟨que⟩cumque affirmativam habe⟨n⟩t formam secundum oppositionem, velut contingere esse 32v
ad contingere non esse, et omni contingere ad contingere non omni et nulli, et cuidam ad non cuidam. Ad hunc modum et in aliis. 32a35
Quoniam enim contingens non est necessarium, non necessarium vero contingit non esse, manifestum est quoniam, si contingit A B inesse, contingit et non inesse ; si vero omni contingit inesse, et omni contingit non inesse. Similiter autem et in particularibus affirmativis ; eadem enim demonstratio. Sunt autem huiusmodi pro- 32b1
positiones cathegorice et non privatorie ; contingere enim esse similiter ponitur, quemadmodum dictum est prius.

Determinatis autem his rursum dicimus quoniam contingere secundum duos dicitur modos, unum quidem quod in pluribus fit et 32b5
relinquit necessarium, sicut canescere hominem vel augeri vel remitti, aut omnino quod naturale est inesse (hoc enim non consequens quidem habet necessarium propterea quod non semper est homo, existente tamen homine aut ex necessitate aut in pluribus 32b10
est), alterum vero indeterminatum, quod sic et non sic possibile, velut ambulare animal vel ambulante fieri motum terre, vel omnino quod a casu fit ; nichil enim magis sic natum est quam e contrario. Convertitur ergo secundum oppositas propositiones utrumque contingentium, non tamen ad eundem modum, sed natum quidem 32b15
esse eo quod non ex necessitate sit (si⟨c⟩ enim contingit non canescere hominem), indeterminatum vero eo quod nichil magis hoc modo quam illo. Disciplina autem et sillogismus demonstrativus indeterminatorum quidem non est eo quod instabile sit medium, naturalium vero est, et fere orationes et considerationes fiunt de 32b20
ita contingentibus ; de illis vero accidit quidem fieri sillogismum ; non tamen consuevit queri.

Hec ergo demonstrabuntur magis in sequentibus ; nunc vero dicamus quando et quomodo, et quis erit sillogismus ex contingentibus propositionibus. Quoniam autem contingere hoc huic inesse 32b25
duobus modis est accipiendus (aut enim cui inest aliquid aut cui contingit id inesse ; etenim, de quo B, A contingere horum signifi-

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 3-4 non omni et nulli] *μηδενὶ καὶ μὴ παντὶ* 7 si vero] *καὶ εἰ* 8 autem (*dnΓΛ*)] *om.* affirmativis] *καταφάσεων* 12 dicimus (*dCΓΛ*)] *λέγωμεν* 21 ergo (*Γ*, *Pacius*)] + *καὶ* 28 de illis (*Ω*)] *ἐκείνως* 33 accipiendus] *ἐκλαβεῖν*

Bn 8 *an scribendum* affirmationibus ? 15 natural' 23 sic] si

cat alterum, aut de quo dicitur B aut de quo contingit dici; de quo
32b30 33r vero B, A contingere aut omni B A contingere nichil differt), manifestum est ergo quod dupliciter dicatur A B omni contingere inesse. Primum ergo dicamus, si de quo C B contingit, et de quo B A, quis erit et qualis sillogismus; ita enim propositiones utreque ac-
32b35 cipiuntur secundum contingere, quando vero secundum quod B inest A contingit, hec quidem esse significans, hec vero contingens. Itaque ab uniformibus incipiendum, quemadmodum in aliis.

[14] Ex utrisque contingentibus primus modus prime figure. — Quando ergo A omni B contingit et B omni C, sillogismus erit perfectus quoniam A omni C contingit inesse. Hoc enim
33a1 manifestum est ex diffinitione; contingere enim omni inesse ita dicebamus.

Secundus modus. — Similiter autem et si A quidem contingit nulli B, B vero omni C, quoniam A contingit nulli C; de quo enim
33a5 B contingit, A non contingere, hoc erat nullum deesse sub B contingentium. Cum vero A omni B contingit, B vero contingit nulli C, per assumptas quidem propositiones nullus fit sillogismus, conversa vero BC secundum contingere fit idem sicut prius. Quoniam
33a10 enim contingit B nulli C inesse, contingit et omni inesse; hoc autem dictum est prius. Quare si B quidem omni C, A vero omni B, item idem fit sillogismus. Similiter autem et si ad utrasque propositiones negatio ponatur cum contingere. Dico autem velut si A
33a15 contingit nulli B et B nulli C; per acceptas quidem propositiones nullus fit sillogismus, conversis vero rursum idem erit sicut et prius. Manifestum est ergo quoniam negatione posita ad minus extremum aut ad utrasque propositiones, vel non fit sillogismus,
33a20 vel fit quidem sed non perfectus; ex conversione enim perficitur necessarium.

Tertius modus. — Si autem hec quidem universaliter propositionum, hec vero in parte accipiatur, ad maius quidem extremum posito universaliter sillogismus erit perfectus. Si enim A omni B contingit, B vero cuidam C, contingit A cuidam C. Hoc autem ma-
33a25 nifestum ex diffinitione contingere.

B(*dnCΓΛ* = *Ω*) 8 in (*nΓ*)] καὶ ἐν 11 enim] δὲ 19 sicut (*dn*)] ὅσπερ 25 sicut (*n*)] ὅσπερ et (*Ω*)] *om. B*¹ 28 perficitur (*nΓ*)] γίγνεται 32 posito] κειμένης 34 contingere (*dΓΛ*)] + α.β.γ.

Bn 9 *titulus in marg.* 14 *titulus in marg.* 30 *titulus in marg.* 32 *an scribendum* posita ? sillogismum

Quartus modus. — Rursus si A contingit nulli B, B vero cuidam C contingit inesse, necesse est A contingere cuidam C non inesse. Demonstratio autem eadem. Si vero privatoria accipiatur in parte propositio, hec autem universaliter affirmativa, positione 33v
vero sic se habuerint, ut A quidem omni B contingit, B vero cui- 33a30
dam C contingit non inesse, per acceptas quidem propositiones non fit evidens sillogismus, conversa vero particulari et posito B cuidam C contingere inesse eadem erit conclusio que et prius, quemadmodum in his que sunt a principio.

Si autem hec ad maius extremum in parte accipiatur, hec vero 33a35
ad minus universaliter, sive utreque affirmative ponantur sive privatorie sive non uniformes sive utreque indefinite aut secundum partem, nullo modo erit sillogismus ; nichil enim prohibet C supergredi A et non predicari equaliter ; cui vero superextenditur B, accipiatur C ; huic enim neque omni neque nulli neque cuidam neque 33b1
non cuidam contingit A inesse, si convertuntur secundum contingere propositiones et B pluribus contingit quam A inesse. Amplius et ex terminis manifestum ; ita enim habentibus propositionibus primum ultimorum et nulli contingit et omni inesse necessarium. 33b5
Termini autem communes omnium inesse quidem ex necessitate 'animal, album, homo', non contingere vero 'animal, album, vestis'. Manifestum est ergo quoniam ad hunc modum habentibus se terminis nullus fit sillogismus. Aut enim esse aut ex necessitate 33b10
aut contingere omnis est sillogismus. Esse vero et necessarii manifestum est quoniam non est ; affirmativus siquidem perimitur a privatorio, privatorius vero affirmativo. Relinquitur vero contingentis esse ; hoc autem impossibile est ; ostensum est enim quoniam ita se habentibus terminis et omni ultimo primum necesse est et 33b15
nulli contingit inesse. Quare neque contingentis erit sillogismus ; necessarium enim non erat contingens.

Manifestum est autem et quoniam universaliter terminis existentibus in contingentibus propositionibus semper fit sillogismus in prima figura, et cathegoricis et privatoriis existentibus, verumta- 33b20
men si cathegorice quidem sint perfectus, si privatorie imperfectus. Oportet autem contingere accipere non in necessariis, sed secundum dictam determinationem. Aliquando autem latet huiusmodi.

[15] Mixtio contingentis et inherentis. — Si autem hec qui- 33b25 34r

---

B (*dnCΓΛ* = Ω) 2 C¹ (*nCΓ*)] τῶν γ 5 sic] ὁμοίως 14 B] + τοῦ α 19 ultimorum] τῷ ἐσχάτῳ 24 vero] μὲν οὖν 31 et] *om.* 34 si¹ ... sint (*nΓ*)] *om.*

dem inesse hec vero contingere accipiatur propositionum, cum quidem que est ad maius extremum contingere significat, et perfecti erunt omnes sillogismi et contingere secundum predictam determinationem, quando vero que ad minus, et imperfecti omnes, et pri-
33b30 vatorii sillogismorum non secundum determinationem contingentis, sed nulli vel non omni ex necessitate inesse ; si enim nulli vel non omni ex necessitate, contingere dicimus et nulli et non omni inesse.

PRIME FIGURE PRIMUS MODUS. — Contingat enim A omni B, B
33b35 vero omni C ponatur inherens. Quoniam ergo sub B est C, B vero omni contingit A, manifestum est quoniam et C omni contingit. Fit vero perfectus sillogismus. Similiter autem et si sit privatoria AB propositio, BC vero affirmativa, et hac quidem contingere hac vero inesse accepta, perfectus erit sillogismus quoniam A contingit nulli C inesse.

34a1 Quoniam ergo inesse posito ad minus extremum perfecti fiunt sillogismi manifestum est ; quoniam vero e contrario habentes erunt sillogismi, per impossibile demonstrandum. Simul vero erit evidens quoniam et imperfecta ; demonstratio enim non ex accep-
34a5 tis propositionibus. Primum ergo dicendum quoniam A existente necessarium B esse, et possibili existente A possibile erit et B ex necessitate. Esto enim ita se habentibus hoc quidem pro quo A 'possibile', hoc vero pro quo B 'impossibile'. Si ergo hoc quidem possibile, et quod possibile esse, fiat, hoc vero impossibile, quodque
34a10 impossibile, non fiat, simul vero si A possibile et B impossibile, contingat quidem A posse fieri absque B, si autem fieri, et esse ; quod enim fiebat, quando factum est, ⟨est⟩. Oportet autem accipere non solum in generatione impossibile et possibile, sed et in veritate et
34a15 in essentia, et quotquot modis aliter dicitur possibile ; in omnibus enim similiter se habebit. Amplius existente A B esse non quasi uno aliquo A existente B erit oportet accipere ; nichil enim est ex necessitate uno aliquo existente, sed duobus minimum, velut cum propositiones ita se habent ut dictum est secundum sillogismum. Si
34a20 enim C de D, D vero de Z, et C de Z ex necessitate. Et si possibile

---

B (*dnCΓΛ* = Ω) 17 habentes (*uA*¹)] ἔχοντος 19 quoniam et (*d*)] καὶ ὅτι imperfecta] ἀτελεῖς 20 ergo] δὲ quoniam] + εἰ 21 et² (*dnΓ*)] *om.* 24-25 quodque impossibile (ὅτ' ἀδύνατον *nCΓΛ*)] ὅταν δυνατὸν 26 posse] *om.* 34 possibile (*CΛ*)] + δ'

Bn 19 *an scribendum* imperfecti ? 27 est² *om.* 34 D² *s. add.* de Z¹ *ex* Z

utrumque, et conclusio possibilis. Quemadmodum si quis ponat A 34v
quidem 'propositiones', B vero 'conclusionem', accidit autem non
solum necessario A existente et B esse necessarium, sed et possibili
possibile.

Hoc vero ostenso, manifestum est quoniam mendacio per hypo- 34a25
tesim posito et non impossibili et quod colligitur per hypotesim
mendacium erit, sed non impossibile. Velut si A 'mendacium' qui-
dem est, non tamen impossibile, existente vero A B est, et B erit
mendacium quidem, non tamen impossibile. Quoniam enim de-
monstratum est quod, si A existente B est, et possibili existente 34a30
A, B erit possibile, ponitur vero A possibile esse, et B erit possibile ;
si enim impossibile, simul impossibile erit idem et possibile.

Determinatis vero his insit A omni B, B vero omni C contingat ; 34a35
necesse ergo A omni C contingere inesse. Non enim contingat ; ne-
cesse est ergo A non omni C. B vero omni C ponatur ut inherens ;
hoc autem falsum est quidem, non tamen impossibile. Si ergo A qui-
dem non contingit omni C, B vero omni inest C, A non omni B con-
tingat ; fit enim sillogismus per tertiam figuram. Sed positum erat 34a40
omni contingere inesse. Necesse est igitur A omni C contingere ; men- 34b1
dacio enim per hypotesim posito et non impossibile, consequens est
impossibile. Contingit vero et per primam figuram facere impossi-
bile ponentes C B inesse. Si enim B omni C inest, A vero omni B con- 34b5
tingit, et C omni contingit A. Sed ponebatur non omni contingere.

Oportet autem accipere omni inherens non secundum tempus
determinantes, velut nunc aut in quolibet tempore, sed simpliciter ; ex talibus enim propositionibus et sillogismos facimus, quoniam secundum nunc accepta propositione non erit sillogismus ; 34b10
nichil fortasse prohibet aliquando omni quod movetur hominem
inesse, velut si nichil aliud moveatur ; quod movetur vero contingit
omni equo ; sed hominem nulli equo contingit. Amplius esto primum 'animal', medium autem 'moveri', ultimum vero 'homo'. He 34b15
ergo propositiones similiter se habebunt, conclusio vero necessaria,
non contingens ; ex necessitate enim homo animal. Manifestum est
igitur quoniam universale accipiendum est simpliciter, et non tem-
pus determinantes.

B (*dnCΓΛ* = Ω) 1 quemadmodum] + *οὖν* 2 autem] *ἄν* 3 existente (*dCΓΛ*)] + *ἅμα* 12 impossibile² ... possibile] *δυνατὸν ... ἀδύνατον* 14-15 necesse² — C¹] *om.* 17 omni¹ (*nΓ*)] *om.* 28 aliquando] (*nCΓ*)] + *καὶ* 34 tempus] *χρόνῳ* 35 determinantes (*nΓ*)] *διορίζοντι*

Bn 34 *an scribendum* tempore ?

35r 34b20 Rursus sit privatoria propositio universaliter AB, et accipiatur A quidem nulli B inesse, B vero omni contingat inesse C. His ergo positis necesse est A contingere nulli C inesse. Nam non contingat, B vero C ponatur inherens, quemadmodum et prius. Necessarium 34b25 est A cuidam B inesse; fit enim sillogismus per tertiam figuram; hoc vero impossibile. Quare contingat A nulli C; mendacio enim posito et non impossibili, impossibile est consequens. Hic ergo sillogismus non est secundum determinationem contingentis, sed nulli ex necessitate (hec enim est contradictio facte hypoteseos; 34b30 positum enim erat per hypotesim ex necessitate A cuidam C inesse); sillogismus vero per impossibile contraiacentis est contradictionis. Amplius autem et ex terminis manifestum est quoniam non erit conclusio contingens. Sit enim pro quo quidem A 'corvus' pro quo vero B 'intelligens', pro quo vero C 'homo'. Nulli autem 34b35 B A inheret; nullus enim intelligens corvus. B vero omni contingit C; omni enim homini intelligere. Sed A ex necessitate nulli C; non igitur conclusio contingens. Sed neque necessaria semper. Esto enim A quidem 'moveri', B vero 'disciplina', pro quo autem C 34b40 'homo'. A ergo nulli B inerit, B vero omni C contingit, sed non erit conclusio necessaria; non enim necesse est nullum moveri ho- 35a1 minem, sed nec necesse est aliquem. Liquet ergo quoniam conclusio est nulli ex necessitate inesse. Accipiendum melius terminos.

Si autem privatorium ponatur ad minus extremum contingere 35a5 significans, ex ipsis quidem propositionibus acceptis nullus fit sillogismus, conversa vero secundum contingere propositione, erit, ut in superioribus. Insit enim A omni B, B vero contingat nulli C. Ita ergo habentibus se terminis nichil erit necessarium; si vero 35a10 convertatur B C et accipiatur B omni C, fit sillogismus sicut prius; similiter enim se habent termini positione. Eodem modo et in privatoriis existentibus utrisque propositionibus, si A quidem B nulli inest, B vero C nulli contingere significat; per hec quidem accepta 35a15 non fit necessarium, conversa vero secundum contingere propositione, erit sillogismus. Accipiatur enim A quidem nulli B inherens, 35v B vero contingere nulli C. Per hec ergo nichil necessarium; si vero

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 4 et] *om.* 7 et — impossibile] *om.* 10 positum ... erat per hypotesim (*n*)] ἐτέθη 13 pro quo (*Γ*: ἐφ' ὧν *n*)] *om.* 15 nullus] οὐδὲν 21 nec] ἀλλ' οὐκ 24 fit] ἔσται 28 C² (*nΓ*)] + ἐνδέχεσθαι 29 in] *om.*

Bn 9 est *s. add.* 13 non erit] inerit 14 B *s. add.* 15 nullus] *an scribendum* nullum ? 29 in] *an expungendum* ?

accipiatur B omni C contingere, quod est verum, AB vero propositio similiter se habeat, item idem erit sillogismus. Si vero non in- 35a20
esse ponatur B C et non contingere inesse, non erit sillogismus ullo modo, neque privatoria existente neque affirmativa AB propositione. Termini vero communes ex necessitate quidem inesse 'album, animal, nix', non contingere vero 'album, animal, pix'.

Manifestum est ergo quoniam universaliter terminis existenti- 35a25
bus, et hac quidem inesse hac vero contingere accepta propositionum, quando ad minus extremum contingere accipitur propositio, semper fit propositio, verumtamen aliquando quidem ex ipsis aliquando conversa propositione. Quando vero horum uterque et propter quam causam, diximus. 35a30

Si vero hec quidem universaliter hec autem in parte ponatur propositionum, cum quidem ad maius extremum universaliter ponatur et contingens, sive negativum sive affirmativum, quod vero in parte affirmativum et inherens, erit sillogismus perfectus, sicut et universaliter terminis existentibus. Demonstratio eadem que et 35a35
prius. Quando et universaliter quidem fuerit ad maius extremum, inherens vero et non contingens, alterum vero in parte et contingens, sive negative sive affirmative ponantur utreque, sive hec quidem negativa hec vero affirmativa, omnino erit sillogismus imperfectus. Tamen hi quidem per impossibile demonstrabuntur, hi ve- 35b1
ro per conversionem contingentis, quemadmodum in prioribus. Erit vero sillogismus per conversionem et cum quidem hec universaliter ad maius extremum posita significat inesse, hec vero in parte privatoria existens contingens assumit, velut si A quidem 35b5
omni B inest aut non inest, B vero cuidam C contingit non inesse; conversa enim BC secundum contingere fit sillogismus. Quando vero non inesse accipit secundum partem posita, non erit sillogismus. Termini inesse quidem 'album, animal, nix', non inesse vero 35b10
'album, animal, pix'; per indeterminatum enim accipiendum demonstrationem. Si vero universaliter ponatur ad minus extremum, in parte vero ad maius, sive privatorium sive affirmativum sive *36r*
contingens sive inherens utrumlibet ergo, nullo modo erit sillogismus.

B (*dnCΓΛ* = Ω) 3 B (*n*)] + *παντὶ* contingere (*CB*²)] + *μὴ* 11 aliquando] + *δὲ* 18 et] *δὲ*

Bn 21 imperfectus *ex* perfectus 22 demonstrabuntur *scripsi* : destruuntur

35b15 Neque quando in parte vel indeterminate posite fuerint propositiones, sive contingere accepte sive inesse sive in permutationem, neque sic erit sillogismus. Demonstratio vero eadem que et in prioribus. Termini vero communes inesse quidem ex necessitate 'animal, album, homo', non contingere vero 'animal, album, tunica'.
35b20 Manifestum est ergo quoniam ad maius extremum universaliter posito semper fit sillogismus, ad minus vero numquam alicuius.

[16] Mixtio necessarii et contingentis in prima figura. — Quando vero hec quidem ex necessitate inesse vel non inesse, hec vero contingere significat propositionum, sillogismus quidem erit
35b25 ad eundem modum se habentibus terminis, et perfectus, quando ad minus extremum positum fuerit necessarium ; conclusio vero cathegoricis quidem existentibus terminis contingere et non inesse erit, universaliter et non universaliter positis, si vero sit hoc quidem affirmativum hoc vero privatorium, cum quidem fuerit affir-
35b30 mativum necessarium, contingere non etiam non inesse, quando vero privatorium, et contingere non inesse et non inesse, et universaliter et non universaliter existentibus. Contingere vero in conclusione ad eundem modum accipiendum ut in prioribus. Ex ne-
35b35 cessitate vero non inesse non erit sillogismus ; aliud enim non ex necessitate inesse et ex necessitate non inesse.

Primus modus. — Quoniam ergo affirmativis existentibus terminis non fit conclusio necessaria, manifestum est. Insit enim A omni B ex necessitate, et B contingat omni C. Erit vero sillogis-
36a1 mus imperfectus, quoniam contingit A omni C inesse. Quoniam vero imperfectus, ex demonstratione liquet ; demonstrabitur enim quemadmodum et in prioribus. Rursus quidem A contingat omni B inesse, B vero omni C insit ex necessitate. Erit vero sillogismus
36a5 quoniam A omni C contingit inesse, sed non quoniam inest, et perfectus, sed non imperfectus ; statim enim perficitur per precedentes propositiones.

Secundus modus. — Si vero non uniformes sint propositiones, esto primum privatoria necessaria, et A quidem nulli insit B ex
36a10 necessitate, B vero omni C contingat. Necessarium vero A nulli C
36v inesse. Ponatur enim inesse aut omni aut cuidam ; B vero pone-

---

B (*dnCΓΛ* = Ω) 9 vel non inesse (*dnΓΛ*)] *om.* 14 erit (*d*)] + καὶ 16 non[1]] *om.* 18 universaliter] + τῶν ὅρων 28 inesse] *om.* 33 insit (*d*)] ἐνδεχέσθω

Bn 2 in *s. add.* 16 non[1]] *an expungendum?*

batur nulli contingere. Quoniam ergo convertitur privatorium, neque B A ulli contingit ; A vero C vel omni vel cuidam ponitur inesse ; quare nulli vel non omni C B contingit inesse ; ponebatur 36a15
vero omni a principio. Manifestum est autem quoniam et contingere non inesse fit sillogismus, si et non inesse. Rursus sit affirmativa propositio necessaria, et A quidem contingat nulli B inesse, B vero omni C insit ex necessitate. Sillogismus ergo erit perfectus, 36a20
sed non non inesse sed contingere non inesse ; propositio enim ita est accepta que fit a maiori extremitate, et ad impossibile non est deducere ; si enim per hypotesim ponatur A C nulli inesse, ponitur vero et B contingere nulli inesse, nichil consequitur per hec impossibile. Si vero ad minus extremum ponatur privatorium, cum qui- 36a25
dem contingere significet, sillogismus erit per conversionem, ut in prioribus ; quando vero non contingere, non erit. Neque quando utraque quidem ponentur privatoria, nec erit contingens ad minus. Termini vero idem, inesse quidem 'album, animal, nix', non 36a30
inesse vero 'album, animal, pix'.

Ad eundem vero modum se habebit et in sillogismis in parte. Quando enim fuerit privatorium necessarium, et conclusio erit non inesse, velut si A quidem nulli B necesse est inesse, B vero cuidam 36a35
C contingit inesse, necesse est A cuidam C non inesse. Nam si omni inest, B vero nulli contingit, B quoque nulli A contingit inesse. Quare si A omni C inest, nulli C B contingit. Sed ponebatur cuidam contingere. Cum vero in parte affirmativum necessarium fuerit in privatorio sillogismo, velut BC, aut universalis in cathegorico, ve- 36b1
lut AB, non erit inesse sillogismus. Demonstratio vero eadem que et in prioribus.

Tertius et quartus modus. — Si vero hoc quidem universaliter ponatur ad minus extremum, aut affirmativum aut privato- rium, contingens, hoc vero in parte necessarium ad maius extre- 36b5
mum, non erit sillogismus. Termini vero inesse quidem ex necessitate 'animal, album, homo', non contingere vero 'animal, album, tunica'. Cum vero necessarium sit universaliter, in parte vero contingens, privatorio quidem existente universaliter, inesse quidem termini 'animal, album, corvus', affirmativo vero inesse quidem 37r 36b10
'animal, album, cignus', non contingere vero 'animal, album, nix'.

B (*dnCΓΛ* = Ω) 10 deducere (*C*)] ἀγαγεῖν 20 necesse est (*d*)] ἐνδέχεται 35 corvus] + τοῦ δὲ μὴ ὑπόρχειν ζῷον, λευκόν, πίττα

Bn 5 sit] fit 35 corvum

Neque quando indeterminate accipientur propositiones aut ambe secundum partem, neque sic erit sillogismus. Termini vero com-
36b15 munes inesse quidem 'animal, album, homo', non inesse vero 'animal, album, inanimatum'. Et enim animal cuidam albo et album inanimato cuidam et necessarium inesse et non contingit inesse. Et in contingere similiter ; itaque ad omnia utiles termini.

Manifestum est ergo ex his que dicta sunt quoniam similiter se
36b20 habentibus terminis et in contingere et in necessariis et fit et non fit sillogismus, verumtamen secundum inesse quidem posita privatoria propositione, contingens erat sillogismus, secundum necessarium vero privatoria et contingere et non inesse. Liquet vero et
36b25 quoniam omnes imperfecti sillogismi et quoniam perficiuntur ex predictis figuris.

[17] In secunda vero figura cum quidem contingere acceperint propositiones, nullus erit sillogismus, neque cathegoricis neque privatoriis positis, neque universaliter neque secundum partem ; cum vero hec quidem inesse significat hec autem contingere, affirma-
36b30 tiva quidem inesse significante numquam erit, privatoria vero universaliter semper. Eodem modo et cum hec quidem ex necessitate hec vero contingere accipitur propositionum ; quecumque enim de existente et contingente dicta sunt eadem et de his dicentur. Oportet autem et in his accipere in conclusionibus contingens, sicut in prioribus.

36b35 Primum ergo demonstrandum quoniam non convertitur in eo quod est contingere privatorium, velut si A contingit nulli B non necesse est et B contingere nulli A. Ponatur enim hoc, et contingat B nulli A inesse. Ergo quoniam convertuntur in contingenti affirmationes negationibus, et contrarie et contraiacentes, B vero A
37a1 contingit nulli inesse, manifestum est quoniam et omni contingit B A inesse. Hoc autem falsum est ; non enim si hoc huic omni contingit, et hoc huic necessarium est ; quare non convertitur privatorium. Amplius autem nichil prohibet A quidem B contingere nulli,
37a5 B vero cuidam A ex necessitate non inesse, velut album quidem
37v omni homini contingit non inesse (et enim inesse), hominem vero

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 10 contingens] τοῦ ἐνδέχεσθαι 14 acceperint] + ἀμφότεραι 20-21 quecumque — dicentur (*d*)] *om.*

Bn 10 *an scribendum* contingentis *vel* contingere ? 19 quidem *ex corr.* ex *s. add.*

non est verum dicere quasi contingit nulli albo ; multis enim ex necessitate non inest, necessarium vero non erat contingens.

Sed tamen neque ex impossibili demonstrabitur conversum, ve- 37a10
lut si quis asserat, quoniam falsum est contingere B A nulli inesse,
verum non contingere nulli ; affirmatio enim et negatio. Si vero
hoc, verum ex necessitate cuidam A inesse B ; quare et A cuidam
B. Hoc autem impossibile ; non enim, si non contingit nulli A B,
necesse est cuidam inesse. Non contingere enim, nulli dupliciter 37a15
dicitur, hoc quidem si ex necessitate alicui inest, hoc vero si ex
necessitate alicui non inest ; nam ex necessitate alicui A non in-
herens non est verum dicere quod omni contingit non inesse, quem-
admodum neque alicui inherens ex necessitate quoniam omni
contingat inesse. Si ergo aliquis probet, quoniam si non contingit 37a20
C D omni inesse, ex necessitate alicui non inesse illud quod falsum
est accipiat ; omni enim inest fortasse, sed, quoniam quibusdam ex
necessitate inest, propter hoc dicimus non omni contingere. Quare
contingere omni inesse et ex necessitate alicui opponitur et ex ne- 37a25
cessitate alicui non inesse. Similiter vero et contingere nulli. Liquet
ergo quoniam ad sic contingens et non contingens, ut in principio
determinavimus, non solum ex necessitate alicui inesse sed ex ne-
cessitate alicui non inesse accipiendum. Hoc vero accepto nichil
accidit impossibile, quare non fit sillogismus. Manifestum est ergo 37a30
ex his que dicta sunt quoniam non convertitur privatorium.

Hoc vero ostenso, ponatur A B quidem contingere nulli, C vero
omni. Per conversionem ergo non erit sillogismus ; dictum est enim
quoniam non convertitur huiusmodi propositio. Sed neque per im- 37a35
possibile ; posito enim B omni C contingere inesse nichil accidit fal-
sum ; contingit enim A C et omni et nulli inesse. Omnino autem,
si est sillogismus, liquet quoniam contingentis erit eo quod neutra
propositionum accepta est in eo quod est inesse, et iste aut affir-
mativus aut privatorius ; neutro vero modo contingit. Affirmativo 37b1
enim posito ostendetur per terminos quoniam non contingit inesse,
privatorio vero, quoniam conclusio non contingens sed necessaria
est. Esto enim A quidem album, B vero homo, pro quo autem C

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 6 verum (*Ω*)] + *καὶ* 9 si[1] (*Ω*)] *om. B*[1] 13 si[1]] *om.* 14-15 quod falsum est] *ψεῦδος* 15 fortasse (*εἰ τύχοι n*)] *om.* quoniam (*dnΓ*)] + *ἐν* 17 alicui (*d*)] + *ὑπάρχειν* 20 sed (*AΓΛ*)] + *καὶ*

Bn 3 tamen neque ex *in ras.* 11-17 non[2] — necessitate[2] *in ras.* 28 A *s. add.*

38r 37b5 equus. A autem, quod est album, contingit huic quidem omni huic vero nulli inesse. Sed B C neque inesse contingit neque non inesse. Quoniam ergo inesse non contingit, manifestum est ; nullus enim homo equus. Sed non contingit non inesse ; necesse est enim nullum 37b10 equum hominem esse, necessarium vero non erat contingens. Non igitur fit sillogismus. Similiter autem demonstrabitur et si e converso ponatur privatorium, et si utreque affirmative accipiantur aut privatorie ; per eosdem enim terminos erit demonstratio. Et quando hec quidem universaliter hec vero in parte, aut utreque se- 37b15 cundum partem aut indefinite, aut quomodolibet aliter contingit transmutari propositiones ; semper enim erit per eosdem terminos demonstratio. Manifestum est ergo quoniam utrisque propositionibus secundum contingens positis, nullus fit sillogismus.

[18] In secunda figura mixtis inherente et contingente. — Si autem hec quidem inesse hec vero contingere significat, ca- 37b20 thegorica quidem inesse posita, privatoria vero contingere, numquam erit sillogismus, neque universaliter terminis neque in parte acceptis. Demonstratio vero eadem et per eosdem terminos. Cum vero affirmativa quidem contingere, privatoria vero inesse, erit sil- 37b25 logismus. Accipiatur enim A B nulli inesse, C vero omni contingere. Conversa ergo privatoria B A nulli inest ; A vero omni C contingebat ; fit autem sillogismus quoniam contingit B nulli C per primam figuram. Similiter autem et si ad C ponatur privatorium. Si 37b30 vero utreque quidem fuerint privatorie, significet vero hec quidem non inesse hec vero contingere, per accepta quidem nichil accidit necessarium, conversa vero secundum contingens propositione, fit sillogismus quoniam B C contingit nulli inesse, quemadmodum in 37b35 prioribus ; erit enim iterum prima figura. Si autem utreque ponantur cathegorice, non erit sillogismus. Termini inesse quidem 'sanitas, animal, homo', non inesse vero 'sanitas, equus, homo'.

Eodem vero modo se habebit et in particularibus sillogismis. 38a1 Cum enim sit affirmativum inherens, sive universaliter sive in parte acceptum, nullus erit sillogismus (hoc autem similiter et per eosdem terminos ostenditur prioribus), cum vero privatorium 38v inest, erit per conversionem, quemadmodum in prioribus. Rursus 38a5 si utreque quidem propositiones privatorie accipiantur, universali-

---

B (*dnCΓΛ* = Ω) 4 homo equus (*d*)] ἵππος ἄνθρωπος non[1]] οὐδ' contingit (*n*)] ἐνδέχεσθαι 25 contingere (Ω)] + μὴ ὑπάρχειν

Bn 5 hominē inesse 9 hoc ... hoc (?)

ter vero non inesse, ex ipsis quidem propositionibus non erit necessarium, converso vero contingenti, quemadmodum in prioribus, erit sillogismus. Si autem non inherens quidem fuerit privatorium, in parte vero accipiatur, non erit sillogismus, neque affirmativa neque privatoria existente altera propositione. Neque quando utreque accipiantur indeterminate vel affirmative vel negative secundum partem. Demonstratio vero eadem et per eosdem terminos. 38a10

[19] De mixtis necessarii et contingentis in secunda figura. — Si vero hec quidem ex necessitate hec vero contingere significat propositionum, privatoria quidem necessaria existente, erit sillogismus, non solum quoniam contingit non inesse, sed et quoniam non inest, affirmativa vero non erit. Ponatur enim A quidem B ex necessitate nulli inesse, C vero omni contingere. Conversa ergo privatoria B quoque A nulli inerit ; A vero omni C contingebat ; 38a15

fit autem rursus per primam figuram sillogismus quoniam B C contingit nulli inesse. Simul vero liquet quoniam neque inest B ulli C. Ponatur enim inesse ; ergo si A B nulli contingit, B vero inest cuidam C, A C cuidam non contingit ; sed A omni ponebatur contingere. Eodem vero modo demonstrabitur et si ad C ponatur privatorium. 38a20 38a25

Rursus esto necessarium quidem cathegoricum, alterum vero privatorium et contingens, et A B quidem contingat, C vero omni insit ex necessitate. Ita ergo se habentibus terminis nullus erit sillogismus ; accidit enim B C ex necessitate non inesse. Esto enim A quidem 'album', pro quo vero B 'homo', pro quo autem C 'cignus'. Album cigno quidem ex necessitate inest, homini vero contingit nulli ; et homo nulli cigno ex necessitate inest. Quoniam ergo contingentis non est sillogismus manifestum est ; necessarium enim non erat contingens. Sed tamen neque necessarii ; necessarium enim aut ex utrisque necessariis aut ex privatoria colligitur. Amplius autem et contingit his positis B C inesse ; nichil enim prohibet C quidem sub B esse, A vero B quidem omni contingere, C autem ex necessitate inesse, velut si C quidem 'vigilans' sit, B vero 'animal', pro quo autem A 'motus'. Vigilanti siquidem ex necessitate motus, animali vero omni contingit ; et omne vigilans animal. Manifestum est ergo quoniam neque non inesse, si ita se habenti- 38a30 38a35 39r 38a40 38b1

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 21 quidem (*nΛ*)] *om.* 22 privatorium et (*n*)] *om.* contingat] + *μηδενὶ* 26 album] *τὸ δὴ λευκὸν* 27 inest] *om.*

Bn 11 non² *s. add.* 26 cigno quidem *ex* quidem cigno

bus necesse est inesse. Neque autem oppositarum dictionum, quare
38b5 nullus erit sillogismus. Similiter autem demonstrabitur et e converso posita affirmativa.

Si autem uniformes fuerint propositiones, privatoriis quidem existentibus semper fit sillogismus, conversione secundum contingere propositionis, quemadmodum in prioribus. Accipiatur enim A
38b10 B quidem ex necessitate non inesse, C vero contingere non inesse ; conversis ergo propositionibus B quidem A nulli inest, A vero omni C contingit ; fit autem prima figura. Et si ad C ponatur privatorium, eodem modo. Si vero cathegorice ponantur, non erit sillo-
38b15 gismus. Non inesse siquidem aut ex necessitate non inesse manifestum est quoniam non erit eo quod non sit accepta privatoria propositio neque in eo quod est inesse neque in eo quod est ex necessitate inesse. Sed neque contingere non inesse ; ex necessitate enim
38b20 ita se habentibus B C non inerit, velut si A quidem ponatur 'album', pro quo autem B 'cignus', C autem 'homo'. Neque vero contraiacentium contradictionum, quoniam vero demonstratum est B C ex necessitate non inherens. Non igitur fit sillogismus omnino.
38b25 Similiter autem habebit et in particularibus sillogismis ; quoniam siquidem fuerit privatorium et universaliter et necessarium, semper sillogismus erit et contingere et non inesse (demonstratio vero per conversionem), cum vero affirmativum, numquam ; ad eundem enim modum demonstrabitur quem et in universalibus, et
38b30 per eosdem terminos. Neque quando utreque accipientur affirmative ; et enim huius eadem demonstratio que et prius. Cum vero utreque quidem privatorie, universaliter vero et necessaria non inesse significans, per ipsa quidem accepta non erit necessarium,
38b35 conversa vero secundum contingere propositione erit sillogismus, quemadmodum in prioribus. Si vero utreque indefinite aut in parte
39v ponantur, non erit sillogismus. Demonstratio vero eadem et per eosdem terminos.

Manifestum est ergo ex his que dicta sunt quoniam privatoria quidem universaliter posita necessaria semper fit sillogismus, non
38b40 solum contingere non inesse, sed et non inesse, affirmativa vero numquam. Et quoniam eodem modo se habentibus in necessariis
39a1 et in existentibus et fit et non fit sillogismus. Liquet vero et quoniam omnes imperfecti sillogismi, et quoniam perficiuntur per predictas figuras.

B (*dnCΓΛ* = Ω) 8 inest (Ω)] ὑπάρξει 17 contradictionum (*d*)] ἀποφάνσεων vero (δὴ *C*)] *om.*

[20] Tertia figura. — In ultima vero figura et utrisque contingentibus et altera erit sillogismus. Quando ergo contingere si- 39a5
gnificaverint propositiones, et conclusio erit contingens ; et cum hec quidem contingere hec vero inesse. Quando vero altera ponetur necessaria, si sit quidem affirmativa non erit conclusio neque necessaria neque inherens, si vero sit privatoria, non inesse erit 39a10
sillogismus, quemadmodum et in prioribus. Accipiendum vero et in his similiter in conclusionibus contingens.

Primus modus. — Sint autem primum contingentes, et A et B omni C contingat inesse. Quoniam ergo convertitur affirmativum 39a15
in parte, B vero omni C contingit, et C cuidam B contingat. Quare si A quidem omni C contingit, C vero cuidam B, et A cuidam B contingit ; fit enim prima figura.

Secundus modus. — Et si A quidem contingit nulli C inesse, 39a20
B vero omni C, necesse est A cuidam B contingere non inesse ; erit enim rursus prima figura per conversionem. Si vero utreque privatorie ponantur, ex ipsis quidem acceptis non erit necessarium, conversis vero propositionibus erit sillogismus, quemadmodum in 39a25
prioribus. Si enim A et B C contingit non inesse, si transsumatur contingere non inesse, rursus erit prima figura per conversionem.

Tertius et quartus modus. — Si autem hic quidem universaliter terminorum hic vero in parte, ad eundem modum habentibus 39a30
se terminis ad quem in existere, et erit et non erit sillogismus. Contingat enim A quidem omni C, B vero cuidam C inesse. Erit autem iterum prima figura in parte propositione conversa ; si enim A omni C, C vero cuidam B, A cuidam B contingit. Et si ad BC po- 39a35
natur universaliter, eodem modo.

Sextus modus. — Similiter autem et si AC quidem privato- 40r
rium sit, BC vero affirmativum ; erit enim iterum prima figura per conversionem. Si vero utreque privatorie ponantur, hec quidem universaliter hec vero in parte, per ipsa quidem accepta non erit 39b1
sillogismus, conversis vero erit, velut in prioribus. Cum autem utreque indeterminate aut in parte accipientur, non erit sillogismus ; et enim omni necesse est A B et nulli inesse. Termini inesse 39b5
'animal, homo, album', non inesse 'equus, homo, album', medium 'album'.

[21] Mixtio contingentis et existentis in tertia figura. — Si vero hec quidem inesse hec vero contingere significat proposi-

---

B (*dnCΓΛ* = Ω) 20 non (*n*)] *om.* 21 quidem] + ἐστὶ

tionum, conclusio quidem erit quoniam contingit et non quoniam
39b10 inest, sillogismus erit ad eundem modum se habentibus terminis ad quem in prioribus.

PRIMUS MODUS. — Sint enim primum cathegorice, et A quidem omni C insit, B vero omni C contingat inesse. Conversa ergo
39b15 BC prima erit figura, et conclusio quoniam non contingit A cuidam B inesse ; cum enim altera propositionum significaret contingere, et conclusio erat contingens. Similiter autem et si BC quidem inesse, AC vero contingere.

SECUNDUS MODUS. — Et si AC quidem privatorium, BC vero cathegoricum, existat vero utrumlibet, utroque modo contingens
39b20 erit conclusio ; fit enim rursus prima figura, demonstratum est autem quoniam altera propositione contingere significante in ea conclusio erit contingens. Si vero privatorium ponatur ad minus extremum, aut et utraque accipiantur privatoria, per ipsa quidem
39b25 posita non erit sillogismus, conversa vero erit, quemadmodum et in prioribus.

TERTIUS, QUARTUS ET SEXTUS MODUS. — Si vero hec quidem universaliter propositionum hec vero in parte, cathegoricis quidem existentibus utrisque, aut hac quidem universaliter privatoria hac vero in parte affirmativa, idem modus erit sillogismorum ; omnes
39b30 enim perficiuntur per primam figuram. Quare manifestum est quoniam contingentis et non existentis erit sillogismus. Si autem hec quidem affirmativa universaliter hec vero privatoria in parte, per impossibile erit demonstratio. Insit enim B quidem omni C, A vero
$39b35^{40v}$ contingat cuidam C non inesse ; necesse est A contingere cuidam B non inesse. Si enim omni B A inest ex necessitate, B vero omni C ponitur inesse, A omni C ex necessitate inerit ; hoc enim demonstratum est et prius. Sed ponebatur cuidam contingere non inesse.
40a1 Quando vero indeterminate aut in parte accipientur utreque, non erit sillogismus. Demonstratio eadem que et in universalibus, et per eosdem terminos.

[22] MIXTIS NECESSARIO ET CONTINGENTI : PRIMUS MODUS. — Si autem hec quidem necessaria propositionum hec vero contingens,
40a5 affirmativis quidem terminis existentibus semper contingentis erit sillogismus.

B (*dnCΓΛ* = Ω) 3 in (*nCΓ*)] καὶ ἐν 4 cathegorice] κατηγορικοὶ 5 C² (*C*)] *om.* 6 non] *om.* 7 propositionum] + ἐν τῷ πρώτῳ σχήματι 14 vero (*n*)] + τὸ ἐνδεχόμενον 17 et] *om.* 26 necesse est] + δὴ 29 et] *om.* 34 autem] + ἐστὶ

Secundus modus. — Cum vero fuerit hoc quidem cathegoricum hoc vero privatorium, si fuerit affirmativum quidem necessarium, contingere non inesse, si vero privatorium necessarium et contingere et non inesse ; ex necessitate vero non inesse non erit sillogis- 40a10
mus, quemadmodum neque in aliis figuris.

Sint autem prius predicativi termini, A quidem omni C insit ex necessitate, B vero omni C contingat inesse. Quoniam ergo A quidem omni C necesse est, C vero cuidam B contingit, et A cuidam 40a15
B contingens erit et non inherens ; ita enim colligebatur in prima figura. Similiter vero demonstrabitur et si BC quidem ponatur necessarium, AC vero contingens. Rursus esto quidem hoc cathegoricum hoc vero privatorium, necessarium vero cathegoricum ; et A quidem contingat nulli C inesse, B vero omni C contingat ex ne- 40a20
cessitate. Erit vero iterum prima figura ; et conclusio contingens sed non existens ; et enim privatoria propositio contingere significat. Manifestum est ergo quoniam conclusio erit contingens ; quando enim ita se haberent propositiones in prima figura, et conclusio erat contingens. Si vero privatoria propositio necessaria, et conclu- 40a25
sio erit et quoniam contingit alicui non inesse et quoniam non inest. Ponatur enim A C nulli inesse ex necessitate, B vero C omni contingere. Conversa ergo BC affirmativa prima erit figura, et necessaria privatoria propositio. Quando vero ita se haberent propo- 40a30
sitiones, accidebat A C et contingere alicui non inesse et non inesse, quare et A B necessarium est cuidam non inesse. Cum vero priva- 41r
torium ponitur ad minus extremum, si quidem contingens, erit sillogismus transsumpta propositione, quemadmodum in priori- 40a35
bus, si vero non necessarium, non erit ; et enim omni necesse est et nulli contingit inesse. Termini omni inesse 'somnus, equus, dormiens', nulli 'somnus, equus vigilans, homo'.

Similiter autem se habebit et si hic quidem universaliter terminorum, hic vero in parte ad medium ; predicativis siquidem existentibus utrisque contingentis et non inherentis erit sillogismus, 40b1
et quando hoc quidem privatorium accipietur contingens hoc vero affirmativum, necessarium vero affirmativum. Cum vero privato-

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 3 necessarium] *om.* contingere² (*nΓ*)] + *μὴ ὑπάρχειν* 13 contingat²] *ὑπαρχέτω* 14-15 et — existens] *om.* 18 et (*C*)] *om.* 20 C² (*C*)] *om.* 25 ponitur] *τεθῇ* 27 non¹] *om.* 28 dormiens] + *ἄνθρωπος* 33 contingens] *om.*

Bn 13 continget (?) nulli C *marg.* 25 *an scribendum* ponatur ? 31 ad] a.b. 33 accipietur *ex* accipitur

40b5 rium necessarium, et conclusio erit non inesse ; idem enim erit modus demonstrationis qui et in universaliter terminis existentibus. Necesse est enim per primam figuram perfici sillogismos, quare quemadmodum in illis, et in his necesse est accidere. Quando vero privatorium universaliter acceptum ponetur ad minus extremum, 5
40b10 si quidem contingens, erit sillogismus per conversionem, si vero necessarium, nullatenus erit. Demonstrabitur vero ad eundem modum ad quem et in universalibus et per eosdem terminos. Manifestum est ergo et in hac figura quando et quomodo erit sillogismus, et
40b15 quando contingentis et quando existentis. Liquet vero et quoniam 10 omnes imperfecti, et quoniam perficiuntur per primam figuram.

[23] Quoniam ergo in his figuris sillogismi perficiuntur in prima figura per universales sillogismos et in hos reducuntur, liquet ex
40b20 his que dicta sunt ; quoniam vero simpliciter omnis sillogismus ita se habebit, nunc erit manifestum, cum demonstrabitur omnis qui 15 fit per harum aliquam figuram.

Necesse est autem omnem demonstrationem et omnem sillogismum aut inherens aut non inherens demonstrare, et hoc aut uni-
40b25 versaliter aut secundum partem ; amplius vel demonstrative vel ex hypotesi. Ex hypotesi vero pars est per impossibile. Primum 20 ergo dicamus de demonstrativis ; his enim ostensis manifestum
41v erit et in his qui ad impossibile et omnino in his qui ex hypotesi.
40b30 Si oportet vero A de B concludere aut inherens aut non inherens, necesse est accipere aliquid de aliquo. Si ergo A de B accipiatur, principium erit acceptum. Si vero de C, C autem de nullo, 25 neque aliud de illo, neque de A alterum, nullus erit sillogismus ;
40b35 uno enim de uno accepto nichil accidit ex necessitate. Quare assumendum et alteram propositionem. Si ergo accipiatur A de alio aut aliud de A, aut de C alterum, esse quidem sillogismum nichil prohibet, ad B tamen non erit per accepta. Neque quando C alteri, 30
41a1 et illud alii, et hoc alteri, non coheret autem ad B, neque sic erit ad B sillogismus. Omnino enim dicimus quoniam nullus umquam erit sillogismus alterius de altero nisi accepto aliquo medio, quo ad
41a5 utrumque se habeat aliquo modo predicamentis ; sillogismus siquidem simpliciter ex propositionibus est, sillogismus vero ad hoc ex ad 35

B (*dnCΓΛ* = Ω) 2 qui (? ὅσπερ : ὥσπερ *n*)] *om.* in] *om.* 12 perficiuntur (*d*)] + τε 14 omnis (Ω)] *om.* 18 inherens[1]] + τι 30 per (Ω)] *om.* *B*[1] 32 sillogismus (Ω)] + τοῦ α dicimus (*dnC*)] εἴπωμεν 33 quo] ὃ

Bn 30 per accepta] percepta 33 *an scribendum* quod ? 35 ex[2]] et

hoc propositionibus, sillogismus autem huius ad hoc ex huius ad hoc propositionibus. Impossibile vero ad B sumere propositionem nichil predicantes de eo neque abnegantes, aut rursus A ad B nichil commune accipientes sed de utroque quedam propria predicantes 41a10
aut abnegantes. Quare accipiendum aliquid medium utrisque, quod coniunget predicamenta, si erit huius ad hoc sillogismus. Si ergo necesse quidem aliquid accipere ad utraque commune, hoc vero contingit tripliciter (aut enim A de C et C de B predicantes, aut 41a15
C secundum utrumque, aut utraque secundum C), hec autem sunt supradicte figure, manifestum est quoniam omnem sillogismum necesse est fieri per has. Eadem enim ratio et si per ampliora concludat ad B ; eadem enim erit figura et in multis. 41a20

Quoniam ergo demonstrative concluduntur per predictas figuras, manifestum est ; quoniam vero et qui ad impossibile, clarum erit ex his. Omnes enim per impossibile concludentes mendacium quidem colligunt, quod vero est principale ex hypotesi demon- 41a25
strant, cum impossibile aliquid accidit contradictione posita, velut quoniam inequalis diametros eo quod fiant habundantia equalia perfectis equali posita. Equalia ergo fieri superflua perfectis colligitur, inequale vero esse diametrum ex hypotesi demonstrat ; nam 42r 41a30
mendacium accidit per contradictionem. Hoc enim erat per impossibile colligere, demonstrare aliquid impossibile per precedentem hypotesim. Quare quoniam mendacii fit sillogismus demonstrativus in his que ad impossibile deducuntur, principale vero ex hypotesi demonstratur, demonstrativos autem prius diximus quoniam per 41a35
has concluduntur figuras, manifestum est quoniam et per impossibile sillogismi per has erunt figuras. Similiter vero et alii omnes ex hypotesi ; in omnibus enim sillogismus fit ad assumptionem, primum vero concluditur secundum concessionem aut aliquam aliam hypotesim. Si autem hoc verum, omnem demonstrationem 41b1
et omnem sillogismum necesse est fieri per tres supradictas figuras. Hoc vero ostenso liquet quoniam omnis sillogismus et perficitur per primam figuram et reducitur in eos qui in hac sunt uni- 41b5
versales sillogismos.

[24] Amplius autem in omni oportet cathegoricum aliquem ter-

B (*dnCΓΛ* = Ω) 1 hoc² (Ω)] *τόνδε* B^1 11 has] + *τινὸς τῶν σχημάτων* 13 demonstrative] *οἱ δεικτικοὶ* 26 manifestum est (Ω)] + *οὖν* B^1 35 terminorum (Ω)] *τὸν ὅρον*

Bn 13 *an scribendum* demonstrativi ? 19 equali *ex* equalia

minorum esse et universaliter existere ; nam sine universaliter aut non erit sillogismus aut non ad propositum, aut primum repetetur.
41b10 Ponatur enim musicam voluptatem esse bonam. Si ergo dicat voluptatem esse bonam non apponens 'omnem', non erit sillogismus ; si vero quandam voluptatem, si quidem aliam, nichil ad propositum, si autem ipsam eandem, primum accipit. Magis autem fit ma-
41b15 nifestum in descriptionibus, velut quoniam isoskeles equales ad basim. Sint ad centrum ducte AB. Si ergo equalem accipiat AC angulum ad BD non omnino dicens equales semicirculorum, et rursus C ad D non omnem assumens angulum abscisionis, amplius
41b20 autem si equalibus existentibus angulis omnibus et ablatis equales esse reliquos EZ, primum repetetur, nisi acceperit ab equalibus equalibus ablatis equalia relinqui. Manifestum est ergo hoc quoniam in omni oportet universaliter esse, et quoniam universaliter quidem ex omnibus terminis universaliter monstratur, in parte
41b25 vero et hoc modo et illo, quare si sit quidem conclusio universaliter, et terminos necesse est univeraliter esse, si vero termini univer-
42v saliter, contingit conclusionem non esse universaliter. Patet vero et quoniam in omni sillogismo aut utrasque aut alteram propositionem similem necesse est fieri conclusioni. Dico autem non solum
41b30 in eo quod affirmativa est vel negativa, sed et necessaria et inherens aut contingens. Considerare autem oportet et alia predicamenta.

Manifestum est autem et simpliciter quando erit et quando non erit sillogismus, et quando imperfectus et quando perfectus, et quoniam, si sit sillogismus, necesse est habere terminos secundum ali-
41b35 quem dictorum modorum.

[25] Liquet vero et quoniam omnis demonstratio erit ex tribus terminis et non amplioribus, si non per alia et alia eadem conclusio fiat, velut E et per AB et per CD, aut per AB et AG et BG ; plura enim media eorundem nichil esse prohibet. His vero existentibus
42a1 non unus sed plures ⟨sunt⟩ sillogismi. Aut rursus cum utrumque A B per sillogismum accipientur, velut A per DE et item B per CF, aut hoc quidem inductione, hoc vero sillogismo. Sed et sic plures

---

B (*dnCΓΛ* = Ω) 2 propositum (*C*)] κείμενον 4 apponens (Ω)] προσθῇ B^1 5 propositum (*dC*)] κείμενον 11 autem (*C*)] *om.* si (? ἂν)] ἀπ' et (*n*)] ἴσων 13 hoc] *om.* 25 imperfectus] δυνατὸς 30 AG et BG (*n*)] σγδ 33 C] ζ

Bn 7 velut + si (*expunct.*) 12 EZ] et 13 equalibus *marg.* est *s. add.* 19 utrisque 28 *spatium tituli vacuum* 32 sunt *om.*

sillogismi ; plures enim conclusiones sunt, velut et A et B et G. Si 42a5
vero non plures sed unus, ita quidem contingit fieri per ampliora
eandem conclusionem, quemadmodum autem G per AB, impossi-
bile. Esto enim E conclusum ex ABCD. Ergo necesse est aliquid
eorum ad aliud accipi, hoc quidem ut totum, hoc vero ut partem ; 42a10
hoc enim ostensum est prius, quoniam si sit sillogismus necessa-
rium est ita aliquos se habere terminorum. Habeat ergo A ita se
ad B. Est igitur aliqua ex his conclusio. Ergo aut E aut ex C D
alterum aut aliud quid preter ista. Et si quidem E, ex AB tantum
erit sillogismus. C D vero si quidem habeant se ita ut sit hoc qui- 42a15
dem ut totum hoc vero ut pars, erit aliquid et ex his, et aut E aut
ex A B alterum aut aliud quid preter ista. Et si quidem E aut ex
A B alterum, aut plures erunt sillogismi, aut si⟨cut⟩ contingebat
idem quidem per plures terminos concludi accidit ; si autem aliud 42a20
quid preter hec, plures erunt et disiuncti sillogismi ad invicem. Si
vero non sic se habeat C ad D ut faciat sillogismum, frustra erunt
accepta, ni inductionis aut occultationis gratia aut alicuius alius
talium.

Si vero ex AB non E sed ex alia aliqua fiat conclusio, ex C D 42a25
43r
autem aut horum alterum aut aliud preter ista, et plures sillogismi
fiunt et non ex proposito ; proponebatur enim esse E sillogismum.
Si autem non fit ex CD nulla conclusio, et frustra accepta esse hec
accidit et non eius quod primum fuerat esse sillogismum. Quare 42a30
manifestum est quoniam omnis demonstratio et omnis sillogismus
erit ex tribus terminis tantum.

Hoc vero manifesto liquet quoniam ex duabus propositionibus,
non pluribus ; tres enim termini due propositiones, ni accipiatur,
quemadmodum in prioribus dictum est, ad perfectionem sillogis- 42a35
morum. Manifestum est ergo quod in qua oratione sillogistica non
pares sunt propositiones per quas fit conclusio propria (quasdam
enim superiorum conclusionum necessarium est esse propositio-
nes), oratio hec aut non concluditur aut plura necessariis interro-
gavit ad propositum.

Secundum ergo proprias propositiones acceptis sillogismis, om- 42b1
nis erit sillogismus et ex propositionibus quidem paribus et termi-

---

Bn 2 vero (*A*)] δ' οὖν 5 eorum] *om.* 14 quidem] *om.* 19 ex²] *om.* 20 horum (*Ω*)] τοῦτο 35 et¹] *om.* et²] ἐξ

Bn 3 B *s. add.* 4 ex] et 10 *post* sillogismus *spatium tituli vacuum* 12 aut² *ex* ad 13 sicut] si 35 et²] *an scribendum* ex ?

nis vero imparibus ; semper enim plures termini propositionibus.
42b5 Erunt autem conclusiones dimidium propositionum. Cum vero per incidentes sillogismos concluditur aut per plura media discreta, velut AB per CD, multitudo quidem terminorum eodem modo uno superabit propositiones (aut enim exterius aut in medio ponetur in- 5
cidens terminus ; utroque vero modo accidit uno pauciora esse spa-
42b10 tia terminis), propositiones vero equales spatiis ; non tamen semper he quidem equales erunt hi vero habundantes, sed in permutatione, cum quidem propositiones pares, habundantes termini, cum vero termini pares, habundantes propositiones ; cum termino enim una 10
additur propositio, undecumque ergo addatur terminus. Quare,
42b15 quoniam he pares hi vero habundantes erant, necesse est permutari eadem additione facta. Conclusiones vero nequaquam eundem habebunt ordinem neque ad terminos neque ad propositiones ; uno enim termino addito conclusiones addentur uno pauciores priori- 15
42b20 bus terminis ; ad solum enim ultimum terminum non facit conclusionem, ad alios vero omnes, velut si ad ABC apponatur D, statim et conclusiones due adduntur, hec autem ad A et hec ad B. Simi-
43v liter autem et in aliis. Et si in medio incidat, eodem modo ; ad unum
42b25 enim solum non faciet sillogismum. Quare multo plures conclusio- 20
nes et terminis erunt et propositionibus.

[26] Quoniam vero habemus de quibus sunt sillogismi, et quales in unaquaque figura et quotiens ostenditur, manifestum nobis est
42b30 et que questio difficilis et que ad probandum facilis ; que enim in pluribus figuris et per plures modos concluditur facilior, que vero 25
in paucioribus et per pauciores difficilior. Affirmativum igitur universale per primam figuram ostenditur solam, et per hanc semel ;
42b35 privatorium vero et per primam et per mediam, et per primam quidem semel, per mediam vero bis ; in parte vero affirmativum per primam et per ultimam, semel quidem per primam, ter vero 30
per ultimam. Privatorium vero secundum partem in omnibus figuris ostenditur, tamen in prima quidem semel, in media vero bis, in
43a1 ultima autem ter. Manifestum est ergo quoniam universale affirmativum astruere quidem difficillimum, destruere vero facile. Omnino autem est destruenti quidem universalia particularibus faci- 35

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 1 semper] ἑνὶ 16 terminum] *om.* 18 due (*Ω*)] *om. B*¹ 22 quales (*Λ*)] ποῖον 29 affirmativum (*Ω*)] + καὶ 35 facilius] ῥᾷω

Bn 30 per² *s. add.*

lius ; et enim si nulli et si cuidam non insit, interimitur ; horum vero non cuidam quidem in omnibus figuris ostenditur, nulli vero 43a5
in duabus. Ad eundem vero modum et in privatoriis ; et enim si omni et si cuidam, interimitur primum ; hoc autem erat in duabus
5 figuris. In particularibus vero semel, aut omni aut nulli ostendenti inesse. Astruenti autem facile particularia ; et enim in pluribus fi- 43a10
guris et per plures modos. Omnino autem non oportet latere quoniam destruere quidem per alterutrum est et universalia per particularia et hec per universalia, astruere autem non est per parti-
10 cularia universalia, per illa autem hec est. Simul vero liquet quoniam et destruere est astruere facilius. 43a15

Quomodo ergo fit omnis sillogismus et ex quot terminis et propositionibus, et quomodo se habentibus ad invicem, ad hec autem que questio in unaquaque figura et que in pluribus et que in pau-
15 cioribus ostenditur, patet ex his que dicta sunt.

[27] De facultate propositionum. — Quomodo autem suffi- 43a20
ciemus ad propositam semper conclusionem, et per quam viam ac- *44r*
cipiemus circa unumquodque principia, nunc iam dicendum ; non enim solummodo fortasse oportet quomodo fiant considerare sil-
20 logismos, sed et facultatem habere faciendi.

Omnium autem que sunt hec quidem sunt huiusmodi ut de nullo 43a25
altero predicentur vere universaliter, velut Cleon et Callias et singulare et sensibile, de his autem alia (et enim homo et animal uterque horum est) ; hec vero autem ipsa quidem de aliis predicantur,
25 de his autem alia superius non predicantur ; hec vero ipsa de aliis 43a30
et ipsis alia, velut homo de Callia et de homine animal. Quoniam ergo eorum que sunt quedam de nullo nata sunt dici, manifestum est ; sensibilium enim fere singulum est huiusmodi ut non predicetur de aliquo, excepto secundum accidens ; dicimus enim aliquando 43a35
30 album illud Socratem esse et adveniens Calliam. Quoniam vero et ad suprema ascendentibus statur aliquando, rursus dicemus ; nunc autem sit hoc positum. De his ergo non est ostendere predicatum aliud, ni secundum opinionem, sed hec de aliis ; neque singularia 43a40
de aliis, sed alia de illis. Que vero in medio liquet quoniam utro-

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 5 ostendenti (*n*)] δείξαντα 6 facile] ῥᾴω 16 sufficiemus] + αὐτοὶ 17 conclusionem] συλλογισμῶν 24 vero autem] δὲ 31 suprema (*n*)] τὸ ἄνω

Bn 10 universalia *ex* universa 34 utrumque

que modo contingit ; et enim ipsa de aliis et alia de his dicentur, et fere orationes et considerationes sunt maxime de his.

43b1 Oportet autem propositiones circa unumquodque ita accipere, subpositum ipsum primum et diffinitiones et quecumque propria rei sunt, item post hec quecumque sequuntur rem, et rursum que
43b5 res sequitur, et quecumque non contingit ei inesse. Quibus vero ipsi non contingit, nequaquam accipiendum eo quod convertitur privatorium. Dividendum autem et sequentium et quecumque in eo quod quid est et quecumque propria et quecumque sicut accidentia predicantur, et horum que secundum opinionem et que se-
43b10 cundum veritatem ; quanto siquidem amplioribus talibus habundat quis, citius accedet conclusioni, quanto vero verioribus, magis demonstrabit.

Oportet autem eligere non consequentia cuidam, sed quecumque rem consequuntur totam, velut non quid quendam hominem sed quid omnem hominem sequitur ; ex universalibus enim proposi-
43b15 tionibus sillogismus. Indeterminata ergo existente incertum si universaliter sit propositio, determinata vero manifestum. Similiter
44v vero eligendum et ea que id consequitur tota, propter dictam causam. Ipsum vero consequens accipiendum non totum sequi, dico autem velut hominem omne animal aut musicam omnem scientiam, sed tantum simpliciter sequi, quemadmodum et proponi-
43b20 mus ; et enim inusitatum alterum et impossibile, velut omnem hominem ⟨esse⟩ omne animal vel iustitiam omne bonum. Sed cui consequitur in illo omni dicitur. Quando autem sub aliquo continetur propositum cui consequentia oportet accipere, universale quidem consequentia vel non consequentia non eligendum in his
43b25 (accepta sunt enim in illis ; quecumque enim animal, et hominem consequuntur, et quecumque non insunt, similiter), circa singula autem propria accipiendum diversa ; sunt enim quedam speciei propria preter genus ; necesse est enim diversis speciebus propria quedam inesse. Neque autem universali eligendum que sequitur
43b30 quod continentur, velut animali que sequitur homo ; necesse est siquidem, si hominem sequitur et animal, et hec omnia sequi. Fami-

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 5 hec] *τοῦτο* 7 ipsi] *αὐτὸ* nequaquam accipiendum (*οὐκέτι λητπτέον n*)] *οὐκ ἐκλητπτέον* 12 verioribus (*Ω*)] *ἀληθέστερον B*¹ 26 propositum (*n*)] *τὸ ὑποκείμενον* 30 diversa (? *ἀλλότρια Λ*)] *om.* 34 siquidem (*n*)] *γὰρ* et¹] *om.*

Bn 8-11 privatorium — quanto *in ras.* 15 quod

liariora vero ista in hominis electione. Accipiendum autem et ut in pluribus sequentia et que sequuntur ; ex eorum enim que ut in pluribus sunt questionibus et sillogismus ex eorum que ut in plu- 43b35
ribus propositionibus, aut omnibus aut quibusdam ; similis enim uniuscuiusque conclusio principiis. Amplius omnibus consequentia non eligendum ; non enim erit sillogismus ex ipsis. Propter quam vero causam, in sequentibus erit manifestum.

[28] Astruere quidem volentibus de aliquo omni in eius quidem 43b40
quod astruitur videndum subiecta, de quibus illud est dictum, de quo autem oportet predicari, quecumque huic consequuntur ; si enim aliquid horum fuerit idem, necesse est alterum alteri inesse. Si vero non quod omni sed quia cuidam, que sequitur utrumque ; 44a1
si enim aliquid horum idem sit, necesse est alicui inesse.

Cum autem nulli oportuerit inesse, cui quidem non oportet inesse, in consequentia, quod vero oportet non inesse, in que non contingit illi adesse ; aut e converso, cui quidem opportet non inesse, que non contingit illi adesse, quod vero oportet non inesse, ⟨.... 44a5
.....⟩
et que diversa aut contraria ; primum quidem quoniam propter 44b39
46r
medium consideratio, medium vero non diversum sed idem oportet accipere. Item in quibuscumque accidit fieri sillogismum accipiendo contraria aut non contingentia eidem inesse, in predictos omnes reducetur modos, velut si B et F contraria vel non contingat eidem inesse ; erit siquidem his acceptis sillogismus quoniam nulli E A inest, sed non ex ipsis sed ex predicto modo ; B enim A quidem omni, E vero nulli inerit, quare necesse est idem esse B cuidam H. Rursus si B et G non contingit eidem adesse, quoniam 45a10
cuidam E non inerit A ; et enim ita media erit figura ; B enim A quidem omni, G vero nulli inerit, quare necesse est B idem cuidam H. Nam non contingere B G eidem inesse nichil differt quam B H cuidam idem esse ; omnia enim acceptum est non contingentia E 45a15
inesse.

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 2 ex] *om.* 8 quidem] + *οὖν* 16 non (*Ω*)] *om. B*¹ 17 oportet (*m, et C secundum Waitz*)] *om.* 19 et (*ΓΛ*)] + *οὐχ* 21 quibuscumque (*Γ, cf. nΛ*)] + *καὶ* 23 omnes (*fmuB*²)] *ἅπαν* : *ἅπαντα nC* 29 cuidam] + *εἶναι*

Bn 2 ex] et (*del.*) ex 11 fuerint 12 omni sed] omnis 14 *spatium tituli vacuum* 15 non¹ *s. add.* 17-18 *folium abscissum deest, pro quo folium eiusdem codicis, capitula* IX *et* X LIBRI DE INTERPRETATIONE *continens* (19a33-30a32 Bekker), *insertum est* 19 *ante* primum *spatium tituli vacuum* 30 non *s. add.* eidem] idem

Manifestum est ergo quoniam ex ipsis quidem his respectibus nullus fit sillogismus, necesse est autem, si B et F contraria, idem
45a20 cuidam H esse B et sillogismum fieri ex his. Accidit vero ita considerantibus perspicere aliam viam a necessaria eo quod lateat aliquando identitas B et H.

[29] Eundem vero modum habent et qui ad impossibile deduc-
45a25 centes sillogismi demonstrativis ; nam et isti sunt ex consequentibus et que sequitur utrumque. Et eadem consideratio in ambobus ; quod enim demonstrative ostendetur, et per impossibile est concludere et per eosdem terminos, et quod per impossibile, et demonstrative, velut quoniam A nulli E inest. Ponatur enim alicui
45a30 inesse ; quoniam ergo B omni A, A vero cuidam E, B vero cuidam E inerit ; sed nulli inerat. Rursus quoniam cuidam inest ; si enim nulli E A, E vero omni G, nulli G inerit A ; sed omni inerat. Similiter autem et in aliis questionibus ; semper enim et in omnibus
45a35 erit per impossibile ostensio ex sequentibus et his que sequitur utrumque. Et secundum unamquamque questionem eadem consideratio et demonstrative volenti concludere et ad impossibile deducere ; nam ex eisdem terminis utreque demonstrationes, velut
46v
45a40 si ostensum sit nulli E inesse A, quoniam accidit et B cuidam E inesse, quod est impossibile ; si accipiatur nulli quidem E, omni
45b1 vero A inesse B, manifestum est enim quoniam nulli E A inerit. Rursus si demonstrative conclusum sit A E nulli inesse, per hypotesim ponentibus inesse per impossibile demonstrabitur nulli inherens. Similiter vero et in aliis ; in omnibus enim sillogismis per
45b5 impossibile communem aliquem sumere terminum alium a propositis, ad quem erit mendacii sillogismus, quare conversa hac propositione, altera vero similiter se habente, demonstrative erit sillogismus per eosdem terminos. Differt enim demonstrativus ab eo qui ad impossibile, quoniam in demonstrativo quidem secundum
45b10 veritatem utreque ponuntur propositiones, in eo vero qui ad impossibile falso una.

Ista ergo erunt manifestiora ex sequentibus, cum de impossibili dicemus ; nunc vero tantum nobis sit manifestum, quoniam ad

---

B (*dnCΓΛ* = Ω) 4 aliquando (*nΓΛ*)] *om.* 7 sunt] *γίγνονται* 9 ostendetur] *δείκνυται* 12 vero²] *om.* 22 enim] *om.* 24 inesse (Ω)] + *τινὶ* 25 enim] + *ἀνάγκη* 25-26 per impossibile (*n*)] *om.* 27 erit (Ω)] *ἐστὶ* 28 demonstrative (*d*)] *δεικτικὸς* erit (Ω)] *ἐστι*

Bn 7 sunt] *an scribendum* fiunt ? 9 *an scribendum* ostenditur ? 28 habentem

eadem inspiciendum et demonstrative volentibus concludere et ad impossibile ducere, in aliis vero sillogismis qui sunt ex hypotesi, velut quicumque secundum assumptionem vel secundum qualitatem, in subiectis, non in his que a principio sed in assumptis, erit consideratio, modus autem idem speculationis. 45b15

Attendere vero oportet et dividere quot modis qui ex hypotesi. Ostenditur ergo unaqueque questionum ita, est vero et ex aliis modis quedam horum concludere, velut universalia ex consideratione secundum partem ex hypotesi. Si enim C et G eadem sint, solis vero accipiatur D E inesse, omni E A inesset. 45b20 45b25

Et rursus, si D et G eadem, de solis vero G E predicetur, quoniam nulli E A inerit, manifestum est ergo quoniam et ita considerandum. Ad eundem vero modum et in necessariis et in contingentibus ; eadem enim speculatio, et ex eisdem terminis erit ordine et contingentis et inherentis sillogismus. Accipiendum vero et in contingentibus et non existentia, possibilia vero esse ; ostensum est enim quoniam ex his fit contingentis sillogismus. Similiter autem habebit et in aliis predicamentis. 45b30 47r 45b35

Manifestum est ergo ex his que dicta sunt quoniam non solum contingit per hanc viam fieri omnes sillogismos, sed quoniam per aliam impossibile. Omnis namque sillogismus ostensus est per aliquam predictarum figurarum fieri, has vero non contingit per aliam constituere nisi per consequentia et que sequitur unumquodque ; ex his enim propositiones et medii assumptio, quare neque sillogismum contingit fieri per alia. 45b40 46a1

[30] Ratio ergo secundum omnia eadem et circa philosophiam et circa artem qualemcumque et doctrinam ; oportet enim inherentia et quibus inherent circa singula speculari, et his utpote multiplicibus habundare, et hec per tres terminos considerare, destruentem sic quidem, astruentem vero sic, et secundum veritatem quidem ex descriptis esse secundum veritatem, in dialecticis vero sillogismis ex propositionibus secundum opinionem. Principia vero sillogismorum universaliter quidem dicta sunt, et quemadmodum se habent et ad quem modum venantur eas, ut non aspicia- 46a5 46a10

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 1 volentibus (*nΓΛ*)] *βουλομένῳ* 7 ex aliis modis] *ἄλλον τρόπον* 15 et[2]] *om.* 18 habebit (*nΓΛ*)] *om.* 26 ratio (*μέθοδος nΛ*)] *ὁδὸς* 30 et] *om.* 31-32 in dialecticis ... sillogismis] *εἰς ... τοὺς διαλεκτικοὺς συλλογισμοὺς* 34 venantur] *δεῖ θηρεύειν*

Bn 11 *spatium tituli vacuum* 31-32 *an scribendum* dialecticos ... sillogismos ?

mus ad omnia que dicta sunt, neque ad eadem astruentes et destruentes, neque astruentes de omni vel quodam et destruentes ab
46a15 omnibus aut quibusdam, sed ad pauciora et determinata, secundum unumquodque vero eligere eorum que sunt, velut in bono aut disciplina. Separatim vero secundum unamquamque sunt plurime. Ideo principia quidem circa unumquodque est experimenti tradere. Dico autem velut astronomicum quidem experimentum
46a20 astronomice discipline ; assumptis enim sufficienter manifestis ita invente sunt astronomice demonstrationes. Similiter vero et circa aliam quamlibet artem et disciplinam. Quare si accipiantur inherentia circa singulum, nostrum iam demonstrationes prompte de-
46a25 clarare. Si enim nichil secundum experientiam relinquitur vere inherentium rebus, habebimus de omni de quo quidem ostensio, eam invenire et ostendere, de quo vero non est natum ut demonstretur, hoc facere manifestum est.

Universaliter ergo, quemadmodum oportet propositiones eligere,
46a30 dictum est fere ; diligenter vero pertransivimus in negotio circa dialecticam.

47v [31] Quoniam autem ex generibus divisio parva quedam particula est eius que dicta est rationis, facile agnoscere ; est enim divisio velut infirmus sillogismus ; quod enim oportet ostendere ut concessum ponit, concludit vero semper aliquid superiorum. Pri-
46a35 mum hoc ipsum latuit utentes ea omnes, et persuadere conabantur etsi esset possibile circa substantiam demonstrationem fieri et eius quod quid est. Quare neque quoniam contingit concludere videntes intellexerant, neque quoniam sic contingebat quemadmodum diximus. In demonstrationibus ergo, cum oporteret aliquid colligere esse, semper convenit medium, per quod fit sillogismus,
46b1 minus semper et non universale primo extremorum ; divisio vero contrarium vult ; universale enim accipit medium. Esto enim 'animal' quidem pro quo A, 'mortale' vero pro quo B, et 'immortale'
46b5 pro quo C, 'homo' vero, cuius rationem oportet accipere, pro quo D. Omne vero animal accipit aut mortale aut immortale ; hoc vero, quodcumque fuerit A, omne esse aut B aut C. Rursus hominem

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 5 vero (*dn*)] + καὶ 10 quamlibet] + ἔχει 25 quoniam (*Λ*, *Waitz*)] ὅ τι 28 semper] *om.* 29 semper] + εἶναι 31 quidem (*nΓΛ*)] *om.* 33 vero²] + ἐστιν

Bn 2 de *s. add.* 6 experimenti *ex* experimenta (?) 27 *spatium tituli vacuum*

semper dividens ponit animal esse, quare secundum D A accipit esse. Sillogismus ergo est quoniam D aut B aut C omne erit, quare 46b10 hominem aut mortale aut immortale oportet accipere mortale quidem aut immortale necessarium esse, animal mortale vero non necessarium esse, sed ut concessum ponitur; hoc vero erat quod oportuit concludere. Et rursus ponens A quidem 'animal mortale', pro quo vero B 'habens pedes', pro quo vero C 'sine pedibus', 'hominem' vero D, eodem modo assumit A quidem aut in B aut in C 46b15 esse (omne animal enim mortale aut habens pedes aut sine pedibus est), secundum D vero A (hominem enim animal mortale esse accepit) ; quare habens pedes quidem aut sine pedibus esse animal necesse est hominem, habentem vero pedes non necesse, sed accipit ; hoc vero erat quod oportuit rursum ostendere. Et ad hunc 46b20 quidem modum semper dividentibus universale quidem accidit eis medium sumere, de quo oportet ostendere et differentias extrema. Finem vero, quoniam hoc est homo aut quidlibet fuerit quod queritur, nichil dicunt manifestum quod necessarium sit; et enim aliam *48r* viam faciunt omnem, neque convenientes facultates arbitrantes 46b25 existere.

Manifestum vero quia neque astruere hac via est neque de accidenti vel proprio concludere, neque de genere, neque in quibus ignoratur utrum sic aut sic se habet, velut utrum diametros inequalis aut equalis. Si enim acceperit quoniam omnis longitudo aut 46b30 equale aut inequale, diametros vero longitudo, concluditur quoniam inequalis aut equalis diametros ; si vero accipiatur inequale, quod oportuit conclusum esse, accipietur. Non igitur est demonstrare ; namque via ea est, per hanc vero non est ostendere. 'Equale vel inequale' pro quo A, 'longitudo' B, 'equale aut inequale diametros' 46b35 C. Manifestum est ergo quoniam neque ad omnem speculationem congruit investigationis modus, neque in quibus maxime videtur convenire, in his est utilis. Ex quibus ergo demonstrationes fiunt et quomodo, et in que aspiciendum unamquamque questionem, manifestum ex his que dicta sunt.

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 3 autem² — mortale² (*nΛ, cf. Γ*)] *om.* 13 et (*Ω*)] *om.* 15 quo (*Γ*)] + δὲ oportet (*dC* : δέοι *n* : ἔδει *AΓΛ*)] *om.* 27 ostendere (*nCΛ*)] *om.* 27-28 equale vel inequale (*nCΛ*)] ἀσύμμετρον ἢ σύμμετρον 28 equale aut inequale (*Λ*)] *om.*

Bn 17 dicunt + quod (*expunct.*) 22 hab< > (*verbum decisum* ; *an* habeat ?) velut] vel

47a1 [32] Quomodo autem reducamus sillogismos in predictas figuras, dicendum est post hec ; reliquum enim adhuc hoc ex speculatione. Si enim et generationem sillogismorum consideremus et inveniendi habeamus facultatem, et adhuc autem natos resolvamus in predic-
47a5 tas figuras, finem habebit a principio propositio. Accidet vero simul et protinus dicta confirmari et manifestiora esse, quoniam ita se habent, per ea que nunc dicenda sunt ; oportet enim omne verum ipsum seipso manifestum esse semper.

47a10 De resolutione sillogismorum.— Primum ergo oportet temptare duas propositiones sillogismi absumere (facile enim in maiora dividere quam in minora, maiora vero composita quam ex quibus), dehinc speculari que in toto et que in parte, et, si non utreque ac-
47a15 cepte sint, ipsum ponentem alteram. Aliquando enim universalem proponentes quam in ea non accipiunt, neque scribentes neque interrogantes ; aut istas quidem proponunt, ex quibus vero conclu-
48v duntur omittunt, alia vero frustra interrogant. Scrutandum vero et si quid superfluum sumatur et quid necessariorum pretermissum
47a20 est, et hoc quidem ponendum hoc vero auferendum donec veniat quis ad duas propositiones ; nam sine his non est reducere ita propositas orationes. Quorundam ergo facile agnoscere quod deest, quidam vero latent et videntur aliquid concludere eo quod necessarium aliquid accidat ex his que posita sunt, velut si acceptum sit
47a25 num substantia interempta non interimi substantiam, ex quibus vero est interemptis, et quo ex his corrumpi ; his enim positis necesse est substantie partem esse substantiam, non tamen conclusum est per accepta, sed desunt propositiones. Rursus si homine existente
47a30 necesse est animal esse et animali substantiam, homine existente necesse est substantiam ; sed nondum conclusum est ; non enim se habent he propositiones ut diximus. Decipimur vero in huiusmodi eo quod necessarium aliquid accidit ex his que ponuntur, quoniam et sillogismus necessarium est. In pluribus vero necessarium aut
47a35 sillogismus ; namque sillogismus omnis necessarium, necessarium vero non omne sillogismus. Quare non, si aliquid accidit positis quibusdam, temptandum reducere statim, sed primum accipiendum

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 1 reducamus] *ἀνάξομεν* 4 et] *om.* 15 vero] + *αὖται* 16 vero² (*n*)] *οὖν* 17 et¹] *om.* 21 aliquid (*nΛ*)] *om.* 23 num] *μὴ* 24 quo] *τὸ* 28 substantiam] + *εἶναι*

Bn 1 *an scribendum* reducemus ? 14 quam] que 20 facilis 23 num] *an scribendum* non ? 28 nundum 31 aut] 〈 〉 (*verbum decisum* ; *an* vel ?)

duas propositiones, deinde sic dividendum in terminos, medium vero ponendum terminorum in utrisque propositionibus, dictum ; necesse est enim medium in utrisque esse propositionibus in omnibus figuris. Si ergo predicetur et predicetur medium, aut ipsum 47b1
quidem predicetur, aliud vero de eo abnegetur, prima erit figura ; si vero et predicet et abnegetur ab aliquo, media erit figura ; si vero alia de eo predicentur, aut hoc quidem predicetur, hoc vero abnegetur, ultima. Ita enim se habebat in ultima figura medium. 47b5
Similiter vero et si non universaliter fuerint propositiones ; eadem enim determinatio medii. Manifestum est ergo in qua oratione non dicitur idem sepius, non fit sillogismus ; non enim acceptum est medium. Quoniam vero habemus que in unaquaque figura conclu- 47b10
ditur questionum, et in qua universale et in qua particulare, manifestum est quoniam non ad omnes figuras aspiciendum, sed uni- *49r*
uscuiusque questionis ad propriam. Quecumque vero in pluribus concluduntur, medii positione cognoscimus figuram.

[33] Sepe ergo decipi accidit circa sillogismos propter necessa- 47b15
rium, quemadmodum dictum prius, aliquando vero propter similitudinem terminorum positionis ; quod non convenit latere nos. Velut si A de B dicitur et B de C ; videbitur enim ita habentibus se terminis esse sillogismus, non fit autem neque necessarium nichil 47b20
neque sillogismus. Esto enim pro quo A 'semper esse', pro quo vero B 'gloriosus Aristomenes', pro quo autem C 'Aristomenes'. Verum quidem A B inesse ; semper enim gloriosus Aristomenes, sed et B C ; Aristomenes enim est gloriosus Aristomenes. A vero C non inest ; 47b25
mortuus est enim Aristomenes. Non igitur fiebat sillogismus ita se habentibus terminis, sed oportuit universaliter AB accipi propositionem. Hoc vero falsum est dicere omnem gloriosum Aristomenem semper esse, cum mortuus sit Aristomenes. Rursus esto qui- 47b30
dem pro quo C 'Micalos', pro quo vero B 'musicus Micalos', pro quo vero A 'mori cras'. Verum autem B de C predicari ; nam Micalos est musicus Micalos. Sed et A de B ; moriatur enim cras musicus Micalos, A vero de C falsum. Hoc autem idem est priori ; non enim 47b35

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 3 propositionibus] *om.* 4-5 predicetur[1,3] (subiciatur ... praedicetur *Λ*)] κατηγορῇ ... κατηγορῇ 6 erit figura] *om.* 7-8 predicetur ... abnegetur] ἀπαρνῆται ... κατηγορῆται 10 ergo] + ὡς 11 sepius] + ὅτι 18 dictum] εἴρηται 24 enim] + ἐστι 26 igitur (*n*)] γὰρ 31 predicari] κατηγορεῖν

Bn 4-5 predicetur[1,3]] *an scribendum* predicet ? 5 abnegetur : ab *correctum est* 18 dictum] *an addendum* est ? 31 *an scribendum* predicare ?

verum universaliter, Micalos musicus quoniam moritur cras ; hoc vero ⟨non⟩ accepto non erat sillogismus.

Hec ergo deceptio fit ex pauco aliter ; quasi enim nichil differens dicere hoc huic inesse aut hoc huic omni inesse, concedimus.

48a1 [34] Sepe vero mentiri accidet eo quod non bene expositi sint secundum propositionem termini ; velut si A quidem sit 'sanitas', pro quo vero B 'languor', pro quo autem C 'homo'. Verum enim 48a5 dicere quoniam A nulli B contingit inesse (nulli enim languori sanitas inest), et rursus quoniam B omni C inest (omnis enim homo susceptibilis languoris). Videbitur ergo accidere nulli homini contingere sanitatem inesse. Huius vero causa non bene expositos esse terminos secundum locutionem, quoniam transsumptis his que 48a10 sunt secundum habitus non erit sillogismus, velut pro sanitate qui- 49v dem si ponatur 'sanum', pro languore vero 'languens'. Non enim verum dicere quod non contingit languenti sanari inesse. Hoc vero ⟨non⟩ accepto non fit sillogismus, nisi contingentis ; hoc vero non 48a15 impossibile ; contingit enim nulli homini inesse sanitatem. Rursus in media figura similiter erit mendacium ; sanitatem enim languori quidem nulli, homini vero omni contingit inesse, quare nulli homini languorem. In tertia vero figura secundum contingens accidit mendacium. Et enim sanitatem ⟨et⟩ languorem et scientiam et 48a20 ignorantiam et omnino contraria omni eidem contingit inesse, alterutrum vero impossibile. Hoc vero manifestum ex his que predicta sunt ; quoniam enim eidem plurima contingit inesse, contingit et alterutrum.

Manifestum est ergo quoniam in omnibus his deceptio fit prop- 48a25 ter terminorum expositionem ; transsumptis enim his que sunt secundum habitus nullum fit mendacium. Liquet ergo quoniam secundum huiusmodi propositiones semper quod est secundum habitum pro habitu transsumendum et ponendum terminum.

[35] Non oportet autem terminos semper querere nomine expo- 48a30 ni ; sepe enim erunt termini quibus non positum nomen. Ideo et difficile reducere huiusmodi sillogismos. Aliquando vero et decipi continget propter huiusmodi inquisitionem, velut quoniam non

---

B (*dnCΓΛ* = Ω) 7 autem (Ω)] *om.* 22 omni (*nΛ*)] *om.* 24 quoniam] ὅτε contingit¹ (*Λ* : ἐνδέχοιτο *n*)] ἐνεδέχετο contingit² (*Λ*)] ἐνεδέχετο 32 termini (*Λ*)] λόγοι et (*nΛ*)] *om.*

Bn 2 non¹ *om.* 10 videbitur *ex* videatur accedere 11 expositio 16 non¹ *om.* 20 *spatium tituli vacuum* 21 et² *om.* 24 quoniam] *an scribendum* quando ?

habentium medium erit sillogismus. Esto A 'duo recti', pro quo B 'triangulus', pro quo vero C 'isoskeles'. C ergo inest A per B, B vero 48a35
nequaquam per aliud ; secundum se enim triangulus habet duos rectos, quare non erit medium AB demonstrabili existente. Mani-
festum est enim quoniam medium non ita semper accipiendum sicut hoc aliquid, sed aliquando orationem, quod contingit et in eo quod dictum est.

[36] Inesse vero primum medio et hoc extremo non oportet acci- 48a40
pere quasi semper predicandis alterutrum similiter et primum de 48b1
medio et hoc de extremo. Et in non esse vero similiter. Sed quotiens esse dicitur et verum dicere hoc, totiens videri oportet significare et esse. Velut quoniam contrariorum una est scientia. Esto 48b5 5or
enim A 'unam esse scientiam', 'contraria vero invicem' pro quo B. A vero B inest non quasi contraria, unam esse eorum scientiam, sed quoniam verum dicere de eis unam eorum scientiam.

Accidit autem aliquando quidem de medio primum dici, medium 48b10
vero de tertio non dici, velut si sapientia est scientia, boni vero est sapientia, scientia ; conclusio quoniam boni est scientia ; bonum quidem non est scientia, sapientia vero est scientia. Aliquando autem medium quidem de tertio dicitur, primum vero de medio non 48b15
dicitur, velut si qualis est omnis scientia aut contrarii, bonum vero et contrarium et quale, conclusio quidem quoniam boni scientia est, non est vero bonum scientia neque quale neque contrarium, sed bonum est scientia, sed bonum hec. Amplius autem neque pri- 48b20
mum de medio neque hoc de tertio, primo de tertio aliquando quidem dicto aliquando vero non dicto, velut si cuius scientia est, est huius genus, boni vero est scientia, conclusio quoniam boni est genus. Predicatur autem nullum de nullo. Si vero cuius est disciplina, genus est hoc, boni vero est disciplina, conclusio quoniam bonum 48b25
est genus. De extremo quidem predicatur primum, secundum alterna vero non dicitur. Ad eundem vero modum et in non esse accipiendum. Non emin semper significat non inesse hoc huic non esse hoc hoc, sed aliquando non esse hoc huius aut hoc huic, velut 48b30
quoniam non est motionis motus aut generationis generatio, voluptatis vero est ; non igitur voluptas generatio. Aut rursus quo-

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 1 erit (*nΓ*)] ἔστι 4 demonstrabili (*B*²)] ἀποδεικτικοῦ
10 vero (*Ω*)] *om. B*¹ 11 hoc (*nΛ*)] αὐτὸ τοῦτο 13 vero (*nΓΛ*)] *om.*
15 unam] + εἶναι 24 sed¹ — scientia (*cf. Λ*)] *om.* amplius (ἔτι)] ἐστι

Bn 2 isosckeles 8 *spatium tituli vacuum* 24 *spatium tituli vacuum*

niam risus quidem signum, signi vero non est signum, quare non signum risus. Similiter autem et in aliis, in quibuscumque destrui-
48b35 tur questio eo quod dicitur quomodolibet ad eam genus. Rursus quoniam tempus non est tempus oportunum ; deo enim tempus quidem est, tempus et non est oportunum propterea quod nichil est deo utile. Terminos siquidem ponendum 'tempus' et 'tempus oportunum' et 'deum', propositionem vero accipiendum secundum
48b40 nominis casum. Simpliciter enim hoc dicimus de omnibus quoniam
50v terminos quidem semper ponendum secundum vocabula nominum,
49a1 velut 'homo' aut 'bonum' aut 'contraria', non 'hominis' aut 'boni' aut 'contrariorum', propositiones vero accipiendum secundum uniuscuiusque casus ; aut enim quoniam huic, velut 'equale', aut quoniam huius, velut 'duplum', aut quia hoc, velut 'percutiens' aut
49a5 'videns', aut quia hic, velut 'quia homo animal', aut si aliquo modo aliter cadit nomen secundum propositionem.

[37] Inesse vero hoc huic et verum fieri hoc de hoc totiens accipiendum quotiens predicamenta dividuntur, et hec aut secundum aliquid aut simpliciter, amplius autem simplicia aut complexa ;
49a10 similiter autem et non esse, perscrutandum vero hec et determinandum melius.

[38] Superduplicatum vero in propositionibus ad primum extremum ponendum, non ad medium. Dico autem velut si fiat sillogismus quoniam iustitie est scientia quoniam bonum, hoc 'quoniam
49a15 bonum' aut 'secundum quod bonum' ad primum ponendum. Sit enim A 'scientia quoniam bonum', pro quo vero B 'bonum', pro quo vero C 'iustitia'. A vero verum de B predicare ; nam boni est scientia quoniam bonum. Sed et B de C ; iustitia enim quod bonum. Ita ergo fit resolutio. Si vero ad B ponatur quoniam bonum,
49a20 non erit ; A namque de B verum erit, B vero de C non verum erit ; bonum enim quoniam bonum predicare de iustitia falsum et sine intellectu. Similiter autem et si salubre ostensum sit quoniam scibile est secundum quod bonum, aut hircocervus secundum quod non
49a25 ens, aut homo corruptibile secundum quod sensibile ; in omnibus enim superpredicatis ad extremum superduplicationem ponendum.

B (*dnCΓΛ* = Ω) 5 et] δ' 14 quia²] *om.* 18 autem] *om.* : ἤ *nΓΛ* 22 velut (*nΓ*)] ὅτι

Bn 5 et] *an scribendum* autem ? 11 aut + non 15 nomen] n̄ 16 *spatium tituli vacuum* 18 autem] *an scribendum* aut ? 21 *spatium tituli vacuum* 23 scientia quoniam *in ras. sex litter.* 26 C *s. add.*

Non eadem vero positio terminorum, cum simpliciter aliquid concludetur et cum hoc aliquid vel secundum quid aut quodammodo, dico autem velut quando bonum scibile ostendetur et quando scibile quoniam bonum ; sed si quidem simpliciter scibile osten- 49a30
sum sit, medium ponendum ens, si vero quoniam bonum, aliquid ens. Esto enim A quidem 'scientia quoniam aliquid ens', pro quo vero B 'ens aliquid', pro quo vero C 'bonum'. Verum autem A de B predicare ; erat enim scientia alicuius entis quoniam aliquid
⟨..... [39-43] .....
..... [44] ....⟩

Similiter autem et in his qui per impossibile concluduntur ; ne- 50a29 52r
que enim est hos resolvere, sed ad impossibile quidem deductionem 50a30
est (sillogismo enim ostenditur), alterum enim non est ; ex hypotesi enim concluditur. Differunt autem ab his qui predicti sunt
quoniam in illis quidem oportet prius concedere, si conclusurus est, velut si demonstretur una potentia contrariorum, et scientiam 50a35
esse eandem ; hic autem et non prius concedentes concedunt eo quod manifestum sit falsum, velut posito diametro equali imparia equalia esse paribus.

Multi autem et diversi concludentur ex hypotesi, quos pertractare oportet et designare pure. Que ergo differentie horum et quo- 50b1
tiens fiunt que ex hypotesi, posterius dicemus ; nunc autem tantum nobis sit manifestum, quia non est resolvere in figuras huiusmodi sillogismos. Et propter quam causam diximus.

[45] Quecumque autem in pluribus figuris monstrantur questio- 50b5
num, si in altera colliguntur, est reducere sillogismum in alterum, ut in prima privatorium in secundam figuram, et eum qui in media in primam, non omnes sed quosdam. Erit autem manifestum in sequentibus. Si enim nulli B, B vero omni C, A nulli C. Sic ergo 50b10
prima figura, si vero convertitur privatorium media erit. B enim A quidem nulli, C vero omni inest. Similiter et si non universaliter sed in parte sillogismus, velut si A quidem nulli B, B vero cuidam C ; converso enim privatorio media erit figura. 50b15

Eorum autem qui in secunda erit figura sillogismorum qui qui-

---

B (*dnCΓΛ* = *Ω*) 4 scibile[1] (*n*)] + *ὅτι*
B (*nCΓΛ* = *Ω*) 20 concludentur] *περαίνονται* 22 fiunt que (*Λ*)] *γίνεται τὸ* : *γίνεται n*[1] 26 si (*Ω*)] *ἵν'* 27 figuram] *om.* 29 enim] + *τὸ α* 34 erit figura] *om.*

Bn 1 *spatium tituli vacuum* 9-10 *folium abscissum deest* 15 prius *s. add.* 20 *an scribendum* concluduntur ? 25 *spatium tituli vacuum*

dem universaliter reducentur in primam figuram, eorum autem qui in parte alter tantum. Esto enim A B quidem nulli, C vero
50b20 omni inherens. Converso igitur privatorio prima erit figura ; B namque nulli A, A vero omni C inest. Si vero cathegoricum fuerit ad B, privatorium vero ad C, primum terminum ponendum C ; hoc enim nulli A, A vero omni B ; itaque nulli B C. Neque igitur
50b25 B C nulli ; convertitur enim privatorium. Si in parte fuerit sillogismus, cum quidem fuerit privatorium ad maius extremum, resolve-
52v tur in primam, ut si A nulli B, C vero cuidam ; converso enim privatorio prima erit figura ; namque B nulli A, A vero cuidam C.
50b30 Quando vero cathegoricum, non reducetur, ut si A B quidem omni, C vero non omni ; neque enim recipit conversionem AB, neque facta erit sillogismus.

Rursus qui quidem in tertia figura non resolvuntur omnes in
50b35 primam, qui vero in prima omnes in tertiam. Insit enim A omni B, B vero cuidam C. Igitur, quoniam convertitur et in parte cathegoricum, inerit C cuidam B ; A vero omni non inerat ; itaque fit tertia figura. Et si privatorius sillogismus, similiter ; convertitur enim in parte cathegoricum ; itaque A quidem nulli B, C vero cuidam inerit.

51a1 In ultima vero figura sillogismorum unus solus non reducitur in primam, cum non universaliter positum fuerit privatorium, alii vero omnes resolvuntur. Predicetur enim de omni C A et B ; ergo
51a5 convertitur C ad utrumque in parte ; inerit igitur A cuidam B. Quare fit prima figura, si A quidem omni C, C vero cuidam B. Et si A quidem omni C, B vero cuidam, eadem ratio ; convertitur enim ad B C. Si vero B quidem omni C, A vero cuidam C, primus ter-
51a10 minus ponendus B ; nam B omni C, C vero cuidam A ; itaque B cuidam A. Quoniam autem convertitur quidem in parte, et A cuidam B inerit. Et si privatorius sillogismus, universaliter terminis existentibus, similiter accipiendum. Insit enim B omni C, A vero
51a15 nulli ; igitur cuidam B inerit C, A vero nulli C ; itaque erit medium C. Similiter autem et si hoc quidem privatorium universaliter, hoc vero cathegoricum in parte ; A namque nulli C, C vero cuidam

---

B ($nC\Gamma\Lambda = \Omega$) 1 figuram ($\Gamma\Lambda$)] *om.* 2 tantum ($\mu\acute{o}\nu o\nu$ *A*)] $\mu\acute{o}\nu o\varsigma$ 8 resolvetur ($B^2\Gamma\Lambda$)] $\grave{\alpha}\nu\alpha\chi\vartheta\acute{\eta}\sigma\varepsilon\tau\alpha\iota$ 14 resolvuntur] $\grave{\alpha}\nu\alpha\lambda\upsilon\vartheta\acute{\eta}\sigma o\upsilon\tau\alpha\iota$ 15 qui vero (Ω)] $o\mathring{\upsilon}\delta'$ $o\mathring{\iota}$ 16 et ($n\Gamma\Lambda$)] *om.* 25 fit] $\mathring{\varepsilon}\sigma\tau\alpha\iota$ 27 B C (Cn^2)] $\tau\grave{o}$ γ $\tau\grave{o}$ β

Bn 14 *spatium tituli vacuum* *an scribendum* resolventur ? 33 *spatium tituli vacuum*

B inerit. Si vero in parte accipiatur privatorium, non erit resolutio, velut si B quidem omni C, A vero cuidam non inerit; converso enim 51a20
BC utreque propositiones erunt secundum partem.

Manifestum est quoniam et ad resolvendum in alterutrum figuras que ad minus extremum propositio convertenda in utrisque figuris; hac enim transposita transitus fiebat. 51a25

Eorum vero que in media figura, alter quidem resolvitur, alter autem non resolvitur in tertiam. Quando siquidem fuerit universale privatorium, resolvitur. Si enim A nulli B, C vero cuidam, *53r*
utraque similiter convertitur ad A; itaque B quidem nulli A, C vero cuidam; medium igitur A. Quando vero A omni B, C vero cuidam non inest, non erit resolutio; neutra enim propositionum ex conversione universaliter. 51a30

Et ex tertia vero figura resolventur in medium quando fuerit 51a35
universaliter privatorium, ut si A nulli C, B vero cuidam aut omni. Et enim C A quidem nulli, B vero cuidam inerit. Si vero in parte fuerit privatorium, non resolvetur; non enim recipit conversionem in parte negativum.

Manifestum igitur quoniam idem sillogismi non resolventur in 51a40
his figuris qui neque in primam resolvebantur, et quia qui in pri- 51b1
mam figuram sillogismorum reducuntur hi soli per impossibile concluduntur. Quomodo ergo oportet sillogismos reducere, et quia resolvuntur figure in alterutrum, manifestum ex his que dicta sunt.

[46] Differt autem in astruendo aut destruendo putare aut idem 51b5
aut diversum significare 'non esse hoc' et 'esse non hoc', ut 'non esse album' ei quod est 'esse non album'. Non enim idem significat, neque est negatio eius quod est 'esse album' 'esse non album', sed 'non esse album'. Ratio autem huius sic. Similiter enim habet 51b10
'posse ambulare' ad 'posse non ambulare' et 'est album' ad id quod est 'est non album', et 'scit bonum' ad id quod est 'scit non bonum'. Nam 'scit bonum' aut 'est sciens bonum' nichil differt, neque 'potest ambulare' aut 'est potens ambulare'; itaque et opposita 'non 51b15
potest ambulare — non est potens ambulare'. Si igitur 'non est potens ambulare' idem significat et 'est potens non ambulare', aut

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 2 inerit] *ὑπάρχει* 14 vero (*Ω*)] *om.* 19 resolventur] *ἀναλύονται* 24 autem (*Λ*)] + *τι* 28 sic (? *ὧδε*)] *ὅδε* 29 posse *bis*] *δύναται* 30 scit² (*Ω*)] *ἐπίστασθαι*

Bn 7 *spatium tituli vacuum* 11 quando] quoniam 14 *spatium tituli vacuum* 19 *an scribendum* resolvuntur ? 24 *spatium tituli vacuum* 31 nam] non 32 potens *ex corr.*

'nequaquam ambulare', hec simul inerunt ⟨eidem⟩ (idem enim po-
51b20 test et ambulare et non ambulare, et sciens bonum et non bonum est) ; dictio autem et negatio non insunt opposite simul eidem. Quemadmodum igitur non idem est et 'non scire bonum' et 'scire non bonum', neque 'esse non bonum' et 'non esse bonum' eadem.
51b25 Proportionalium enim si altera fuerint altera, et altera. Neque 'esse non equale' et 'non esse equale' ; subiacet namque aliquid ei
53v quod est non equale, et hoc est inequale, huic autem nichil. Ideo equale quidem aut inequale non omne, equale vero aut non equale omne. Amplius 'est non album lignum' et 'non est album lignum'
51b30 non simul est. Si enim est lignum non album, est lignum ; quod vero non est album lignum non necesse lignum esse. Quare manifestum quoniam non est eius quod ⟨est⟩ 'est bonum' 'est non bonum' negatio. Si igitur de omni uno aut dictio aut negatio vera, si non est negatio, liquet quod affirmatio sit. Affirmationis autem
51b35 omnis negatio est ; et huius igitur ea que est 'non est non bonum'.

Habent autem ordinem hunc ad invicem. Esto 'esse bonum' pro quo A, 'non esse bonum' pro quo B, 'esse' autem 'non bonum' pro quo C, sub B, 'non esse' autem 'non bonum' pro quo D, sub A.
51b40 Omni autem inerit aut A aut B et nulli eidem ; et aut C aut D, et
52a1 nulli eidem. Et cui C, necesse B omni inesse. Si enim verum dicere quoniam est non album, verum et quoniam non est album ; impossibile enim simul esse album et esse non album, aut esse lignum non album et esse lignum album ; quare, si non affirmatio, negatio
52a5 inerit. B vero C non semper (quod enim omnino non lignum, neque lignum erit non album). E converso igitur, cui A, D omni. Aut enim C aut D. Quoniam autem non possibile simul esse non album et esse album, D erit. De eo enim quod est album verum dicere quo-
52a10 niam non est non album. De D vero non omni A ; nam de omnino non existente ligno non verum quoniam est lignum album. Quare D verum, A non verum, quoniam lignum album. Liquet autem quoniam et A C nulli eidem et B et D contingit alicui eidem inesse.
52a15 Similiter autem se habent et privationes ad predicamenta hac positione. 'Equale' pro quo A, 'non equale' pro quo B, 'inequale'

B ($nC\Gamma\Lambda = \Omega$) 3 simul (Ω)] *om.* 4 et[1]] *om.* 11 est[3]] ἔσται 15 affirmatio] + ἄν πως 22 est[1] ($n\Gamma\Lambda$)] *om.* 27 esse] *om.* 30 verum] + τὸ γ εἰπεῖν 31 A (n)] + δ'

Bn 1 eidem *om.* 8 inequale *ex* equale 9 omne] est 13 est[2] *om.* 24 non[1] *s. add.* 29 non[3] *s. add.*

pro quo C, 'non inequale' pro quo D. Et in multis in quibus his quidem inest, his vero non est idem, negatio quidem similiter vera est, quia non sunt alba omnia aut quia non est album singulum ; 52a20 quoniam vero est non album singulum aut quia omnia sunt non alba, falsum. Similiter autem et eius quod est 'est omne animal album' non id quod est 'est non album omne animal' negatio (utreque enim false), sed ea que est 'non est omne animal album'.

Quoniam autem liquet quia diversum significat 'est non album' 54r 52a25 et 'non est album', et hoc quidem affirmatio hoc vero negatio, manifestum quoniam ⟨non⟩ idem modus demonstrandi utrumque, ut quia quodcumque sit animal, non est album aut contingit non esse album, et quia verum dicere non album ; hoc enim ⟨est⟩ esse non album. Sed hoc quidem verum dicere album sive non album, idem 52a30 modus ; astruendo enim utraque per primam monstrantur figuram ; nam 'verum' et 'est' similiter ordinantur ; nam eius quod est 'verum dicere album' non est 'verum dicere non album' negatio, sed 'non verum dicere album'. Si autem verum est dicere, quod- 52a35 cumque fuerit homo, musicum esse aut non musicum esse, quodcumque fuerit animal, accipiendum aut esse musicum aut non musicum esse, et ostensum est. Non esse autem musicum quodcumque homo, destruendo ostenditur secundum dictos modos tres.

Simpliciter autem, quando sic habet A et B ut simul quidem eidem non contingant, omni autem ex necessitate alterum, et rursus 52b1 C et D similiter, sequitur autem C A sed non convertitur, et B D sequitur et non convertetur ; et B quidem et D contingit eidem, B vero et C non contingit. Primum ergo quia B D sequitur, hinc 52b5 autem manifestum. Quoniam enim C D alterum ex necessitate, cui vero B, non contingit C eo quod simul infert A, A vero et B non contingit eidem, manifestum quia D sequitur. Rursus quoniam A C non convertitur, omni vero C aut D, contingit A et D eidem 52b10 inesse. B et C non contingit eo quod sequitur C A ; accidit enim aliquid impossibile. Manifestum igitur quoniam neque D B convertitur, quoniam contingit simul D et A inesse.

Accidit autem aliquando et in huiusmodi ordine terminorum decipi, eo quod non opposita accipiantur recte quorum necessa- 52b15

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 4 quia] *om.* 13 dicere] + ἔστι 20 esse[1] (*Ω*)] *om.* quodcumque] + ἢ 25 B] τὸ *α* 31 B] τὸ δέ *γε β*

Bn 10 non *om.* 12 est *om.* 18 aut — esse[2] *in marg.* 22 *spatium tituli vacuum* 24 B + / 34 *spatium tituli vacuum*

rium omni alterum inesse, ut si A et B non contingit simul eidem, necesse vero inesse, cui non alterum, alterum ; et rursus C et D si-
52b20 militer, cui vero C, omni sequatur A. Accidet enim cui D, B inesse ex necessitate, quod est falsum. Accipiatur enim negatio A B pro
54v quibus E, et rursus C D pro quibus F. Necesse autem omni aut A aut E ; aut enim dictionem aut negationem. Et rursus aut C aut F ;
52b25 dictio enim et negatio. Et cui C, omni A preiacet. Quare, cui E, omni F. Rursus, quoniam E B omni alterum et F et D similiter, sequitur autem E F, et D sequitur B ; hoc enim scimus. Si igitur ei quod est C A, et ei quod est D B. Hoc autem falsum ; e converso enim erat in sic habentibus consequentia. Non enim fortasse ne-
52b30 cesse omni aut A aut E, neque E aut B ; non enim est negatio eius quod est A E. Boni enim non bonum negatio ; non idem autem est neque bonum neque non bonum. Similiter autem et in CD ; nam negationes accepte due sunt.

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 5 quibus *bis* (*Λ*)] ᾧ 7 preiacet] ὑπόκειται 8 et²] *om.* 12 aut¹ (*Λ*)] *om.* 13 est² (*nΛ*)] + τὸ οὐκ ἀγαθὸν

Bn 1 et *add.* 5 autem] aut 15 PRIORUM ANALITICORUM ARISTOTILIS PRIMUS LIBER EXPLICITUS EST.

SECUNDUS LIBER

PRIORUM ANALYTICORUM

[1] In quot ergo figuris et ex qualibus et ex quot propositioni- 52b38
bus et quando et quomodo fit sillogismus, amplius autem in que
videndum destruenti et astruenti, et quomodo oportet querere de 53a1
proposito secundum quamcumque inventionem, amplius autem et
per quam viam accipiemus circa unumquodque principia, iam per-
transivimus. Quoniam autem hi quidem universaliter sillogismo-
rum sunt, hi vero secundum partem, qui quidem universaliter
omnes semper plura colligunt, eorum autem qui in parte predica- 53a5
tivi quidem plura, negativi vero conclusionem tantum. Alie siqui-
dem propositiones convertuntur, privatoria vero non convertitur ;
conclusio vero aliquid de aliquo est. Itaque alii quidem sillogismi
plura colligunt, velut si A ostensum est omni B aut cuidam, et B 53a10
cuidam A necesse inesse ; et si nulli B A, neque A nulli B. Hoc au-
tem alterum ab eo quod prius. Si autem alicui non insit, non ne-
cesse et B alicui A non inesse ; contingit enim omni inesse.

Hec ergo communis omnium causa, et qui universaliter et qui 53a15
secundum partem. Est autem et de his qui universaliter et aliter
dicere. Quecumque enim aut sub medio aut sub conclusione sunt,
omnium erit idem sillogismus, si que quidem in medio que vero in 55r
conclusione posita fuerint, velut si AB conclusio per C, quecumque 53a20
sub B aut C sunt, necessarium de omnibus dici A ; si enim D in toto
B, B vero in A, et D erit in A. Rursus si E in toto C, C vero in A,
et E in A erit. Similiter autem et si privatorius erit sillogismus. In
secunda autem figura quod sub conclusione tantum erit colligere, 53a25
velut si A B nulli, C vero omni ; conclusio quoniam nulli C B. Si
vero D sub C est, manifestum quoniam non inest ei B. His vero

---

B ($nC\Gamma\Lambda = \Omega$) 25 erit[2]] *om.*

Bn 1-2 INCIPIT SECUNDUS LIBER PRIORUM ANALITICORUM 5 dividen-
dum 18 *spatium tituli vacuum*

AaBn 21 idem erit *transp. Aa* que vero *om. Aa* 23 aut + sub *Aa*
24-25 in[4] — E *om. Aa* 27 quoniam *om. Aa* C^2 + vero *Aa*

que sub A, quoniam non inest, non manifestum per sillogismum.
53a30 Et tamen non inest E si est sub A. Sed C quidem nulli inesse B per sillogismum ostensum est, ei vero quod est A non inesse non demonstratum acceptum est ; itaque non propter sillogismum accidit B E non inesse. In his vero qui in parte quod quidem sub con- 5
53a35 clusione non erit necessarium (non enim fit sillogismus, quando ipsa accepta fuerit in parte), eorum vero que sub medio erit omnium, verumtamen non propter sillogismum, velut A omni B, B vero cuidam C ; eo siquidem quod sub C posito non erit sillogis-
53a40 mus, eius vero quod sub B erit, sed non propter prius factum sillo- 10 gismum. Similiter autem et in aliis figuris ; eius siquidem quod sub
53b1 conclusione non erit, alterius vero erit, verumtamen non propter sillogismum ; et enim in his que universaliter ex indemonstrata propositione ea que sub medio ostendebantur ; quare aut neque ibi erit aut et in his. 15

53b5 [2] Est ergo sic se habere ut vere sint propositiones ex quibus sillogismus, est autem ut false, est autem ut hec quidem falsa hec autem vera. Conclusio vero vera aut falsa ex necessitate. Ex veris ergo non est falsum colligere, ex falsis autem verum, verumtamen non propterea sed quoniam ; eius enim quod propterea non est ex 20
53b10 falsis sillogismus ; propter quam vero causam, in sequentibus dicetur.

Primum ergo quoniam ex veris non possibile falsum colligere, hinc manifestum. Si enim A existente necesse B esse, B non existente necesse A non esse. Si igitur verum est A, necesse B verum 25
53b15 esse, aut accidet idem simul esse et non esse ; hoc autem impossibile. Ne vero, quoniam ponitur A unus terminus, putetur eo quod
55v contingat uno aliquo existente ex necessitate aliquid accidere ; non enim possibile ; consequens siquidem ex necessitate conclusio est,
53b20 ex quibus autem hoc fit minimis, tres termini, due autem proten- 30

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 5 quod] τῶν 8 velut] + εἰ 10 sillogismum (*ΓΛ*)] *om.* 13 et enim] ἢ καὶ

AaBn 2 inest + ei quod est (*an recte* ?) *Aa* 3 inesse + B *Aa* demonstratum + sed *Aa* 4, 8 propter] per *Aa* 8 velut + D *Aa* 9 siquidem] quidem *Aa* 10 sub B erit] est sub B *Aa* propter] per *Aa* 12 vero] non *Aa* 14 quare] quia *Aa* 14-15 neque ibi] non *Aa* 15 aut et] neque *Aa* 16 sint] sunt *Aa* 17 autem[1]] aut *Aa* 18 vera[2] *om. Aa* 20 propterea[1]] proptere (*sic* ?) *Aa* 23 colligere falsum *transp. Aa* 25 igitur] ergo *Aa* 26 accidit *Aa* esse[2] *om. Bn* 27 nec *Aa* A *om. Aa* 28 ex necessitate existente accidere aliquid *transp. Aa* 30 hoc *s. add. Bn* : *post* minimis *Aa* fit] sit *Bn* duo *Bn* 30-**253**.1 protentiones et *om. Aa*

tiones et propositiones. Si igitur verum, cui B inest, A omni, cui vero C, B, cui C, necesse est A inesse, et non possibile hoc falsum esse. Simul enim erit idem et non erit. Igitur A sicut exponitur, due propositiones comprehense. Similiter autem et in privatoriis 53b25
habet ; non enim est ex veris ostendere falsum.

Ex falsis autem verum est colligere et utrisque propositionibus falsis existentibus et una, et hac non quamlibet accidit sed secunda, si tota accipiatur falsa ; non tota vero accepta, est utralibet. 53b30

Primus modus prime figure. — Esto enim A omni C inherens, B vero nulli, neque B C. Contingit autem hoc, velut lapidi nulli animal, neque lapis nulli homini. Si igitur accipiatur A omni B et B omni C, A omni C inerit ; itaque ex utrisque falsis vera conclusio ; omnis enim homo animal. 53b35

Secundus modus. — Similiter autem et privatorium. Est enim C neque A inesse nulli neque B, tamen A B omni, velut si eisdem terminis acceptis medium ponatur homo ; lapidi enim neque animal neque homo nulli inest, homini vero omni animal. Itaque si cui quidem inest omni, accipiat nulli inesse, cui vero non inest, 53b40
omni inesse, ex falsis utrisque vera erit conclusio. Similiter autem 54a1
ostendetur et si in aliquo falsa utraque accepta fuerit. Si vero altera posita fuerit falsa, prima quidem tota falsa existente, velut AB, non erit conclusio vera, BC vero erit. Dico autem totam falsam contrariam, ut si nulli inherens omni acceptum est aut si omni 54a5
nulli inesse. Esto enim A B nulli inherens, B vero C omni.

Primus modus prime figure. — Si autem BC quidem propositionem accipiamus veram, AB vero falsam totam, et omni inesse B A, impossibile conclusionem veram esse ; nulli enim inerat C, si 54a10
cui B, nulli A, B vero omni C.

Secundus modus. — Similiter autem neque si A B omni inest 56r
et B C, si accepta fuerit BC quidem vera propositio, AB vero falsa

---

B ($nC\Gamma\Lambda = \Omega$) 7 sed secunda (Ω)] *om.* 18 omni ($n\Gamma\Lambda$)] *om.* 26 accipiamus] λάβω 30 si accepta fuerit] παντὶ ληφθῇ δ' : ἐλήφθη δ' Ω vera (Ω)] ἀληθὲς B^1

AaBn 2 C^2 *om. Aa* 5 ex *om. Aa* ostendere falsum *ex* falsum ostendere *Bn* 7 qualibet *Aa* secundam *Aa* 8 utralibet + an *Aa* 9 esto] escit *Aa* inherens] eorum *ex corr. Aa* 11 animal — nulli *om. Aa* et *om. Aa* 12 itaque] quare *ex corr. Aa* 14 est] inest *Aa* 15 eiusdem *Aa* 17 omni] homini *Aa* itaque] quare *ex corr. Aa* 19 omni] B *Aa* erit *s. add. Bn* 20 ostenditur *Aa* 20-**256**.6 accepta — prohibet *translationem* ***b*** *exhibet Aa*

Bn 20 vero] vera

tota et nulli cui B, A, conclusio falsa erit ; omni enim inerit C A,
54a15 si cui B, omni A, B vero omni C. Manifestum igitur quia AB tota accepta falsa, sive affirmativa sive privatoria, altera autem vera, non fit vera conclusio.

Primus modus. — Non tota vero accepta falsa erit. Si enim A C
54a20 quidem omni insit, B vero cuidam, B vero omni C, velut animal cigno quidem omni, albo vero cuidam, album autem omni cigno, si acceptum fuerit A omni B et B omni C, A omni C inerit vere ; omnis enim cignus animal.

Secundus modus. — Similiter autem et si privatorium fuerit
54a25 AB ; contingit enim A B quidem cuidam inesse, C vero nulli, B vero omni C, velut animal cuidam albo nivi vero nulli. Si igitur accipiatur A quidem nulli B, B vero omni C, A nulli C inerit.

Primus modus. — Si vero AB quidem propositio tota accepta
54a30 fuerit vera, BC vero tota falsa, erit sillogismus verus ; nichil enim prohibet A et B et C omni inesse, tamen B nulli C, velut quecumque eiusdem generis species non subalterne ; nam animal et homini et equo inest, equus vero nulli homini. Si igitur acceptum fuerit
54a35 A omni B et B omni C, vera erit conclusio, falsa existente tota BC propositione.

Secundus modus. — Similiter et privatoria existente AB. Contingit enim A neque B neque C nulli inesse, neque B nulli C, velut ex alio genere speciebus genus ; nam animal neque musice neque
54b1 medicine inest, neque musica medicine. Accepto igitur A quidem nulli B, B vero omni C, vera erit conclusio.

Primus modus. — Et si non tota falsa BC sed secundum aliquid
54b5 et ita erit conclusio vera. Nichil enim prohibet A et B et C toti inesse, tamen B cuidam C, velut genus speciei et differentie ; nam animal omni homini et omni gressibili, homo vero cuidam gressibili et non omni. Si igitur A omni B et B omni C accipiatur, A omni C inerit ; quod erat verum.

56v
54b10 Secundus modus. — Similiter autem et privatoria existente AB propositione. Contingit enim A neque B neque C nulli inesse, tamen B cuidam C, velut genus ex alio genere speciei et differentie ; nam animal neque prudentie nulli inest neque contemplative. Si
54b15 igitur accipiatur A quidem nulli B, B vero omni C, nulli C A inerit ; hoc autem erat verum.

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 1 cui (*CΓΛ*)] *ὧν* 2 AB (*Γ*)] *τῆς πρώτης* 12 nulli] + *λευκὸν δὲ πάσῃ χιόνι* 16 et[1] (*ΓΛ*)] *om.* 17-18 homini et equo] *ἵππῳ καὶ ἀνθρώπῳ* 21 AB (*Γ*)] + *προτάσεως* 35 contemplative] + *ἡ δὲ φρόνησις τινὶ θεωρητικῇ*

TERTIUS MODUS. — In his autem qui in parte sillogismis contingit et prima propositione tota existente falsa, altera autem vera, veram esse conclusionem, et in aliquo falsa existente prima, 54b20
secunda autem tota falsa, et hac quidem vera hac autem in parte falsa, et utrisque existentibus falsis. Nichil prohibet A B quidem nulli inesse, C vero cuidam, et B C cuidam, velut animal nulli nivi, albo vero alicui inest, et nix albo alicui. Si igitur medium positum fuerit 'nix', primum vero 'animal', et accipiatur vel A quidem 54b25
omni B inesse, B vero cuidam C, AB siquidem tota falsa, BC autem vera, et conclusio vera.

QUARTUS MODUS. — Similiter autem et privatoria AB propositione ; contingit enim A B quidem toti inesse, C vero cuidam non inesse, tamen B cuidam C inesse, velut animal homini quidem 54b30
omni inest, album autem quoddam non sequitur, homo vero cuidam albo inest ; itaque si medio posito homine accipiatur A nulli B inesse, B vero cuidam C inesse, vera erit conclusio falsa existente tota AB propositione. 54b35

TERTIUS MODUS. — Et si in aliquo falsa AB propositio, erit conclusio vera. Nichil enim prohibet A et B et C cuidam inesse, velut animal cuidam bono et cuidam magno, et bonum alicui magno inesse. Si igitur acceptum fuerit A omni B et B alicui C, AB quidem 55a1
propositio in aliquo falsa erit, BC autem vera, et conclusio vera.

QUARTUS MODUS. — Similiter autem et privatoria existente AB propositione ; idem enim termini erunt et eodem modo positi ad demonstrationem.

TERTIUS MODUS. — Rursus si AB quidem vera, BC vero falsa, 55a5
vera erit conclusio. Nichil prohibet A B quidem toti inesse, C vero cuidam, et B C nulli inesse, ut animal cigno vero omni, nigro autem alicui, cignus vero nulli nigro. Itaque si accipiatur omni B A 57r
et B alicui C, vera erit conclusio falso existente BC. 55a10

QUARTUS MODUS. — Similiter autem et privatoria accepta AB propositione. Contingit enim A B quidem nulli, C vero alicui non inesse, tamen B nulli C, velut genus ex alio genere speciei et accidenti eiusdem speciebus ; animal enim numero quidem nulli inest 55a15

B (*nCΓΛ* = Ω) 4 tota (*fΓ, et n secundum Waitz*)] *om.* 5 existentibus] *om.* 8 vel] *om.* 11 privatoria] + *οὔσης ὅλης* 19 inesse (*n*)] + *καὶ τὸ β τῷ γ τινὶ ὑπάρχειν* 28 vero] *μὲν*

Bn 5 nichil] *an addendum* enim ? 24 idem enim] id'e 27 nichil] *an addendum* enim ?

albo autem alicui, numerus vero nulli albo ; si igitur medium positum fuerit 'numerus', et acceptum fuerit A quidem nulli B, B vero cuidam C, A cuidam C non inerit, quod erat verum ; et AB quidem propositio vera, BC vero falsa.

55a20 TERTIUS MODUS. — Et si in aliquo falsa AB, falsa autem et BC, erit conclusio vera. Nichil enim prohibet A B et C utrique, B vero nulli C, velut si contrarium B C, utraque autem accidentia eidem generi ; animal enim cuidam albo et cuidam nigro inest, album 55a25 autem nulli nigro. Si igitur acceptum fuerit A omni B et B cuidam C, vera erit conclusio.

QUARTUS MODUS. — Et privatoria autem accepta AB similiter ; idem enim termini et eodem modo ponentur ad demonstrationem.

TERTIUS MODUS. — Et utrisque autem falsis existentibus erit 55a30 conclusio vera ; contingit enim A B quidem nulli, C vero alicui inesse, B tamen nulli C, velut genus nulli ex alio genere speciei et accidenti speciebus eius ; animal enim numero quidem nulli albo vero alicui inest, et numerus nulli albo. Si igitur acceptum fuerit 55a35 A omni B et B alicui C, conclusio quidem vera, propositiones autem utreque false.

QUARTUS MODUS. — Similiter autem et privatoria AB existente. Nichil enim prohibet A B quidem toti inesse C vero alicui non inesse, neque B nulli C, velut animal cigno quidem omni, nigro autem alicui non inest, cignus vero nulli nigro. Itaque si accipiatur 55b1 A nulli B, B vero alicui C, A alicui C non inest. Conclusio ergo vera, propositiones autem utreque false.

[3] In media autem figura omnino contingit per falsa verum 55b5 colligere, et utrisque propositionibus totis falsis acceptis et in ali- 57v quo utraque, et hac quidem vera hac autem tota existente falsa, utralibet falsa posita, et si utreque in aliquo false, et si hec quidem simpliciter vera, hec vero in aliquo falsa, et si hec quidem tota falsa hec vero in aliquo falsa, et in his qui universaliter et in parte 55b10 sillogismis.

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 1 igitur (*Ω*)] *om.* 6 B¹ (*n*)] + τινὶ C] + τινὶ 15 nulli² (*Γ*)] τῷ 25 utreque] *om.*

Bn 2-3 B² — inerit *ex corr.* 6 nichil enim *ex corr.*

AaBn 6 utraque *Aa* 12 modo *om. Aa* 16 accidentis eius speciebus *Aa* enim] autem *Aa* 17 et numerus nulli] numero nulli A *Aa* 18 autem *om. Aa* 21 enim] ei *Aa* 23 inesse *Aa* 24 A¹ *om. Aa* 25 autem] vero *Aa* 26-27 falsam colligere veram *Aa* 28 tota + quidem *Aa* 29 false] falsa *Aa* 31 et² + qui *Aa*

SECUNDUS MODUS. — Si enim A B quidem nulli inest, C vero omni, velut animal lapidi quidem nulli homini autem omni, si e contrario posite fuerint propositiones et acceptum fuerit A B quidem omni, C vero nulli, ex falsis totis propositionibus vera erit conclusio.

PRIMUS MODUS. — Similiter autem et si B quidem omni, C vero 55b15 nulli inest A ; idem enim erit sillogismus.

SECUNDUS MODUS. — Rursus si altera quidem tota falsa altera vero tota vera ; nichil enim prohibet A et B et C omni inesse, B tamen nulli C, ut genus non subalternis speciebus. Animal enim et equo omni et homini, et nullus homo equus. Si igitur acceptum 55b20 fuerit animal huic quidem omni huic vero nulli inesse, hec quidem tota falsa erit hec vero tota vera, et conclusio vera ad utrumlibet posito privatorio.

PRIMUS MODUS. — Et si altera in aliquo falsa, altera vero vera. Contingit enim A B quidem alicui inesse, C vero omni, B tamen 55b25 nulli C, velut si animal albo quidem alicui, corvo autem omni, et album nulli corvo. Si igitur acceptum fuerit A B quidem nulli, C vero toti inesse, AB quidem propositio in aliquo falsa, AC vero tota vera, et conclusio vera.

SECUNDUS MODUS. — Et transposito vero privatorio eodem mo- 55b30 do ; ex terminis enim eisdem demonstratio.

PRIMUS MODUS. — Et si affirmativa propositio in aliquo falsa, privatoria vero tota vera. Nichil enim prohibet A B quidem inesse, C vero omni non inesse, et B nulli C, ut animal albo quidem alicui, pici vero nulli, et album nulli pici. Itaque si acceptum fuerit A toti 55b35 B inesse, C vero nulli, AB quidem in aliquo falsa, AC vero tota vera, et conclusio vera.

SECUNDUS MODUS. — Et si utreque propositiones in aliquo false, erit conclusio vera. Contingit enim A et B et C alicui inesse, B *58r* vero nulli C, ut animal albo alicui et nigro alicui. Si igitur accep- 56a1

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 12 animal (*AΓ*)] *om.* 15 vero (*C*)] + ὅλη 17 si] *om.* 18 A (*Ω*)] *om.* 22 enim] + τῶν αὐτῶν 24 quidem] + τινὶ 31 alicui[2]] + τὸ δὲ λευκὸν οὐδενὶ μέλανι

AaBn 4 vero] vera *Aa* 6 autem *s. add. Bn* 7 eidem *Aa* enim *om. Aa* erat *Bn* 8 quidem *om. Aa* 12 quidem[2] *om. Aa* 13 falsa — vera[1] *om. Aa* 15 in aliquo altera *transp. Aa* vero + tota quam *Aa* 16 alicui quidem *transp. Aa* omni + inesse *Aa* 20 vera[2]] vero *Aa* 22 enim *om. Aa* eisdem *om. Bn* 26 fuerit] est *Aa* 28 conclusio + tota *Aa* 29 propositiones *post* false *Aa*

tum fuerit A B quidem omni, C vero nulli, utreque quidem propositiones in aliquo false, conclusio autem vera.

PRIMUS MODUS. — Similiter autem et transposita privatoria ex eisdem terminis.

56a5 TERTIUS MODUS. — Manifestum autem et in his qui in parte sillogismis ; nichil enim prohibet A B quidem omni, C vero alicui inesse, et B alicui C non inesse, velut animal omni homini, albo autem alicui, homo autem alicui albo non inerit. Si igitur positum
56a10 fuerit A B quidem nulli inesse, C vero alicui inesse, universaliter quidem propositio tota falsa, que autem in parte vera, et conclusio vera.

QUARTUS MODUS. — Similiter autem et affirmativa accepta AB ; contingit enim A B quidem nulli, C vero alicui non inesse, et B
56a15 alicui C non inesse, velut animal nulli inanimato, albo autem alicui, et inanimatum non inerit cuidam albo. Si igitur positum fuerit A B quidem omni, C vero alicui non inesse, AB quidem propositio universaliter tota falsa, AC autem vera, et conclusio vera.

TERTIUS MODUS. — Et universali quidem vera posita, que au-
56a20 tem in parte falsa. Nichil enim prohibet A neque B neque C nullum sequi, tamen B alicui C non inesse, ut animal nullum numerum neque inanimatum, et numerus aliquod inanimatum non sequitur. Si igitur positum fuerit A B quidem nulli, C vero alicui, conclusio
56a25 quidem erit vera et universalis propositio, que autem in parte falsa.

QUARTUS MODUS. — Et affirmativa vero universali posita similiter. Contingit enim A et B et C toti inesse, tamen B quoddam C non sequi, velut genus speciei et differentie ; nam animal omnem hominem et totum gressibile sequitur, homo vero non omne gres-
56a30 sibile. Itaque si acceptum fuerit A quidem B toti inesse, C vero cuidam non inesse, universalis quidem propositio vera, que vero in parte falsa, conclusio autem vera.

TERTIUS MODUS. — Manifestum est autem quoniam ex utrisque
58v falsis erit conclusio vera, si contingit A et B et C huic quidem omni

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 32-**259**.1 huic — nulli (*Λ*)] ὅλῳ

AaBn 2 conclusio autem] condeo quod *Aa* 3 et *om. Aa* 5 manifestum + est *Bn* 10 in parte autem *transp. Bn* vera] vero *Aa* 12 et *om. Aa* 13 contingit enim *om. Aa* vero C *transp. Aa* 15 inerit] erit *Bn* 17 falsa tota *transp. Aa* 18 universaliter (*an recte* ?) *Aa* autem] vero *Aa* 21 non] neque *Aa* 22 quidem *om. Aa* 23, 24 universaliter (*an recte* ?) *Aa* 26 omnem] hominem *Aa* 27 sequi *Aa* non + sequi *Aa* 28 quidem + omnis *Aa* 31 ex *om. Aa* 32 contingit + et *Aa* et² *om. Aa*

huic vero nulli inesse, B tamen quoddam non C sequi. Accepto 56a35
enim A B quidem nulli, C vero alicui inesse, propositiones quidem
utreque false, conclusio autem vera.

Quartus modus. — Similiter autem et cathegorica existente
universali propositione, in parte autem privatoria. Contingit enim
A B quidem nullum, C vero omne sequi, et B cuidam C non inesse, 56a40
ut animal scientiam quidem nullam hominem vero omnem sequi-
tur, scientia vero non omni homini. Si igitur acceptum fuerit A B 56b1
quidem omni inesse, C vero quoddam non sequi, propositiones qui-
dem false, conclusio autem vera.

[4] Primus modus. — Erit autem et in ultima figura ex falsis
totis et in aliquo utraque, et altera quidem vera tota, altera vero 56b5
falsa, et hac quidem in aliquo falsa, hac vero tota vera, et e conver-
so, et quotiens aliter contingit transsumere propositiones. Nichil
enim prohibet neque A neque B nulli C inesse, tamen A cuidam B 56b10
inesse, velut neque homo neque gressibile nullum inanimatum se-
quitur, homo tamen cuidam gressibili inest. Si igitur acceptum
fuerit A et B omni C inesse, propositiones quidem tote false, con-
clusio autem vera.

Secundus modus. — Similiter autem et hac quidem privatoria
hac vero affirmativa existente. Contingit enim B nulli C inesse, A 56b15
vero omni, et A cuidam B non inesse, velut nigrum nulli cigno,
animal vero omni, et animal non omni nigro. Itaque si acceptum
fuerit B quidem omni C, A vero nulli, A cuidam B non inerit ; et
conclusio vera, propositiones autem false. 56b20

Primus modus. — Et si in aliquo utraque falsa, erit conclusio
vera. Nichil enim prohibet et A et B cuidam C inesse, et A cui-
dam B, velut album et bonum cuidam animali inest, et album
cuidam bono. Si igitur positum fuerit A et B omni C inesse, propo- 56b25
sitiones quidem in aliquo false, conclusio autem vera.

Secundus modus. — Et privatoria vero AC posita similiter. Ni-
chil enim prohibet A quidem cuidam C non inesse, B vero alicui 59r

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 11 falsis (*CΛ*)] + ἀληθὲς καὶ ἀμφοτέρων ψευδῶν οὐσῶν 13 et[1] — falsa (*Ω* : et *om. Λ*)] *om.*

AaBn 2 alicui + non *Aa* 2-3 utreque quidem *transp. Aa* 4 autem *om. Aa* 6 nullum] omni inesse *Aa* vero + quidam vero *Aa* cuidam] alicui *Aa* 7 vero *s. add. Bn* 11 et *om. Aa* 14 alter *Bn* 18 et *om. Aa* 18-19 conclusio autem] et conclusio *Aa* 22 omni] hoïo *Aa* 24 B[1]] A *Bn* nulli + C *Aa* non inerit] velud album *Aa* 27 et[1,2] *om. Aa* 30 false + et *Aa* 31 vero *om. Aa* 32 B] bonum *Aa* vero + cuidam D vero *Aa*

inesse, et A B non omni inesse, velut album cuidam animali non
56b30 inest, bonum vero cuidam inest, et album non omni bono. Itaque
si acceptum fuerit A quidem nulli C, B vero omni, utreque quidem
propositiones in aliquo false, conclusio autem vera.

Secundus modus. — Similiter autem et hac quidem tota falsa, 5
56b35 hac autem tota vera accepta. Contingit enim et A et B omne C se-
qui ; tamen A cuidam B non inesse, ut animal et album omnem
cignum sequitur, tamen animal non omni inest albo. Positis igitur
terminis his, siquidem acceptum fuerit B quidem toti C inesse, A
vero toti non inesse, AC quidem tota falsa, BC vero tota vera, et 10
56b40 conclusio vera. Similiter autem et si BC quidem falsum, AC autem
57a1 verum ; idem enim termini ad demonstrationem, 'nigrum, cignus,
inanimatum.'

Primus modus. — Sed et si utreque accipiantur affirmative ;
nichil enim prohibet B quidem omne C sequi, A vero omnino non 15
inesse, et A cuidam B inesse, ut cigno quidem omni animal, ni-
57a5 grum vero nulli cigno, et nigrum inest cuidam animali. Itaque si
acceptum fuerit A et B omni C inesse, BC quidem tota vera, AC
vero falsa, et conclusio vera. Similiter autem et AC accepta vera ;
per eosdem enim terminos demonstratio. 20

57a10 Primus modus. — Rursus hac quidem tota vera existente,
hac vero in aliquo falsa. Contingit enim B quidem omni C inesse,
A vero cuidam, et A cuidam B, ut bipes quidem omni homini, bo-
num vero non omni, et bonum cuidam bipedi inest. Si igitur ac-
57a15 ceptum fuerit et A et B toti C inesse, BC quidem tota vera, AC 25
vero in aliquo falsa, conclusio autem vera. Similiter autem et AC
quidem vera, BC autem falsa accepta ; transpositis enim terminis
eisdem erit demonstratio.

Secundus modus. — Et hac quidem privatoria hac vero affir-

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 1-2 album ... bonum (*nCΓ*)] *καλὸν ... λευκὸν* 9 his (*nCΛ*)] *τοιούτων* siquidem] *ἐὰν* 10 AC ... falsa, BC ... vera] *βγ ... ἀλη-θής, ... αγ ... ψευδής* 12-13 nigrum — inanimatum *secl. Waitz, Ross (cf. ad-notat. latin. infra)* 16 quidem (*CΓ*)] *om.* 19 vero] + *ὅλη* 27 autem (*cf. Λ*)] + *ἐπί τι*

AaBn 3 B *s. add. Bn* 5 et *om. Aa* 6 hoc *Bn* et[1] *om. Aa* 6-8 sequi — cignum *om. Aa* 9 quidem *s. add. Bn* toto *Bn* 10 ve-ro[2]] autem *Aa* 11 vera] vero *Aa* 12-13 nigrum — inanimatum *om. Bn* 14 sed *om. Aa* et *om. Bn* 16 inesse[1] + C *Aa* cingno *Aa* 19 ve-ro] autem *Aa* 21 quidem hac *transp. Aa* 22 B + si *Aa* inesse + B *Aa* 23 pibes *Aa* quidem] de *Aa* 26 autem[2] *om. Aa* 28 eis-dem] eius *Aa* demonstratio + in ea *Aa*

mativa existente. Quoniam enim contingit B quidem toti C inesse, A vero cuidam, et cum ita se habeant, non omni B A, si igitur ac- 57a20
cipiatur B quidem toti C inesse, A vero nulli, privatoria quidem in aliquo falsa, altera autem tota vera et conclusio. Rursus quoniam demonstratum est quia A quidem nulli inherente C, B vero cuidam, contingit A B cuidam non inesse, manifestum igitur quo- 57a25 59v
niam et AC tota vera existente, BC vero in aliquo falsa, contingit conclusionem esse veram. Si enim acceptum fuerit A quidem nulli C, B vero omni, AC quidem tota vera, BC vero in aliquo falsa.

Manifestum autem et in his qui in parte sillogismis quoniam omnino erit per falsa verum. Idem enim termini accipiendi et 57a30
quando universaliter fuerint propositiones, qui quidem in cathegoricis, in cathegoricis, qui vero in privatoriis, in privatoriis. Nichil enim differt si nulli insit omni accipere inesse, et si cum alicui insit universaliter accipere ad terminorum expositionem. Similiter 57a35
autem et in privatoriis.

Manifestum igitur quoniam quando fuerit conclusio quidem falsa, necesse, ex quibus oratio, falsa esse aut omnia aut aliqua, quando autem vera, non necesse verum esse neque aliquid neque omnia, sed est nullo existente vero eorum que in sillogismo conclusionem similiter esse veram, causa autem quoniam quando duo 57b1
se habent ita ad invicem ut altero existente ex necessitate sit alterum, hoc quidem non existente neque alterum erit, existente vero non necesse esse alterum. Idem vero cum sit et non sit, impossibile ex necessitate esse idem. Dico autem ut A albo B esse ex 57b5
necessitate, et non existente albo A B esse ex necessitate. Quando enim existente albo A necesse esse magnum B, magno vero existente B C non esse album, necesse, si A album, C non esse album. Et quando duobus existentibus altero existente necesse alterum 57b10

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 2 igitur (*Ω*)] *om.* 6 igitur] *om.* 13 in cathegoricis ... in privatoriis²] κατηγορικοί ... στερητικοί 15 accipere (*nΓΛ*)] + ὑπάρχειν 17 quando] ἄν 21 veram (*Γ*) + οὐ μὴν ἐξ ἀνάγκης 25 A] + ὄντος 27 enim] + τουδὶ A] + τοδὶ 28 esse¹ (ἢ *CΓ*)] *om.*

AaBn 2 et *om. Aa* omni B A] boni B *Aa* accipitur *Aa* 4 conclusio + vero *Aa* 5 B + C *Aa* 6 non *s. add. Bn* 7 A et *transp. Aa* falsam *Aa* 9 quidem + nulli C *Aa* vero²] vera *Aa* 10 *spatium tituli vacuum Bn* 12 in cathegoricis *s. add. Bn* : *om. Aa* 14 accipiat *Aa* 17 *spatium tituli vacuum Bn* igitur quoniam] enim *Aa* quidem *om. Aa* 21 quoniam *om. Aa* 22 ita] ill'a *Aa* 22-23 sit — quidem] et *Aa* 24 esse *om. Aa* 26 et non existente] esse idem *Aa* 28 necesse + esse magnum *Aa* C²] si *Aa* 29 quando] quoniam *Aa* alio *Aa*

esse, hoc non existente necesse A non esse. B vero non existente magno A non possibile album esse. A vero non existente albo, necesse B magnum esse, accidit ex necessitate B non existente magno ipsum B magnum esse. Hoc autem impossibile. Si enim B non
57b15 est magnum, A non erit album ex necessitate. Si igitur non existente hoc albo B erit magnum, accidit, si B non est magnum, esse magnum, ut per tria.

[5] De demonstratione que fit in circulo. — Circulo autem et alternatim demonstrare est per conclusionem et conversim predicatione alteram accipientem propositionem concludere reliquam,
57b20 quam accipiebat in altero sillogismo. Velut si oporteat monstrare
60r quoniam A C omni inest, monstravit autem per B ; et rursus si demonstret quoniam A B inest, accipiens A quidem C inesse, C vero
57b25 B, et A B ; prius autem e converso accipiebatur B C inherens. Aut si quoniam B ei quod est C oportet ostendere inherens, si accipiatur A de C, quod erat conclusio, B vero secundum A inesse ; prius autem concessum est e converso A secundum B. Aliter autem non est alternatim ostendere. Sive enim aliud medium accipiatur, non
57b30 circulo ; nichil enim accipitur eorundem ; sive horum aliquid, necesse alterum tantum ; si enim utraque, eadem erit conclusio, oportet autem alteram.

In his ergo que non convertuntur ex non demonstrata altera propositione fit sillogismus ; non enim est demonstrare per hos
57b35 terminos quia medio tertium inest aut primo medium. In his autem que convertuntur est omnia ostendere per alterutrum.

Primus modus prime figure. — Velut si A et B et C convertuntur ad invicem. Ostendatur enim AC per medium B, et rursus AB et per conclusionem et per BC propositionem conversam, simi-
58a1 liter autem et BC et per conclusionem et AB propositionem conversam. Oportet autem et CB et BA propositionem demonstrare ; his enim non demonstratis usi sumus solis. Si igitur accipiatur B

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 2 albo (*Λ*)] + *εἰ* 11 oporteat] ἔδει 12 et] *om.* 15 accipiatur] λάβοι

AaBn 1 necesse + est *Aa* 2 album esse *om. Aa* 6 hoc *s. add. Bn* 11 *an scribendum* oportebat ? demonstrare *Aa* 12 omni C *transp. Aa* 14 accepte erant *Aa* 15 *an scribendum* accipiat ? 19 sive] sicut *Aa* 20 erit conclusio eadem *transp. Aa* 21 autem] enim *Aa* 22 altera + fit (*sic*) *Aa* 24 medio tertium *ex* medium tertio *Bn* 26 et² *om. Aa* 28 et¹ *om. Aa* 29 autem *et* et² *om. Aa* propositione *Aa* 30 B¹ *om. Aa* propositione *Aa*

omni C inesse et C omni A, sillogismus erit eius quod est B ad A. Rursus si accipiatur C quidem omni A, A vero omni B, omni B C 58a5
necesse inesse. In utrisque autem his sillogismis CA propositio accepta est non demonstrata ; alie enim demonstrate erant. Quare
5 si hanc demonstraverimus, omnes erunt demonstrate per alterutrum. Si igitur accipiatur C omni B et B omni A inesse, et utreque 58a10
propositiones demonstrate accipiuntur, et C ei quod est A necesse inesse. Manifestum igitur quoniam in solis his que convertuntur circulo et per alterutrum contingit fieri demonstrationes, in aliis
10 autem ut prius diximus. Accidit autem et in his ipso quod de- 58a15
monstratur uti ad demonstrationem ; nam C de B et B de A monstratur, accepto C de A dici, C vero de A per has monstratur propositiones ; itaque conclusione utimur ad demonstrationem.

Secundus modus. — In privatoriis autem sillogismis sic mon- 58a21 ὅον
15 stratur ab invicem. Esto quidem B omni C inesse, A vero nulli B ; conclusio quoniam A nulli C. Si autem rursus oportet concludere A nulli B, quod dudum accepit, erit A quidem nulli C, C vero omni 58a25
B ; ita enim e converso propositio. Si autem quoniam B ei quod est C oportet concludere, nequaquam similiter convertendum AB ;
20 eadem enim propositio, B nulli A et A nulli B inesse. Sed accipiendum, cui A nulli inest, huic B omni inest. Esto A nulli C inesse, 58a30
quod erat conclusio ; cui vero A nulli, B accipiatur omni inesse ; necesse igitur B omni C inesse. Itaque tribus existentibus singulum conclusio factum est, et circulo demonstrare hoc est, conclu-
25 sionem accipientem et e converso alteram propositionem reliquam 58a35
colligere.

Tertius modus. — In his autem qui in parte sillogismi universalem quidem propositionem non erit demonstrare per alteras, eam vero que secundum partem, est. Quoniam ergo non est
30 demonstrare universalem, manifestum ; siquidem universale monstratur per universalia, conclusio autem non est universaliter, 58a40
oportet autem ex conclusione monstrare et altera propositione. Amplius omnino neque fit sillogismus conversa propositione ; in 58b1

B (*nCΓA* = *Ω*) 16 concludere] + ὅτι 21 huic ... inest²] ὑπάρχειν 28 erit] ἔστιν

AaBn 1 eius *om. Aa* 2 omni B² *s. add. Bn* 3 sillogismis his *transp. Aa* 5 demonstravimus *Aa* 10 autem et] enim *Aa* 11 de¹] D *Aa* 17 quidem *om. Aa* 19 condutere (?) *Aa* 20 accipiende *Aa* 22-23 quod — inesse *om. Aa* 25 conversio *Aa* 30 universalem] universale *Aa* 30-31 universali ac per universalia monstratur *Aa* 33 conversa + vero *Aa*

parte enim utreque fiunt propositiones. Eam vero que in parte est. Ostensum sit enim A de quodam C per B. Si igitur acceptum
58b5 fuerit B omni A et conclusio maneat, B cuidam C inerit ; fit enim prima figura, et A medium.

QUARTUS MODUS. — Si autem privatorius sillogismus, universa- 5
lem quidem propositionem non est monstrare, propter quod et prius dictum est ; eam vero que in parte est, ⟨si⟩ similiter quidem convertitur AB quemadmodum in universalibus, non est, per ac-
58b10 ceptionem autem est, velut cui A cuidam non inest, B cuidam inesse ; aliter enim non fit sillogismus eo quod negativa sit in parte 10 propositio.

[6] FIGURA SECUNDA. — In secunda vero figura affirmativum quidem non est ostendere per hunc modum, privatorium vero est.
58b15 Ergo cathegoricum non ostenditur eo quod non utreque sint propositiones affirmative ; nam conclusio privatoria est, cathegoricum 15 vero ex utrisque ostendebatur affirmativis. Privatorium vero sic monstratur.

61r SECUNDUS MODUS. — Insit enim A omni B, C vero nulli ; con-
58b20 clusio B nulli C. Si igitur acceptum fuerit B omni A inherens, C vero nulli, necesse A nulli C inesse ; fit enim secunda figura, per 20 medium B.

PRIMUS MODUS. — Si autem AB privatorium acceptum sit, alterum autem cathegoricum, prima erit figura. Siquidem C omni A,
58b25 B vero nulli C, quare nulli A B ; neque igitur A ei quod est B. Per conclusionem ergo et unam propositionem non fit sillogismus, ac- 25 cepta vero altera, erit.

QUARTUS MODUS. — Si vero non universaliter sillogismus fuerit, in toto quidem propositio non demonstratur propter eandem
58b30 causam quam diximus et prius. Que autem in parte monstratur, cum fuerit universaliter cathegoricum. Insit enim A omni B, C ve- 30

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 7 quidem (*C*)] *om.* 8 in] *κἀπὶ* 8-9 non — est (*CB*²)] *om.* 18 enim] *om.* 19-20 C² — nulli¹ (*mB²C²A*)] *om. B*¹ 20 per] *om.* 23 siquidem (*Ω*)] *μὲν*

AaBn 2 quodam] quo *Aa* 3 manet *Aa* 7 si *om. AaBn* quidem] quod *Aa* 8 in *om. Bn* acceptiones *Aa* cui *om. Aa* inesse] inest *Aa* 10 negatam *Aa* 12 vero] autem *Aa* 14 catheoric'e *Aa* sit *Aa* 15 nam] neque *Aa* est *om. Aa* 16 monstratur *Aa* 20 necesse] B inesse *Aa* 22 sit *om. Aa* 24 A² *om. Aa* 25 propositionem unam *transp. Aa* 27 non *om. Bn* 28 propositio non demonstratur *om. Aa* propter] per *Aa* 30 cathegoricum universaliter *transp. Aa* 30-**265**.1 C — B¹ *om. Aa*

ro non omni ; conclusio BC. Si igitur acceptum fuerit B omni A, C vero non omni, A cuidam C non inerit ; medium B.

Tertius modus. — Si autem est universalis privatoria, non monstrabitur AC propositio converso AB ; accidit enim aut utras- 58b35
5 que aut alteram fieri negativam ; itaque non erit sillogismus. Sed similiter ostendetur ut et in universalibus, si acceptum fuerit, cui B alicui non inest, A alicui inesse.

[7] Tertie figure primus modus et secundus. — In tertia vero figura cum quidem utreque propositiones universaliter ac- 58b40
10 cepte fuerint, non contingit ostendere alternatim ; siquidem universale monstratur per universalia, in hac vero conclusio semper 59a1 secundum partem ; itaque manifestum quia non contingit omnino monstrare per hanc figuram universalem propositionem. Si vero hec quidem universaliter hec vero in parte, aliquando quidem erit,
15 aliquando autem non erit. Quando ergo utreque cathegorice ac- 59a5 cepte fuerint et universale fit ad minus extremum, erit, cum autem ⟨ad⟩ alterum, non erit.

Quartus modus. — Insit enim A omni C, B vero cuidam ; conclusio AB. Si igitur acceptum fuerit C omni A inesse, B vero cui-
20 dam, C quidem ostensum est cuidam B inherens, B vero cuidam C non ostensum est. Et tamen necesse, si C cuidam B, et B cuidam 59a10 C inesse. Sed non idem est hoc huic et hoc huic inesse ; sed accipiendum quoniam, si hoc alicui huic, et alterum alicui huic. Hoc autem accepto nequaquam fit ex conclusione et altera propositio-
25 ne sillogismus.

Tertius modus. — Si autem B quidem omni C, A vero cuidam 59a15 6Iv C, erit monstrare AC, cum acceptum fuerit C quidem omni B inesse, A vero cuidam. Necesse A cuidam C inesse ; medium B.

Quartus modus. — Et cum fuerit hec cathegorica quidem hec
30 vero privatoria, universaliter autem cathegorica, monstrabitur al- 59a20

B (*nCΓΛ* = Ω) 2 inerit (*nΓ*)] *ὑπάρχει* 5 alteram] + *πρότοσιν* 14 quidem[1] (*Γ*)] + *ἢ* 19 B vero cuidam (B autem alicui C *Λ* : *τὸ δὲ α τινὶ τῷ β C*)] *om.* 23 quoniam (*nΓ*)] *om.* 26 quidem (*AΓ*)] *om.* 28 cuidam[1]] + *εἰ γὰρ τὸ γ παντὶ τῷ β, τὸ δὲ α τινὶ τῷ β*

AaBn 3 universalis est *transp. Aa* 4 monstratur *Aa* conversa *Aa* 6 et *om. Aa* in *om. Bn* 11 vero + figua (*sic*) *Aa* 13-15 si — utreque *bis scr.* (*sed primo* quidem *pro* autem ; *secundo* erit (14) — autem *om.*) *Aa* 15 autem] quidem *Aa* 16 universaliter (*an recte* ?) sit *Aa* ad *om. AaBn* 20 vero *om. Aa* 25 sillogismus *om. Aa* 27 monstrare erit *transp. Aa* 28 cuidam[1] + nam si C omni B A autem alicui B *Aab* 29 hec fuerit cathegorice *Aa* quidem *om. Aa* 30 monstratur *Aa*

tera. Insit enim B omni C, A vero cuidam non insit ; conclusio quoniam A cuidam B non inest. Si igitur acceptum fuerit C omni B inesse, A vero cuidam non inesse, necesse A cuidam C non inesse ; medium B.

SEXTUS MODUS. — Quando autem privatoria universaliter fit, 5
59a25 non monstratur altera, ni quemadmodum in prioribus, si acceptum fuerit, cui hoc alicui non inest, alterum alicui inesse, velut si A quidem nulli C, B vero alicui ; conclusio quoniam A cuidam B non inest. Si igitur acceptum fuerit, cui A alicui non inest, C alicui inesse,
59a30 necesse C cuidam B inesse. Aliter autem non est convertentem uni- 10
versalem propositionem monstrare alteram ; nullo modo enim erit sillogismus.

Manifestum igitur quoniam in prima quidem figura alterna demonstratio et per tertiam et per primam fit figuram. Cathegorica
59a35 quidem existente conclusione per primam, privatoria autem per 15
ultimam ; accipitur enim, cui hoc nulli, alterum omni inesse. In media autem universaliter quidem existente sillogismo et per ipsam et per primam figuram, et per ultimam, quando vero in parte, et per ipsam et per ultimam. In tertia autem per ipsam omnes.
59a40 Manifestum autem et quia in media et in tertia non per ipsa facti 20
sillogismi aut non sunt secundum eam que in circulo demonstrationem aut imperfecti.

59b1 [8] DE CONVERSIONE SILLOGISMORUM. — Convertere autem est transponentem conclusionem facere sillogismum quia aut extremum medio non inerit aut hoc extremo. Necesse enim conclusione 25
59b5 conversa et altera manente propositione auferri reliquam ; si enim erit, et conclusio erit. Differt autem contraiacenter aut contrarie convertere eandem conclusionem ; non enim idem fit sillogismus utroque modo conversa ; manifestum autem hoc erit per ea que
62r sequuntur. Dico autem contraiacere quidem 'omni' 'non-omni' et 30

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 3 A¹ — inesse¹ (*cf. A²Λ*)] *om.* 20 media ... tertia] *τρίτῳ ... μέσῳ* 28 eandem (*Γ*)] *om.*

AaBn 2 igitur + s *Aa* 5 autem *om. Aa* sit *Aa* 6 nisi quemande (?) *Aa* prioribus + ut *Aa* 7 alicui² + non *Aa* 9 cui *et* non *om. Aa* inest + esse *Bn* : inesse *Aa* 10 convertere *Aa* 11 enim *om. Aa* 13 *spatium tituli vacuum Bn* altera *Aa* 14 et per tertiam *et* fit *s. add. Bn* figuram fit *transp. Aa* 16 enim *om. Aa* 17 et *om. Aa* 18 per¹ *om. Bn* 19 omnis *Aa* 20 autem *om. Aa* in (*bis*) *et* per *om. Aa* ipsam *AaBn* 21 aut] autem *Aa* 23 sill' (*an legendum* sollogismi ?) *Bn* 26 reliquam] aliquam *Aa* 27 contraiacentem *Bn* : contraiatere *Aa* contrarii (?) *Aa* 30 contraiacere + contrarii (?) convertere eandem conclusionem *Aa* et *om. Aa*

'alicui' 'nulli', contrarie autem 'omni' 'nulli' et 'alicui' 'non alicui 59b10
inesse'.

PRIME FIGURE PRIMUS MODUS. — Esto enim ostensum A de C per medium B. Si autem A nulli accipiatur C inesse, B vero omni, nulli C inerit B. Et si A quidem nulli C, B vero omni C, A non omni B et non omnino nulli ; nichil enim monstrabatur universa- 59b15
liter per tertiam figuram. Omnino autem eam que ad maius extremum propositionem non est destruere universaliter per conversionem ; semper enim aufertur per tertiam figuram ; necesse enim ad ultimum extremum utrasque accipere propositiones.

SECUNDUS MODUS. — Et si privatorius sillogismus, similiter. 59b20
Ostensum sit enim A nulli C inherens per B. Ergo si acceptum fuerit A C omni inesse, B vero nulli, nulli C B inerit. Et si A et B omni C, A cuidam B ; sed nulli inerat.

Si vero contraiacenter conversa fuerit conclusio, et sillogismi 59b25
contraiacentes et non universaliter erunt. Fit enim altera propositio in parte ; itaque et conclusio erit secundum partem. Esto enim cathegoricus sillogismus, et convertatur ita. Igitur si A non omni C, B vero omni, B non omni C ; et si A non omni C, B vero omni, 59b30
A non omni B. Similiter autem et si privatorius sillogismus. Si enim A cuidam C inest, B vero nulli, B cuidam C non inest, non simpliciter nulli ; et si A quidem C cuidam, B vero omni, ut in 59b35
principio acceptum est, A cuidam B inerit.

TERTIUS MODUS. — In his autem qui in parte sillogismis cum quidem contraiacenter convertitur conclusio, auferuntur utreque propositiones, quando vero contrarie, neutra. Non enim adhuc accidit, quemadmodum in universalibus, auferre accepta conclusio- 59b40
ne secundum conversionem, sed neque omnino auferre. Ostensum 60a1
sit enim A de quodam C. Ergo si acceptum fuerit A nulli C inesse, B vero cuidam C, A B cuidam non inerit ; et si A nulli C, B vero

---

B (*nCΓΛ* = Ω) 6 nichil] *οὐ* 21 inest²] *ὑπάρξει* 30 C¹] *om.*

AaBn 1 et *om. Aa* 2 inesse] esse *Bn* 3 de] D *Aa* 5 si + autem *Aa* 6 nulli *om. Aa* monstrabitur *Bn*, ?*Aa* 8 conversionem] conclusionem *Aa* 15 contraiacentem *Aa* 16 enim] ergo *Aa* 18 convertitem (*sic*) *Aa* 19-21 omni¹ — B¹ *in ras. pauciorum verborum Bn* 19 B² + vero *Aa* omni⁴ + C *Aa* 21 inest² + sed *Aa* 24 sillogismis cum] sunt C *Aa* 26 contraria *Aa* enim] homini *Aa* 27 nauffere (?) *Aa* conclusionem *Aa* 28 conversionem] conclusionem *Aa* neque] non *Aa* auffere *Aa* 30 cuidam + non inerit C sed nondum aufertur quod ex principio contingit alicui non inesse (*cf.* **268**.3-4) *Aa*

60a5 omni, nulli C B. Itaque auferuntur utreque. Si autem contrarie conversa fuerit, neutra. Si enim A cuidam C non inest, B vero omni, B cuidam C non inerit. Sed nondum aufertur quod ex principio ; contingit enim alicui non inesse. Eius vero que est univer-
60a10 salis, AB, omnino nullus fit sillogismus ; si enim A quidem cuidam 5
62v C non inest, B vero cuidam inest, neutra universaliter propositionum.

Quartus modus. — Similiter autem et si privatorius sillogismus ; si enim accipietur A C omni inesse, auferuntur utreque, si vero alicui, neutra. Demonstratio autem eadem. 10

60a15 [9] In secunda autem figura eam quidem que ad maius extremum propositionem non est auferre contrarie, quomodocumque conversione facta ; semper enim erit conclusio in tertia figura, universaliter autem non erat in hac sillogismus. Alteram autem simi-
60a20 liter auferemus conversioni. Dico autem 'similiter', si quidem con- 15 trarie convertitur, contrarie, si autem opposite, opposite.

Secundus modus secunde figure. — Insit enim A omni B, C vero nulli ; conclusio BC. Si igitur acceptum fuerit B omni C inesse et AB maneat, A omni C inerit ; fit enim prima figura. Si vero
60a25 B omni C, A vero nulli C, A non omni B ; figura ultima. Si autem 20 opposite conversa fuerit BC, AB quidem similiter ostendetur, AC vero opposite. Si enim B cuidam C, A vero nulli C, A cuidam B
60a30 non inerit. Rursus si B cuidam C, A vero omni B, A cuidam C ; itaque oppositus fit sillogismus.

Primus modus. — Similiter autem ostendetur si e converso ha- 25 beant propositiones.

Tertius modus. — Si autem est in parte sillogismus, contrarie quidem conversa conclusione neutra propositionum aufertur, sicut
60a35 neque in prima figura, opposite autem utreque. Ponatur enim A B quidem nulli inesse, C vero alicui ; conclusio BC. Si igitur positum 30 fuerit B cuidam C inesse et AB maneat, conclusio erit quoniam A cuidam C non inest. Sed non aufertur quod a principio ; contingit
60a40 enim cuidam inesse et cuidam non inesse. Rursus si B cuidam C et

---

B (*nCΓΛ* = Ω) 4 enim] + *τινὶ ὑπάρχειν καὶ* 24 oppositus (*nΓΛ*)] *ἀντικειμένως* 32 aufertur] *ἀνῄρηται*

AaBn 2 converse *Aa* 3 non inerit C *transp. Aa* ex] a *Bn* 4 enim *om. Aa* 14 autem[1] *om. Aa* erit *Aa* 17 enim *om. Aa* 20 A[1] + B quidem similiter *Aa* 21 opposita *Aa* 25 contrario huaũt *Aa* 27 est *om. Aa* 29 opposita *AaBn* 30 igitur + C (?) *Aa* 31 fuerit *om. Aa* cuidam] cui *Aa* 33 enim] ei *Aa*

A cuidam C, non erit sillogismus ; neutrum enim universale acceptorum. Quare non aufertur AB. Si autem opposite convertatur, 60b1
auferuntur utreque. Si enim B omni C, A vero nulli B, nulli C A ;
erat autem cuidam. Rursus si B omni C, A vero cuidam C, cuidam
5 B A. Eadem autem demonstratio et si universale cathegoricum. 60b5

[10] Quartus modus. — In tertia vero figura cum quidem con- 63r
trarie convertatur conclusio, neutra propositionum aufertur secundum nullum sillogismorum, quando vero opposite, utreque et in omnibus.

10 Primus modus tertie figure. — Ostensum sit enim A cuidam B inherens, medium autem acceptum sit C, sint autem universa- 60b10
les propositiones. Si igitur acceptum fuerit A cuidam B non inesse, B vero omni C, non fit sillogismus A et C. Neque si A B quidem cuidam non inest, C vero omni, non erit B et C sillogismus.

15 Tertius et quartus modus. — Similiter autem ostenditur et 60b15
si non universaliter propositiones. Aut enim utrasque necesse secundum partem esse per conversionem, aut universale ad minus extremum fieri ; sic autem non erat sillogismus neque in prima figura neque in media.

20 Iterum primus modus. — Si autem opposite convertantur propositiones, auferuntur utreque. Si enim A nulli B, B vero omni C, 60b20
A nulli C.

Tertius et quartus modus. — Rursus si A B quidem nulli, C vero omni, nulli C B. Et si altera non universaliter, similiter. Si
25 enim A nulli B, B vero cuidam C, A cuidam non inerit ; si vero A B quidem nulli, C vero omni, nulli C B. 60b25

Secundus modus. — Similiter autem et si privatorius sillogismus. Ostensum sit enim A cuidam B non inherens, esto autem cathegoricum quidem BC, negativum autem AC ; sic enim fiebat
30 sillogismus.

Secundus modus tertie figure. — Quando ergo contrarium acceptum fuerit conclusioni, non erit sillogismus. Si enim A cui- 60b30

B (*nCΓΛ* = Ω) 15 ostenditur] δειχθήσεται 25 cuidam² (*cf.* n^1A)] + τῷ γ

AaBn 3 vero + cuidam *Aa* 5 et *om. Aa* 6 in tertia vero] set in tertia *Aa* 7 convertantur *Aa* auferrem *Aa* 8-9 et in omnibus *om. Aa* 13 A^1 ... B *transp. Aa* 14 C vero] B vero C *Aa* B] A *Aa* 15 *an scribendum* ostendetur ? 17-18 maius ... erit *Aa* 20 convertuntur *Bn* 21 A *et* B *om. Aa* 23 *et* 24 B *om. Bn* 24 et *om. Aa* non] vero *Aa* 25 inerit + C *Aa* 27 privatorius + fit *Aa* 29 negativa *Aa* 32-**270**.1 si — sillogismus *om. Aa*

dam B, B vero omni C, non erat sillogismus A et C. Neque si A cuidam B, C vero nulli, non erat B C sillogismus. Itaque non auferuntur propositiones. Quando autem oppositum, auferuntur. Si
60b35 enim A omni B et B C, A omni C ; sed nulli inerat. Rursus si A omni B, C vero nulli, B nulli C ; sed omni inerat.

Quintus et sextus modus. — Similiter autem ostenditur et si non universaliter sunt propositiones. Fit enim AC universaliter et privatorium, alterum autem in parte et cathegoricum. Si ergo
60b40 A omni B, B vero cuidam C, A cuidam C accidit ; sed nulli inerat.
61a1 Rursus si A omni B, C vero nulli, B nulli C ; si vero A cuidam B, B vero cuidam C, non fit sillogismus ; neque si A cuidam B, C vero nulli, neque sic ; itaque illo modo quidem auferuntur, sic autem non auferuntur propositiones.

61a5 *63v* Manifestum igitur per ea que dicta sunt quomodo conversa conclusione in unaquaque figura fit sillogismus, et quando contrarie propositioni et quando opposite, et quoniam in prima quidem figura per mediam et ultimam fiunt sillogismi, et que quidem ad
61a10 minus extremum semper per mediam aufertur, que vero ad maius per ultimam ; in secunda vero figura per primam et per ultimam, et que quidem ad minus extremum semper per primam figuram, que vero ad maius per ultimam ; in tertia autem per primam et
61a15 per mediam, et que quidem ad maius per primam semper, que vero ad minus semper per mediam.

[11] Quid ergo est convertere et quomodo in unaquaque figura et quis fit sillogismus, manifestum.

De conversione sillogismi per impossibile. — Per impossi-
61a20 bile autem sillogismus ostenditur quidem, quando contradictio posita fuerit conclusionis et accepta fuerit alia propositio, fit autem in omnibus figuris ; simile enim est conversioni, verumtamen differt adeo quoniam convertitur quidem facto sillogismo et acceptis

---

B ($nC\Gamma\Lambda = \Omega$) 1 et ($nC\Lambda$)] κατὰ 2 B²] + κατὰ 11 vero¹] καὶ 19 figura] *om.* per² (n^2)] *om.* 23 semper ($n\Gamma$)] *om.*

AaBn 1 et *om. Aa* 2 sillogismus B C *transp. Aa* 4 B² + omni *Aa* 5 nulli² *om. Aa* 6 et *om. Aa* 7 sint *Aa* fit] sit *Aa* 8 autem *om. Bn* 9 cuidam¹ *om. Aa* 12 quidem *om. Aa* aferuntur *Aa* 12-13 sic — propositiones] propositiones si autem non *Aa* 14 epilogus *marg. Bn* 16 quidem *om. Aa* 19 vero] autem *Aa* per³ *om. Aa* ultimam²] postremam *Aa* 20 et que quidem] figura que vero *Aa* semper *om. Aa* figuram] aufertur *Aa* 21 autem] vero figura *Aa* 22 per¹ *om. Aa* maius] minus extremum *Aa* 23 per mediam semper *transp. Aa* 24 est ergo *transp. Aa* et quomodo *post* figura *Aa* 25 quid *Aa* sit *Bn*

utrisque propositionibus, deducitur autem ad impossibile non concesso opposito prius, sed manifesto existente quoniam verum. Ter- 61a25
mini vero similiter habent in utrisque, et eadem acceptio utraque. Velut si A omni B inest, medium autem C, si per hypotesim posi-
tum fuerit A aut non omni aut nulli B inesse, C vero A omni, quod erat verum, necesse C B aut nulli aut non omni inesse. Hoc autem 61a30
impossibile ; itaque falsum per hypotesim positum ; verum igitur oppositum. Similiter autem et in aliis figuris ; quecumque enim conversionem recipiunt, et per impossibile sillogismum.

Alie ergo questiones omnes monstrantur per impossibile in om- 61a35
nibus figuris, universale vero cathegoricum in media quidem et tertia ostenditur, in prima vero non ostenditur. Ponatur enim per hypotesim A B non omni aut nulli inesse, et accepta sit aliqua propositio undecumque, sive A omni inest C sive B omni D ; ita 61a40
enim esset prima figura. Si ergo per hypotesim ponitur non omni inesse A B, non fit sillogismus undecumque propositione accepta, 61b1
si vero nulli, cum quidem BD accepta fuerit, sillogismus quidem *64r*
erit mendacii, non monstratur autem propositum. Si enim A nulli B, B omni D, A nulli D. Hoc autem esto impossibile ; falsum igi- 61b5
tur nulli B A inesse. Sed non, si nulli falsum, omni verum. Si autem CA accepta fuerit, non fit sillogismus, neque quando per hypotesim positum fuerit non omni B A inesse. Quare manifestum quoniam omni inesse non ostenditur in prima figura per impossi- 61b10
bile.

Cuidam vero et nulli et non omni ostenditur. Ponatur enim per hypotesim A nulli B inesse, B vero acceptum sit omni aut alicui C. Igitur necesse A nulli aut non omni C inesse. Hoc autem impossibile. Esto enim verum, et manifestum quoniam inest C A, quare, 61b15
si hoc falsum, necesse A cuidam B inesse. Si vero ad A accepta fuerit altera propositio, non erit sillogismus. Neque quando contra-

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 3 utraque] *ἀμφοτέρων* 5 A²] *om.* 19 B²] *τὸ δὲ β* 28 quoniam] + *παντὶ*

AaBn 2 verum + est *Aa* 3 similiter + se *Aa* 4 PRIMA FIGURA *marg. Bn* 6 non omni aut nulli *transp. Aa* 8 enim] igitur *Aa* 9 conversione *Aa* 10 omnes *om. Aa* 11 vero] autem *Aa* 12 non *om. Aa* 15 ergo] enim *Aa* 15-16 A B non omni inesse *transp. Aa* 18 mendacii erit *transp.Aa* autem *om. Aa* 19 B² + nulli *Aa* esto] sit *Aa* falsum + est *Aa* 20 inesse A *transp. Aa* autem *om. Aa* 21 accepta fuerit CA *transp. Aa* 22 positum fuerit] acceptum *Aa* 25 et¹ *s. add. Bn* SECUNDUS ET TERTIUS MODUS *marg. Bn* 26 B¹] aut *Aa* 27 hoc *bis scr. Aa* 29 falsum] verum *Aa*

rium conclusioni per hypotesim positum fuerit, velut cuidam non inesse. Manifestum igitur quoniam oppositum per hypotesim ponendum.

Rursus per hypotesim ponatur A cuidam B inesse, acceptum sit
61b20 autem C omni A. Necesse igitur C cuidam B inesse. Hoc autem esto impossibile, quare falsum per hypotesim positum. Si autem sic, verum A nulli inesse. Similiter autem et si privatorium acceptum fuerit CA. Si autem ad B accepta est propositio, non erit sillogismus.
61b25 Si autem contrarium per hypotesim positum fuerit, sillogismus quidem erit et impossibile, non ostenditur vero propositum. Nam ponatur per hypotesim omni B A inesse, et C A acceptum sit omni. Igitur necesse C omni B inesse. Hoc autem impossibile, quare fal-
61b30 sum omni B A inesse. Sed nondum necessarium, si non omni, nulli inesse. Similiter autem et si ad B accepta fuerit altera propositio ; sillogismus siquidem erit, sed et impossibile, non aufertur autem hypotesis ; itaque oppositum per hypotesim ponendum.

Ad ostendendum autem non omni inherens B A, per hypotesim
61b35 ⟨ponendum⟩ omni inesse ; si enim A omni B et C omni A, C omni B ; quare si hoc impossibile, falsum per hypotesim positum. Similiter autem et si ad B accepta est altera propositio. Et si privatorium erat CA, similiter ; et enim sic fit sillogismus. Si autem ad B fuerit privatorium, nichil monstratur. Si vero non omni sed ali-
61b40 64v cui inesse per hypotesim positum fuerit, non ostenditur quia non omni, sed quia nulli. Si enim A cuidam B, C vero omni A, cuidam
62a1 B C inest. Si igitur hoc impossibile, falsum cuidam inesse B A ; quare verum nulli. Hoc autem ostenso simul aufertur verum ; nam A B cuidam quidem inerat, cuidam vero non inerat. Amplius au-
62a5 tem non propter hypotesim impossibile accidit ; falsa enim esset, siquidem ex veris non est falsum colligere ; nunc autem vera ; inest enim A cuidam B. Quare non per hypotesim ponendum alicui inesse, sed omni. Similiter autem et si alicui non inherens B A os-

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 7 A] *om.* 11 inesse (*nΓ*)] *om.* 15 sed] *om.* 27 autem (*Γ, cf. n*)] *om.* 28 enim (*nB²ΓΛ*)] *om.*

AaBn 2 ponendum *ex* imponendum *Bn* 4 *spatium tituli vacuum Bn* 6 verum + est *Aa* 7 nulli + B *Aa* 9-10 sillogismus *et* et *om. Aa* 10 vero *ante* non *Aa* 11-12 et — inesse *om. Aa* 12 impossibile *om. Aa* 17 PRIMUS MODUS *marg. Bn* 18 ponendum *om. AaBn* 20 acceptum sit *Aa* 21 erit *Aa* 23 per] po (*sic*) *Aa* 25 inest] inesse *Aa* B inesse *transp. Aa* 26 simul] tunc *Aa* 27 vero] non (*sic*) *Aa* 31 ostenderimus (*an recte ?*) *Aa*

tenderemus ; si enim idem alicui non inesse et non omni inesse fu- 62a10
erit, eadem utrorumque demonstratio.

Manifestum igitur quoniam non contrarium sed oppositum per hypotesim ponendum in omnibus sillogismis. Sic enim et necessaria erit et propositio probabilis. Si enim de omni aut dictio aut negatio, ostenso quoniam non negatio, necesse affirmationem veram 62a15
esse. Rursus si non ponit veram esse affirmationem, probabile dicere negationem. Contrarium vero neutro modo congruit dicere ; neque enim necessarium, si nulli falsum, omni verum, neque probabile, ut si alterum falsum, quoniam alterum verum.

[12] Manifestum igitur quoniam in prima figura alie quidem 62a20
questiones omnes monstrantur per impossibile, universale vero affirmativum non monstratur.

Figure secunde quartus modus. — In media autem et ultima et hoc monstratur. Ponatur enim A non omni B inesse, acceptum sit autem C omni inesse A. Igitur si B quidem non omni, C vero 62a25
omni, non omni B C. Hoc enim impossibile ; esto enim manifestum quoniam omni B inest C ; itaque falsum per hypotesim positum. Verum igitur omni B inesse. Si autem contrarium per hypotesim positum fuerit, sillogismus quidem erit et impossibile, non tamen ostenditur propositum. Si enim A nulli B, C vero omni, nulli B C. 62a30
Hoc autem impossibile ; itaque falsum nulli inesse. Sed non si hoc falsum, omni verum.

Secundus modus. — Quoniam autem cuidam B inest A, per hypotesim ponatur A nulli B inesse, C vero omni insit. Necesse igitur C nulli B. Quare si hoc impossibile, necesse A cuidam B in- 62a35
esse. Si vero per hypotesim positum fuerit alicui non inesse, eadem 65r
erit que in prima figura.

Tertius modus. — Rursus per hypotesim ponatur A cuidam

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 1 fuerit] *om.* 4 et (*nΓ*)] *om.* 19 B] *om.* 28 erit que (*Γ* ?)] ἔσται ἄπερ

AaBn 1 inest *bis Aa* 2 utrorum *Aa* 3 quoniam *om. Aa* 4 sillogismis] similis *Aa* 5 erit *om. Aa* probabilis *post* et *Aa* 7 ponunt affirmationem veram esse *Aa* probabile dicere *om. Aa* 8 vero *om. Aa* dicere congruit *transp. Aa* 10 ut] aut *Aa* falsum — alterum² *om. Aa* 11-12 in prima figura *post* omnes *Aa* 14 autem + figura *Aa* 15-16 B — omni² *om. Aa* 16 vero] autem *Aa* 17 non omni B] inest non omni B inest *Aa* enim² *om. Aa* 19 inesse si] A inesse *Aa* 24 quoniam] quare *Aa* B *om. Aa* 27 vero] autem *Aa* per — fuerit] supponatur *Aab* inesse + non erit *Aa* 28 erit (*an scribendum* erunt ?) + idem *Aa* 29 rursus + si *Bn* der — ponatur] supponatur *Aab* 29-**274**.1 A — inesse¹] alicui B inesse A *Aa*

B inesse, C vero nulli insit. Necesse igitur C cuidam B non inesse.
62a40 Sed omni inerat ; itaque falsum per hypotesim positum ; nulli igitur B A inerit.

PRIMUS MODUS. — Quoniam autem non omni B A, per hypo-
62b1 tesim ponatur omni B inesse, C vero nulli. Necesse igitur C nulli B inesse. Hoc autem impossibile ; quare verum non omni inesse. Manifestum igitur quoniam omnes sillogismi fiunt per mediam figuram.

62b5 [13] FIGURE TERTIE QUINTUS MODUS. — Similiter autem et per ultimam. Ponatur enim cuidam B non inesse, C vero omni ; igitur A cuidam C non inest. Si igitur hoc impossibile, falsum alicui non inesse ; itaque verum omni. Si autem per hypotesim positum fuerit nulli inesse, sillogismus erit et impossibile, non ostenditur au-
62b10 tem propositum ; si enim per hypotesim contrarium positum fuerit, eadem erunt que in prioribus.

SEXTUS MODUS. — Sed ad id quod est alicui B inesse A ea accipienda hypotesis. Si enim A nulli B, C vero cuidam B, A non omni C. Si igitur hoc falsum, verum A cuidam B inesse.

62b15 TERTIUS MODUS. — Quoniam autem nulli B inest A, per hypotesim ponatur alicui inesse, acceptum autem sit et C omni B inesse. Et necesse A cuidam C inesse. Sed nulli inerat ; quare falsum alicui B inesse A. Si vero per hypotesim positum fuerit omni B inesse A, non monstratur propositum.

62b20 QUARTUS MODUS. — Sed ad id quod est non omni inesse ea accipienda hypotesis. Si enim A omni B et C cuidam B, A cuidam C inest. Hoc autem non erat ; quare falsum omni inesse. Si autem per hypotesim positum fuerit alicui inesse, eadem erunt que et in prius dictis.

62b25 Manifestum igitur quoniam in omnibus per impossibile sillogismis oppositum per hypotesim ponendum. Liquet autem quoniam et in media figura monstratur quodam modo affirmativum et in tertia universale.

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 10 enim] + τὸ α 13 sillogismus] + μὲν 16 B inesse A] ὑπάρχειν 21 et] οὐκοῦν 25 cuidam[1] (*fuB*[2]*C*[2])] παντὶ 26 autem] + οὕτως ἀληθὲς τὸ μὴ παντί, ἐὰν δ' 31 et[1]] *om.*

AaBn 4 omni + inest *Aa* 5 necesse *post* B (6) *Aa* 7 manifestum + est *Aa* 10 enim *om. Aa* omni + et *Aa* 11 inesse *Aa* alicui] cuidam (*an recte ?*) *Aa* 13 non *s. add. Bn* 15 erunt + et *Aa* 18 C *om. Aa* Λ] ai *Aa* 20 sit] si *Aa* 24 ea] Λ *Aa* 25-26 C inest] in (?) *Aa* 27 in *om. Aa* 29 sillogismus *Aa* 31 et[1] *om. Aa*

[14] De directa ratiocinatione. — Differt autem que in impossibile demonstratio a demonstrativa eo quod ponat quod vult 62b30
auferre, deducens in manifestum mendacium ; demonstrativa autem incipit ex concessis positionibus veris. Accipiunt ergo utreque 65v
duas propositiones concessas ; sed hec quidem ex quibus sillogismus, hec vero unam quidem harum, unam vero contradictionem conclusionis. Et hic quidem non necesse notam esse conclusionem, 62b35
neque prenoscere quoniam est aut non ; hic autem necesse quoniam non est. Differt autem nichil affirmationem aut negationem esse
conclusionem, sed similiter habet de utrisque. Omne autem quod demonstrative concluditur et per impossibile ostendetur, et quod 62b40
per impossibile demonstrative per eosdem terminos. Cum enim per impossibile sillogismus in prima figura fit, verum erit in media aut 63a1
ultima, privatorium quidem in media, cathegoricum vero in ultima. Cum autem in media sillogismus, verum in prima in omnibus questionibus. Quando vero in ultima sillogismus, verum in prima 63a5
et media, affirmativa quidem in prima, privatoria vero in media.

Tertius prime. — Esto enim ostensum A nulli aut non omni B per primam figuram. Igitur hypotesis quidem erat alicui B inesse
A, C vero accipiebatur A quidem omni inesse, B vero nulli ; sic enim 63a10
fiebat sillogismus et impossibile. Hec autem media figura, si C omni quidem A, B vero nulli inest. Et manifestum ex his quia nulli B inest A.

Primus prime. — Similiter autem et si non omni ostensum est
inherens. Siquidem hypotesis omni inesse, C vero accipiebatur A 63a15
quidem omni, B vero non omni. Et si privatorium acciperetur CA, eodem modo ; et enim sic fit media figura.

Primus tertie. — Rursus ostensum sit cuidam inherens B A. Ergo hypotesis nulli inesse, B vero accipiebatur omni C inesse et A 63a20

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 4 veris (*AΓΛ*)] *om.* 12-13 per impossibile (*Λ*)] *om.* (*cf.* **277**.4) 25 hypotesis] + ἐστὶ 29 A (*Λ*)] + ἢ

AaBn 2 demonstrato astensiva (*sic*) *Aa* (*cf.* ***b***) 3 ostensiva *Aab* 4 propositionibus *AaBn* 7 conclusionem esse *transp. Aa* 8 quoniam[1]] quod *Aa* huic *Aa* 9 affirmationem] autem firmatione *Aa* 10 conditionem (?) *Aa* similiter + se *Aa* 11 demonstratione *Aa* 11-12 ostendetur — impossibile *om. A* 13 sillogismus *post* figura *Aa* erit + aut *Aa* 16 questionibus] propositionibus *Aa* 17 affirmativa + qua *Bn* vero *om. Aa* in[2] *s. add. Bn* 18 esto] sit *Aa* 19 erat *om. Aa* 20 accipiatur *Aa* 21 SECUNDUS SECUNDE *marg. Bn* 21-22 quidem omni *transp. Aa* 22 B *om. Aa* 23 A *om. Aa* 24 autem *om. Aa* 25 QUARTUS QUARTE. SECUNDUS ET QUARTUS *marg. Bn* omnium esse *Bn* 28 sic *Aa* 29 inesse C *transp. Aa*

omni aut cuidam C ; ita enim erit impossibile. Hec autem ultima figura, si A et B omni C. Et manifestum ex his quoniam necesse A cuidam B inesse. Similiter et si alicui C acceptum esset inherens B aut A.

63a25 SECUNDUS MODUS SECUNDE FIGURE. — Rursus in media figura ostensum sit A omni B inherens. Ergo hypotesis quidem erat non omni B A inesse. Acceptum est autem A omni C et C omni B ; ita enim impossibile erit. Hec vero prima figura, si A omni C et C omni B.

66r
63a30 TERTIUS MODUS SECUNDE FIGURE. — Similiter autem et si alicui ostensum est inherens ; hypotesis siquidem erat nulli B A inesse. Acceptum est autem A omni C et C cuidam B.

PRIMUS MODUS SECUNDE FIGURE. — Si vero privatorius sillogismus, hypotesis quidem A cuidam B. Acceptum est autem A nulli
63a35 C et C omni B ; quare fit prima figura.

QUINTUS QUARTE. — Et si non universaliter sillogismus, sed A cuidam B ostensum est non inesse, eodem modo. Hypotesis siquidem omni B A inesse. Acceptum autem A nulli C et C cuidam B ; sic enim prima figura.

63a40 SECUNDUS QUARTE. — Rursus in tertia figura ostensum sit A
63b1 omni B inesse. Ergo hypotesis quidem erat non omni B A inesse. Acceptum est autem C omni B et A omni C ; sic enim erit impossibile. Hec autem prima figura.

QUARTUS TERTIE. — Similiter autem et si in aliquo demonstratio ; siquidem hypotesis nulli B A inesse, acceptum est autem C
63b5 cuidam B et A omni C. Si autem privatorius sillogismus, hypotesis quidem A cuidam B inesse, acceptum est autem C A quidem nulli, B vero omni ; hec autem media figura.

PRIMUS MODUS SECUNDE FIGURE. — Similiter autem et si non universaliter demonstratio. Hypotesis quidem erit omni B A in-

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 8 si (*nΓΛ*)] *om.* 18 acceptum] εἴληπται

AaBn 1 TERTIUS ET QUARTUS TERTIE. QUARTUS SECUNDE. PRIMUS PRIME *marg. Bn* 2 C *om. Aa* quoniam *om. Aa* 6 omni + C et C omni *Aa* erit *Aa* 7 B¹ *om. Aa* TERTIUS PRIME *marg. Bn* 8 A *et* C² *s. add. Bn* 12 SECUNDUS PRIME *marg. Bn* 13 vero *om. Aa* 14 QUARTUS PRIME *marg. Bn* quidem *om. Aa* 17 est *om. Aa* 18 PRIMUS PRIME *marg. Bn* acceptum] *an addendum* est ? 22 acceptum — A *in ras. Bn* TERTIUS PRIME *marg. Bn* sic *ex* si *Bn* : si *Aa* 27 A² *s. add. Bn* 28 vero] autem *Aa* hec autem] nac (*sic*) *Aa* 30 universaliter] universalis si *Aa* hypotesis quidem (*an scribendum* siquidem ?)] nam ypothesis *Aab* 30 inesse A *transp. Aab*

esse. Acceptum est autem C A quidem nulli, B vero alicui ; hec au- 63b10
tem media figura.

Manifestum est igitur quoniam per eosdem terminos demonstrative est ostendere questionum unamquamque. Similiter autem et
5 demonstrativis existentibus sillogismis ad impossibile deducere in 63b15
his qui accepti sunt terminis, quando opposita propositio conclusioni accepta fuerit. Fiunt enim idem sillogismi eis qui per conversionem ; itaque statim habemus et figuras per quas unumquodque erit. Liquet igitur quoniam omnis questio monstratur secundum
10 utrosque modos, et per impossibile et demonstrative, et non con- 63b20
tingit segregare alterum.

[15] QUOMODO EX COMPOSITIS NON EST CONCLUDERE. — In qua vero figura est ex oppositis propositionibus colligere et in qua non est, sic erit manifestum. Dico autem oppositas esse propositiones
15 secundum locutionem quidem quatuor, velut 'omni nulli', et 'omni 63b25
non omni', et 'cuidam nulli', et 'alicui non alicui', secundum veri- *66v*
tatem autem tres : 'alicui' enim 'non alicui' secundum locutionem opponitur tantum. Harum vero contrarias quidem universales, 'omni nulli inesse', velut 'omnem scientiam studiosam esse' 'nul- 63b30
20 lam esse studiosam', alias autem oppositas.

In prima igitur figura non est ex oppositis propositionibus sillogismus, neque affirmativus neque negativus, affirmativus quidem quoniam utrasque oportet affirmativas esse propositiones, opposite vero dictio et negatio, privatorius autem quoniam opposite quidem 63b35
25 idem de eodem predicant et abnegant, in prima vero medium non dicitur de utrisque, sed de illo quidem aliud abnegatur, ipsum vero de alio predicatur ; ipse autem non opponuntur.

SECUNDUS MODUS. — In media vero figura et ⟨ex⟩ oppositis et 63b40
ex contrariis contingit fieri sillogismum. Esto enim 'bonum' qui- 64a1
30 dem pro quo A, 'scientia' vero pro quo B et C.

B (*nCΓΛ* = Ω) 4 unamquamque (*CΛ*)] + καὶ διὰ τοῦ ἀδυνάτου (*cf.* **275**.12-13) autem] + ἔσται

AaBn 1 TERTIUS SECUNDE *marg. Bn* acceptum] sumptum *Aa***b** A *om. Aa* 3 est *om. Aa***b** 4 autem *om. Aa* 5 ducere *Aa* 6 accepti sunt *ex* acceptis *Bn* 7 simili *Aa* 8 ita *Aa* hebemus *Aa* unumquodque] unum *Aa* 10 et² *om. Aa* 13 est] erit *Aa* non] vero (?) *Aa* 15 quidem *om. Aa* 16 et¹ *om. Aa* 22 affirmativus²] autem firmativus (?) *Aa* 23 quoniam] quare *Aa* oportet utrasque *transp. Aa* 25 predcatur (*sic*) et abnegatur *Aa* 26 aliud] illud *AaBn* 27 opponitur *Aa* 28 vero *s. add. Aa* ex *om. AaBn* et² *om. Aa* 29 ex *om. Aa* 30 quo² *om. Aa*

SECUNDUS MODUS SECUNDE FIGURE. — Si vero omnem scientiam studiosam accepit et nullam, A B omni inest et C nulli ; quare B C nulli ; nulla igitur scientia scientia est. Similiter autem et si omnem
64a5 accipiens scientiam studiosam medicinalem non studiosam accepit ; namque B omni A, C vero nulli ; quare quedam scientia non erit scientia.

PRIMUS MODUS. — Et si C quidem omni A, B vero nulli, est autem B quidem 'scientia', C vero 'medicinalis', A autem 'opinio' ; nul-
64a10 lam enim scientiam opinionem accipiens accepit quandam scientiam opinionem esse. Differt autem ab eo quod dudum in terminis conversione ; prius siquidem ad B, nunc autem ad C affirmativum.

TERTIUS ET QUARTUS. — Et si fuerit vero non universaliter altera propositio, similiter ; semper enim medium est quod de altero
64a15 quidem negative dicitur, de altero vero affirmative. Itaque contingit opposita concludere, verumtamen non semper neque omnino, sed si ita se habent ea que sub medio ut eadem sint aut hec quidem totum hec vero pars. Aliter autem impossibile ; non enim erunt nullo modo propositiones neque contrarie neque opposite.
64a20 In tertia vero figura affirmativus quidem sillogismus numquam
67r erit ex oppositis propositionibus propter eam que dicta est causam et in prima figura, negativus autem erit sillogismus, et universaliter et non universaliter terminis existentibus. Esto enim 'scientia'
64a25 pro quo B et C, 'medicinalis' vero pro quo A. Si igitur acciperet omnem medicinalem scientiam et nullam medicinalem scientiam, B omni A accepit et C nulli, quare erit quedam scientia non scientia. Similiter autem et si non universaliter accepta fuerit BA propositio ; si enim est quedam medicinalis scientia et rursus nulla
64a30 medicinalis scientia, accidit scientiam quandam non esse scientiam. Sunt autem universaliter quidem terminis acceptis contrarie propositiones, si autem in parte altera, opposite.

B (*nCΓΛ* = Ω) 16-17 hec — vero (*nCΓ*)] ὅλον πρὸς 21 sillogismus] *om.*

AaBn 2 inesse *Aa* quia *Aa* 4 medicinal' neque *Aa* accipit *Bn* 5 nam *Aa* 7 C] A (*s. add.* C) *Aa* 8 A *om. Aa* 9 enim *om. Aa* accipit *Bn* 10 ab eo] a priori *ex* **b** *corr. Aa* quod] cum *Aa* 11 convertionā (?) *Aa* 11-12 autem *et* vero *om. Aa* 15 conducere (?) *Aa* 16 habet *Bn* ut] *an addendum* aut ? 19 *spatium tituli vacuum Bn* affirmatis *Aa* 19-20 non erit sillogismus ex *Aa* 21 erit autem *transp. Aa* 22 *spatium tituli vacuum Bn* 23 vero *om. Aa* 24 medicinal' *bis Aa* 25 B *om. Aa* 26 *spatium tituli vacuum Bn* 27 quedam *om. Aa* 27-28 et rursus nulla me- *in ras. pauciorum litter. Bn* 29 quidem *om. Aa* acceptis terminis *transp. Aa* 30 parte + aut *Aa* opposita *Aa*

Oportet autem cognoscere quoniam contingit quidem sic opposita accipere, quemadmodum diximus omnem scientiam studiosam esse et rursus nullam, aut aliquam non studiosam ; quod non consuevit latere. Est autem per alias interrogationes colligere alterum, aut ut in Topicis dictum est accipere. Quoniam autem affirmationum oppositiones tres, sex modis accidit opposita accipere, aut omni et nulli, aut omni et non omni, aut alicui et nulli, et hoc convertere in terminis, velut A omni B, C vero nulli, aut C omni, B vero nulli, aut huic quidem omni, huic vero non omni, et rursus hoc convertere secundum terminos. Similiter autem et in tertia figura. Quare manifestum et quotiens et in quibus figuris contingit per oppositas propositiones fieri sillogismum. 64a35 64b1 64b5

Manifestum est autem et quia ex falsis quidem est verum colligere, quemadmodum dictum est prius, ex oppositis vero non est ; semper enim contrarius sillogismus fit rei, velut si est bonum non esse bonum, aut si animal, non animal, eo quod ex contradictione est sillogismus et subpositi termini aut idem sunt aut hic quidem totum hic vero pars. Liquet autem et quoniam in paralogismis nichil prohibet fieri hypoteseos contradictionem, velut 'si est impar, non est par'. Ex oppositis enim propositionibus contrarius erat sillogismus ; si igitur accipiat huiusmodi, erit hypoteseos contradictio. Oportet autem cognoscere quoniam sic quidem non est contraria concludere ex uno sillogismo, ut sit conclusio quod non est bonum bonum aut aliud quid huiusmodi, si non mox propositio talis accepta fuerit, velut omne animal album esse aut non album, hominem autem animal. Sed accipere oportet contradictionem, velut quoniam omnis scientia opinio et non opinio, deinde sumere quia medicinalis scientia quidem est, nulla vero opinio, quemadmodum reprehensiones fiunt, aut ex duobus sillogismis. Itaque esse con- 64a10 64b15 67v 64b20 64b25

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 10 hoc (*Ω*)] τοῦτον B^1 20 est par] εἶναι περιττόν 26 sed (*Λ*)] + ἢ 27 et non opinio (*CB*²*Λ*)] *om.*

AaBn 1 cognoscere autem *transp. Aa* 4 alias per *transp. Aa* 5 affirmationum] secundum affirmationem *Aa* 6 tres] sunt *Aa* accipere] sumere *Aab* 8 in] et *Aa* 9 hoc ... hoc *Aa* 11 quare + et *Aa* 11-12 per opposita contingit *Aa* 12 propositiones *om. Aa* 14 prius *om. Aa* 15 rei fit sillogismus *transp. Aa* 16 quod *om. Aa* 17 est] fit *Aa* si oppositi *Aa* 18 parll'is *Aa* 19-20 par (*an scribendum* impar ?) ... impar *transp. Aa* 20 ex] et *Aa* contrariis *Aa* 21 ypothesis *Aa* 22 *spatium tituli vacuum Bn* 22-23 contrarie condedere (*sic*) *Aa* 24 huiusmodi aliud (*om.* quid) *transp. Aa* 25 esse aut non album *bis scr. Aa* 27 sumere *om. Aa* 29 sillogismus ita *Aa*

traria secundum veritatem accepta, non est alio modo quam hoc, sicut dictum est prius.

[16] De eo quod est in principio petere. — Quod vero in principio petere et sumere est quidem, ut in genere accipere, in eo quod
64b30 est non demonstrare propositum, hoc autem superaccidit multipliciter ; et enim si omnino non colligit, et si per ignoratiora aut omnino ignota, et si per posteriora prius ; demonstratio enim et ex probabilioribus et prioribus est. Horum ergo nichil est petere quod ex
64b35 principio ; sed quoniam hec quidem per se ipsa nata sunt manifestari, hec vero per alia (nam principia per se, que vero sub principiis per alia), quando non per se notum per se quis conatur ostendere, tunc petit quod ex principio. Hoc autem est quidem sic facere ut statim dicat propositum, contingit autem et transeuntes ad alia
65a1 quedam eorum que nata sunt per illud demonstrari ex his demonstrare quod ex principio, velut si A demonstraret per B, B vero per C, C vero natum esset monstrari per A ; accidit enim ipsum per se
65a5 A monstrare ita colligentes. Quod faciunt parallilas opinantes scribere ; latent enim ipsi seipsos talia accipientes, que non possibile demonstrare non existentibus parallilis. Itaque accidit ita colligentibus unumquodque esse dicere, si est unumquodque ; sic autem omne erit ex se notum ; quod impossibile.

65a10 Si igitur quis cum dubium sit quoniam A inest C, similiter autem et quoniam ei quod est B, petat ei quod est B inesse A, nondum li-
68r quet si quod in principio petit, sed quod iam non demonstrat, liquet ; non enim est principium demonstrationis similiter incertum.
65a15 Si tamen B ad C ita habet ut idem sit, aut manifestum quoniam convertuntur, aut inest alterum alteri, quod in principio petitur. Et enim quoniam ei quod est B A inest, per illa monstraret si converterentur. Nunc autem hoc prohibet, sed non modus. Si vero hoc faceret, quod dictum est faceret et converteretur per tria. Similiter
65a20 autem et si B ei quod est C acciperet inesse, similiter incertum exis-

---

B (*nCΓΛ* = Ω) 14 illud (Ω)] ἐκείνων 24 iam] *om.* 25 est (*nΛ* : ἔσται *Γ*)] *om.* 31 incertum (Ω)] δῆλον B^1

AaBn 3 vero *om. Aa* 4 quidem est *transp. Aa* 5 accidit *Aa* 6 ignoratia (*sic*) *Aa* 7 prius + demonstretur *Aa* enim et *om. Aa* 11 natum *Aa* ostendere *om. Aa* 12 nunc *Aa* 13 transeuntem *Aa* 17 parare illas *Aa* opinantes *om. Aa* 18-19 latent — accidit *om. Aa* 21 quod + est *Aa* 23 petet (*sic*) ei quod est B *bis scr. Aa* 26 tamen] autem *Aa* ita + se *Aa* 28 est *om. Bn* illa] alia *Aa* demonstrare ... converteretem (*sic*) *Aa* 29 vero *om. Aa*

tens et si A, nondum quod ex principio petit, sed non demonstrat. Si vero idem fuerit A et B aut secundum conversionem aut secundum consequentiam A ad B, quod ex principio petitur propter eandem causam ; nam quod a principio quid valet, dictum est nobis, quoniam ex se ostendere non ex se manifestum. 65a25

Si igitur est quod in principio petere ex se ostendere non ex se manifestum, hoc autem est non ostendere, cum similiter incertis existentibus quod ostenditur et per quod ostenditur aut eo quod eadem eidem aut eo quod idem eisdem accipiatur inesse.

In media quidem figura et tertia utroque modo contingit quod in 65a30 principio petere, in cathegorico autem sillogismo et in tertia et in prima. Quando autem negative ita, cum eadem ab eodem, et non similiter utreque propositiones (similiter autem et in media) eo quod non convertantur termini secundum negativos sillogismos. 65a35 Est autem quod in principio petere in demonstrationibus quidem secundum veritatem sic habentia, in dialeticis vero secundum probabilitatem.

[17] Non vero propter hoc accidere falsum, quod multotiens in orationibus consuevimus dicere, primum quidem est in his qui ad impossibile sillogismis, cum ad contradictionem fuerit huius quod 65b1 ostendebatur per impossibile. Neque enim non contradicens dicit non propter hoc, sed quia falsum aliquid positum est priorum, neque in demonstrativa ; non enim ponit quod contradixit. Amplius autem cum ablatum fuerit aliquid demonstrative per ABC, non est 65b5 dicere quod non propter hoc quod ponitur factus sit sillogismus. Nam non propter hoc fieri tunc dicimus, quando ablato hoc nichil *68v* minus concluditur sillogismus, quod non est in demonstrativis ; ablata enim positione neque qui ad hanc erit sillogismus. Manifestum igitur quoniam in his qui ad impossibile dicitur non propter 65b10 hoc, et cum sic se habeat ad impossibile que ex principio hypote-

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 9 accipiatur (*nΓΛ* ; *cf. C*)] *om.* 11 et[1] (*Ω*)] *om.* 12 ita] *om.* 21 dicit] *ἐρεῖ* 23 quod contradixit (*Λ* : *ὃ ἀντίφησεν* [*sic*] *u*)] *ἀντίφασιν*

AaBn 1 nundum *Bn* demonstrent *Aa* 5 ostendere + quod *Aab* 6-7 si — manifestum *om. Aa* 8 ostenditur[1]] ostenderet *Aa* ostenditur[2]] ostendit *AaBn* 9 eadem — eisdem] eandem eidem eidem (*sic*) *Aa* 10 *spatium tituli vacuum Bn* figura *om. Aa* et + in *Aa* 13 propositiones utreque *transp. Aa* 16 dialetica *Aa* 18 *spatium tituli vacuum Bn* propter hoc *s. add. Bn* 21 *an scribendum* dicet ? 22 aliquid *om. Aa* 23 contradicit *Aa* 25-26 nam sit sillogismus *transp. Aa* 26 nichil] nullum *Aa* 28 propositione *AaBn* 30 cum] C *Aa* ypotesim *Aa*

sis, ut et existente et non existente hac nichil minus accidat impossibile.

Manifestissimus ergo modus est eius quod est non propter the-
65b15 sim esse falsum, quando ab hypotesi disiunctus fuerit a mediis ad impossibile sillogismus, quod dictum est et in Topicis. Nam non-causam ut causam ponere hoc est, velut si volens ostendere quoniam ⟨in⟩equalis diametros, probaret Zenonis orationem, quod
65b20 non est moveri, et ad hoc deduceret impossibile ; nequaquam enim coniunctum est falsum dictioni que ex principio.

Alius autem modus, si coniunctum quidem fuerit impossibile hypotesi, non tamen propter illam accidat. Hoc enim contingit fieri et ad id quod superius et ad id quod inferius accipienti continuum,
65b25 velut si A ei quod est B ponitur inherens, B vero ei quod est C, et C ei quod est D, hoc vero sit falsum, B ei quod est D inesse. Si enim ablato A nichil minus inesset B ei quod est C et C ei quod est D, non esset falsum, propter eam que ex principio hypotesim. Aut rursus si quis ad id quod superius acciperet continuum, velut si A quidem
65b30 ei quod est B, ei vero quod est A E, et ei quod est E F, falsum vero esset inesse ei quod est A F ; et enim ita nichil minus esset impossibile ablata que a principio hypotesi. Sed oportet ad eos qui a principio terminos coniungere impossibile ; ita enim erit propter hypotesim, velut ad id quod inferius accipienti continuum ad pre-
65b35 dicatum terminorum ; si enim impossibile A ei quod est D inesse, ablato A non iam erit falsum. Ad id vero quod superius, de quo predicatur ad id iungendum impossibile ; si enim ei quod est B non contingit F inesse, ablato B non iam erit impossibile. Similiter autem et privatoriis sillogismis existentibus.

66a1 Manifestum igitur quoniam impossibili non ad eos qui in princi-
69r pio terminos existente non per hypotesim accidit falsum. Aut neque sic semper propter hypotesim erit falsum. Et enim si non ei

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 25 ad — impossibile] *om.*

AaBn 1 et[1] *om. Aa* 3 non propter thesim] per ypotesim *Aa* 4 fuerit *om. Aa* 5 et *om. Aa* 7 equalis *AaBn* per Zenonis rationem quia *Aa* 8 et *om. Aa* deduceret + ad *Aa* 10 *spatium tituli vacuum Bn* 11 propter] per *Aa* accidit *Aa* enim] autem *Aa* 12 id[2] *om. Aa* 13 est[1] *om. Aa* 15 inesset (*ex* esset *Bn*) — C[1]] ei quod est D inesse C inesse B *Aa* 17 id *om. Aa* 18 ei[1] *om. Aa* 18-19 E A ... F E ... F A *transp. Aa* 20 que + est (*an recte ?*) *Aa* a[2]] ex (*an recte ?*) *Aa* 24 iam non *transp. Aa* 25 id *om. Aa* 26 inesse F *et* iam non *transp. Aa* 27 et + in *Aa* 28 *spatium tituli vacuum Bn* 30 propter] per *Aa* erit *s. add. Bn*

quod est B sed ei quod est K positum est A inesse, K vero ei quod est C et hoc ei quod est D, et si ita erat impossibile et ita manet 66a5
impossibile ; similiter autem et ad superius accipienti terminos ; quare quoniam et existente et non existente hoc accidit impossibile, non erat propter thesim. Aut non existente hoc nichil minus fieri mendacium non ita accipiendum ut alio posito accidat impos- 66a10
sibile, sed cum ablato hoc propter reliquas propositiones idem concludatur impossibile, quoniam idem quidem mendacium accidere propter plures hypoteses nichil forsitan inconveniens, velut parallilas coniungi et si est maior exterior interiori et si triangulus habet plures rectos duobus. 66a15

[18] Falsa autem oratio fit propter primum falsum. Aut enim ex duabus propositionibus aut ex pluribus omnis est sillogismus. Si ergo ex duabus, harum necesse alteram aut et utrasque esse falsas ; ex veris enim non erat falsus sillogismus. Si vero ex pluribus, 66a20
velut C quidem per AB, hec autem per DEF, et horum aliquid erit superiorum falsum, et propter hoc oratio ; nam A et B per illa concluduntur. Itaque ab illis aliquid accidit conclusio et falsum.

[19] Ad hoc vero ne capiatur sillogismo observandum, quando 66a25
sine conclusionibus interrogat orationem, ut non detur bis idem in propositionibus, namque scimus quoniam sine medio sillogismus non fit, medium autem est quod sepe dicitur. Qualiter autem oportet ad unamquamque conclusionem servare medium, manifestum 66a30
si cognoscatur qualis in unaquaque figura monstratur. Hoc autem nos non latebit eo quod sciamus quomodo reddimus rationem.

Oportet autem quod servare precipimus respondentes, ipsos interrogantes temptare latere. Hoc autem erit primum, si conclusio- 66a35

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 2 hoc (*Ω*)] *τούτῳ* et si ita erat impossibile (*Λ*, *sed om.* si)] *om.* 10 exterior interiori] *ἡ ἐντὸς τῆς ἐκτὸς* 12 primum (*Ω*)] *om.* 16 et] *η*

AaBn ei quod est *et* A *om. Aa* K²] hoc *AaBn* ei² *om. Aa* 2 C — est *bis scr. Aa* 2-3 et³ — impossibile *om. Aa* 4 quare] quia *Aa* et¹ — non *om. Aa* 5 ypothesim *Aa* 6 accipientem *Aa* ut] aut *Aa* 7 cum *om. Aa* 9 propter] per *Aa* parellas *Aa* 10 est *om. Aa* et²] ut *Aa* haberet (?) *Aa* 12 autem + enim *Aa* fit oratio *transp. Aa* 13-14 propositionibus — duabus *bis scr.* (sillogismus est *bis transp.*) *Aa* 14 necessarium *Aa* et *om. Aa* 15 erat] est *Aa* 17 propter] per *Aa* 19 *spatium tituli vacuum Bn* non ... observando *Aa* 20 non detur bis] detur nobis *Aa* in *om. Aa* 21 nam *Aa* 22 est *om. Aa* autem] ergo *Aa* 23 divisionem *Aa* 24 qualiter in una quam (?) *Aa* 25 non *s. add. Bn* 26 *spatium tituli vacuum Bn*

nes non prius colligantur sed acceptis necessariis occulte fuerint, amplius autem si non propinqua interrogat, sed maxime longe media. Velut oporteat concludere A de F ; media BCDE. Oportet igi-
69v tur interrogare si A ei quod est B, et rursus non si B ei quod est C,
66b1 sed si D ei quod est E, et deinde si B ei quod est C, et sic reliqua. Et si ex uno medio fit sillogismus, a medio incipere ; maxime enim sic lateret respondentem.

[20] Quoniam autem habemus quando et quomodo habentibus
66b5 terminis fit sillogismus, manifestum quando erit et quando non erit elenchos. Omnibus siquidem concessis, aut in transmutatione positis responsionibus, velut hac quidem negativa hac vero affirmativa, contingit fieri elengchon. Erat enim sillogismus et sic et illo
66b10 modo habentibus terminis, quare si quod ponitur fuerit contrarium conclusioni, necesse fieri elengchon ; elengchos enim contradictionis sillogismus. Si vero nichil concederetur, impossibile fieri elenchon ; non enim erat sillogismus omnibus terminis privatoriis existentibus, quare neque elenchos ; si enim elenchos, necesse sillo-
66b15 gismum esse. sillogismo vero existente non necesse elenchon. Similiter autem et si nichil positum sit secundum responsionem in toto ; eadem enim erit determinatio elenchi et sillogismi.

[21] Accidit autem aliquando, quemadmodum in positione ter-
66b20 minorum decipimur, secundum opinionem fieri deceptionem, velut si contingit idem pluribus primum inesse, et hoc quidem latere aliquem et opinari nulli inesse, hoc vero nosse. Esto A ei quod est B et ei quod est C secundum se inesse, et hec omni D similiter. Si vero ei quod est B id quod est A omni opinatur inesse, et hoc ei quod
66b25 est D, ei vero quod est C id quod est A nulli, et hoc ei quod est D omni, eiusdem secundum idem habebit scientiam et ignorantiam. Rursus si quis deciperetur circa ea que sunt ex eodem ordine, velut si A inest ei quod est B, hoc vero ei quod est C et C ei quod est D,

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 1 prius (*Ω*)] *προσ-* 2 sed] + *ὅτι* longe (*Λ*)] *om.* media (*CB*^{2}*ΓΛ*)] *ἄμεσα* 11 affirmativa (*nΓ*)] *κατηγορικῆς* 23 primum (*mB*^{2}*C*^{2}*ΓΛ*)] *πρώτοις* 24 esto (*Ω*)] + *γὰρ*

AaBn 1-2 sed ... autem] si ... si non (*sic*) *Aa* 2 propinque *Aa* 3 oportet^1 *Aa* 4 est^1 *om. Aa* 5 deinde + est *Aa* C + sed si D ei quod est C *Aa* 6 et] at *Aa* 8 *spatium tituli vacuum Bn* 10 elenchos *om. Aa* 11 hac^1 + si *Aa* 12 elenchon *Aa* 12-14 erat — elengchon *om. Aa* 14 elenchos *Aa* 17 elenchos^1] elencho *Aa* 17-18 sillogismum esse] est esse sillogismi *Aa* 20 enim *om. Aa* 21 *spatium tituli vacuum Bn* in positione] impositionem *Bn* 24 nullum *Bn* 27 nulli + et ei quod est D quo^a (?) quod est C D quod est *Aa*

arbitraretur autem id quod est A omni B inesse et rursus nulli C ; simul enim sciet et non arbitrabitur inesse. Igitur nichil aliud pro- 66b30
baret ex his quam, quod scit, hoc non arbitrari. Scit enim quodam modo quoniam A ei quod est C inest per B, quasi universaliter quod
5 secundum partem ; itaque quod quodam modo scit, hoc omnino probat non opinari ; quod impossibile.

In eo autem quod prius dictum est, si non ex eadem coniuga- 66b35
tione medium, secundum singulum mediorum utrasque propositio- 70r
nes non contingit opinari, velut A B quidem omni, C vero nulli, hec
10 autem utraque omni D. Accidit enim aut simpliciter aut in aliquo contrariam accipi primam propositionem. Si enim cui B inest, omni id quod est A opinatur inesse, B vero ei quod est D novit, et quia 67a1
ei quod est D A novit. Quare si rursus, cui id quod est C, nulli opinatur id quod est A inesse, cui id quod est B alicui inest, huic non
15 opinabitur id quod est A inesse. Arbitrantem autem omni cui id quod est B, rursus alicui non opinari cui id quod est B, aut simpli- 67a5
citer aut in aliquo contrarium est.

Sic igitur non contingit arbitrari, secundum utrumque vero unam aut secundum alterum utrasque nichil prohibet, velut A
20 omni B et B ei quod est D, et rursus id quod est A nulli C. Similis enim aut eadem deceptio et ut decipimur circa ea que in parte, velut si ei quod est B omni id quod est A, id vero quod est B omni 67a10
C, id quod est A omni C inerit. Si igitur aliquis novit quoniam id quod est A, cui id quod est B, inest omni, novit et quia ei quod est
25 C. Sed nichil prohibet ignorare id quod est C quoniam est, velut si A quidem 'duo recti', id vero pro quo B 'triangulus', hoc autem pro quo C 'sensibilis triangulus'. Arbitretur enim aliquis non esse C, 67a15
sciens quoniam omnis triangulus habet duos rectos, quare simul sciet et ignorabit idem. Nam scire omnem triangulum quoniam
30 duobus rectis non simplum est, sed hoc quidem universalem habere

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 15 opinabitur] *οἴεται* 19 alterum (*Ω*)] *ἑκάτερον* 21 aut eadem (? *ἤτοι αὐτὴ*)] *ἡ τοιαύτη* 22 A] + *ὑπάρχει*

AaBn 1 est *om. Aa* 2 arbitraretur *Aa* aliud] ad *Aa* 3 scit[1]] sit *Aa* non] autem *Aa* 4 quasi + si *s. add. Bn* quod[2] + est *Aa* 7 autem *om. Aa* 8 secundum] sed *Aa* mediarum *Bn* : *om. Aa* 11 cui *om. Aa* inest omni] omni inesse *Aa* 15 cui *om. Aa* 17 est *om. Aa* 18 ergo *Aa* arbitrari *in ras. Bn* vero utrumque *transp. Aa* 21 ea *scripsi* : eos *Bn* : eum *Aa* 22 A + vero quod est B (*sic*) *Aa* 25 quoniam] quare *Aa* 26-27 hoc — triangulus *om. Aa* 27 arbitraretur *Aa* 30 non *om. Aa*

scientiam, hoc vero singularem. Sic ergo quasi universali novit C
67a20 quoniam duo recti, quasi vero singulari non novit, quare non habebit contrarias. Similiter autem et que in Menone oratio est, quoniam discere recordari. Nequaquam enim accidit prescire singulare, sed cum inductione accipere eorum que secundum partem
67a25 scientiam ut agnoscentes. Que enim videntes statim scimus, velut quoniam duobus rectis, si videmus quoniam triangulus. Similiter autem et in aliis.

Eam igitur universaliter speculamur que in parte, propria vero non scimus, quare contingit et decipi circa hec, verumtamen non
67a30 contrarie, sed habere quidem eam que universaliter, decipi vero ea
70v que secundum partem. Similiter igitur et in his que dicta sunt ; non enim contraria secundum medium deceptio secundum sillogismum scientie, neque que secundum alterum mediorum opinio. Nichil enim prohibet scientem et quoniam A toti B inest et rursus
67a35 hoc ei quod est D, opinari non inesse A ei quod est C, velut, quoniam omnis mula sterilis et hec mula, opinari parere hanc ; non enim scit quoniam A ei quod est D, non simul considerans quod secundum utrumque. Quare manifestum quoniam et si hoc quidem novit, hoc vero non novit, decipietur ; quod habent universales ad
67b1 eas que secundum partem scientias. Nichil enim sensibilium extra sensum factum scimus, neque si sentientes fuerimus, nisi quasi in universali et in habendo propriam scientiam, sed non quasi in operando. Scire enim dicitur tripliciter, aut quasi universali aut quasi
67b5 propria aut quasi in operari ; itaque et decipi totiens. Nichil igitur prohibet et scire et decipi circa eadem, verumtamen non contrarie. Quod accidit et secundum utramque scienti propositionem et non perscrutanti prius. Opinans enim parere mulam non habet secun-
67b10 dum operari scientiam, neque propter opinionem contrariam deceptionem scientie ; sillogismus enim contraria deceptio ei que universaliter.

B (*nCΓΛ* = Ω) 6 videntes (*nA*)] *om.* 7 videmus (*nC*)] εἰδῶμεν 9 eam] τῇ 11 quidem (Ω)] *om.* 18 D] γ

AaBn 2 vero + in *Aa* 3 que — est] in memoratione *Bn* 5 eorum que *om. Aa* 6 ac.noscentes *Aa* 7 videmus + scimus (cf. ***b***) *Aa* 9 igitur + que *Aa* vero propria *transp. Aa* 11-12 ea que] quod *Aa* 12 his] illis *Aa* 14 que *om. Aa* medium *Aa* 15 et[1] *om. Aa* 17 hec + est *Aa* 19 quare] quia *Aa* manifestum + est *Aa* 20 universalem *Aa* 21 eam *Aa* scientiam *Bn* enim *om. Aa* 22 sentientes] scientes *Aa* fuimus *Bn* 23 universali + aut quare *Aa*

Opinans autem id quod est bono esse malo esse, idem opinabitur bono esse et malo. Est enim 'bono' quidem 'esse' pro quo A, 'malo' autem 'esse' pro quo B, rursus autem 'bono esse' pro quo 67b15
C. Quoniam igitur idem opinatur B et C, et esse B C opinabitur, et
5 rursus B A esse similiter, quare et C A. Sicut enim si esset verum, de quo C, B, et de quo B, A, et de C A verum esset, sic et in opinione. Similiter autem et in eo quod est esse ; eodem enim exis- 67b20
tente C et B, et rursus B et A, et C et A idem esset. Quare et in opinione similiter. Igitur hoc quidem necessarium, si quis dederit pri-
10 mum ; sed fortasse illud falsum, suspicari aliquem bono esse quod malo esse, nisi secundum accidens ; multotiens enim contingit hoc 67b25
opinari. Perscrutandum autem hoc melius.

[22] Quoniam autem convertuntur extrema, necesse et medium converti ad utraque. Si enim A secundum C per B inest, si conver-
15 titur et inest, cui id quod est A, omni id quod est C, et id quod est 67b30
B ei quod est A convertitur, et inest, cui id quod est A, omni id 71r
quod est B per medium C, et id quod est C ei quod est B convertitur per medium A. Et in non inesse similiter, velut si id quod est B ei quod est C inest, ei vero quod est B id quod est A non inest,
20 neque A ei quod est C non inerit. Si autem id quod est B ei quod est A convertitur, et id quod est C ei quod est A convertitur. Esto 67b35
enim id quod est B non inherens ei quod est A ; neque igitur id quod est C ei quod est A ; omni enim C id quod est B inerat. Et si id quod est B ei quod est C convertitur, et id quod est A ei quod
25 est C convertitur ; de quo enim omni id quod est B, et id quod est C. Et si id quod est C ad A convertitur, et B convertitur ad A. Cui enim B, C inest ; cui vero C, A non inest. Et solum hoc a 68a1
conclusione incipit, alia vero non similiter ut in cathegorico sillogismo.

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 2 est] ἔστω 10 quod (*Ω*)] καὶ 21 convertitur² (*nΓ*)] ἀντιστρέψει 23-25 ei quod est A *et* ei quod est C² (*Λ*)] *om.* 26 ad A² (*fΛ* ; *cf.* C²)] *om.* 27 inest¹] *om.* 28 ut (*ΓΛ* : ὡς καὶ *n*)] καὶ

AaBn 1 autem + esse *Aa* 2 et *om. Aa* est] *an scribendum* esto ? 3 autem¹] vero *Aa* 4 igitur + pro quo B *Aa* 5 esse *om. Aa* et quare *transp. Aa* 6 de³] D *AaBn* A² *om. Aa* 9 hoc quidem igitur *transp. Aa* 10 forsitan *Aa* 11 enim *om. Aa* 12 hoc *om. Aa* 13 quoniam] quando *Aab* et] est *Aa* 14 A *s. add. Bn* per + medium *Aa* inest] inesse et *Aa* 15 et¹ *om. Aa* 16 B — A¹] CB *Aa* id¹] D *Bn* 18 in *om. Aa* inesse] esse *Bn* si *om. Aa* est + C *Aa* 20 A ei] enim *Aa* 22 enim id] ei *Aa* 23 quod¹ — A *om. Aa* inerat *ante* id² *Aa* 24 B + et si id quod B *Aa* 25 est *ter om. Aa*

Rursus si A et B convertitur, et C et D similiter, omni vero ne-
68a5 cesse A aut C inesse, et B et D ita se habebit ut omni alterum in-
sit. Quoniam enim cui A, B, cui C, D, omni vero A aut C et non si-
mul, manifestum quoniam et B aut D omni et non simul. Velut si
ingenitum incorruptibile et incorruptibile ingenitum, necesse geni-
68a10 tum corruptibile et corruptibile genitum esse ; duo enim sillogismi
componuntur. Rursus si omni quidem A aut B et C aut D, simul
vero non inest, si convertitur A et C, et B et D convertitur. Si
68a15 enim alicui non inest B, cui D, liquet quoniam A inest. Si vero A,
et C ; convertuntur enim. Quare simul C et D. Hoc autem impos-
sibile.

Quando A toti B et ei quod est C inest et de nullo alio predicatur,
inest autem et B omni C, necesse A et B converti ; quoniam enim
68a20 de solis BC dicitur A, predicatur autem B et ipsum de se et de C,
manifestum quoniam, de quibus A, et B dicetur omnibus excepto
ipso A. Rursus quando A et B toti C inest, convertitur autem C ei
quod est B, necesse id quod est A omni B inesse ; quoniam enim
omni C A, C vero ei quod est B eo quod convertitur, et id quod est
68a25 A omni B inerit.

Quando autem duobus existentibus, ut id quod est A ei quod est
B magis appetendum fuerit, cum sint opposita, et D et C similiter,
si anteponendi AC BD, id quod est A ei quod est D anteponendum.
71v Similiter enim sequendum A et fugiendum B ; opposita enim. Et
68a30 id quod est C ei quod est D ; et enim hec opponuntur. Si igitur A
ei quod est D similiter expetendum, et id quod est B ei quod est C
fugiendum ; singulum enim singulo similiter, fugiendum sequendo.
Itaque et utraque AC et BD. Quoniam autem magis, non possibile
similiter ; et enim BD similiter essent. Si vero D eo quod est A ex-
petibilius, et id quod est B eo quod est C minus fugiendum ; nam

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 20 ut (*CΓΛ*)] *om.* ei quod est] τοῦ 22 antepo-
nendi] αἱρετώτερα

AaBn 1 *spatium tituli vacuum Bn* et³ *om. Aa* 2 C + D similiter
omni *Aa* et²] A *Aa* insit] inest *Aa* 3 A² *om. Aa* 4 et¹ — simul]
BD et si simul ut *Aa* 6 corruptibile¹ + esse *Aa* 7 aut¹] autem *Aa*
aut² *om. Aa* 7-8 vero simul *transp. Aa* 10 autem hoc *transp. Aa*
12 *spatium tituli vacuum Bn* quando] quoniam *Aa* 13 necesse + est *Aa*
14 de²,³] D *Aa* 17 omni *bis scr. Aa* enim] vero *Aa* 18 est¹ — quod²
bis scr. Aa et *om. Aa* 20 *spatium tituli vacuum Bn* ei] *an scriben-
dum* eo ? 22 autem ponendi *Aa* : *an scribendum* anteponenda ? est¹ + ei
quod est *Aa* apponendum *Aa* 25 expotendum *Aa* 27 possibilis *Aa*
28 BD] B et D *Aa* essent] esset *Aa* 28 expetibilis *AaBn*

minus minori opponitur. Expetibilius autem maius bonum et mi- 68a35
nus malum quam minus bonum et maius malum ; et omne igitur,
B D expetibilius quam A C. Nunc vero non est. Igitur A expetibi-
lius quam D, et C igitur quam B minus fugiendum. Si autem eli-
gat omnis amans secundum amorem A ita habere ut donaretur, et 68a40
'non donari' pro quo C, 'quam donari' pro quo D, et 'non tale esse 68b1
velut donari' pro quo B, liquet quoniam id quod est A tale esse
expetibilius est quam donari. Igitur amari concubitu expetibilius
secundum cupidinem. Magis igitur cupido est amicitie quam coe-
undi. Si autem maxime huius, et finis hoc. Igitur coeundi aut non 68b5
est omnino aut amandi causa ; et enim alie concupiscentie et artes
sic fiunt.

[23] Quomodo ergo se habent termini secundum conversiones et
in eo quod magis fugiendi aut magis appetendi sunt, manifestum.
Quoniam autem non tantum dialetici et demonstrativi sillo- 68b10
gismi per predictas fiunt figuras, sed et rethorici et simpliciter que-
cumque fides et secundum quamcumque facultatem, nunc erit di-
cendum. Omnia enim credimus aut per sillogismum aut per induc-
tionem.

De inductione. — Inductio ergo est ⟨et⟩ ex inductione sillo- 68b15
gismus per alteram alteram extremitatem medio colligere, velut
si AC medium id quod est B, per C monstrare id quod est A ei quod
est B inherens ; sic enim facimus inductiones. Velut esto A 'longe-
vum', pro quo vero B 'fel non habens', pro quo vero C 'unumquod- 68b20
que longevum', ut homo et equus et mulus. Ei vero quod est C toti
inest A ; omne enim non habens fel longevum. Sed et id quod est
B, non habere fel, omni inest C. Si igitur convertitur id quod est
C ei quod est B et non ultra procedit medium, necesse A ei quod
est B inesse. Ostensum enim est prius quoniam si duo quedam ei- 68b25 72r
dem insunt et ad alterum eorum convertatur extremum, quia ei

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 12 fiunt (*nΓΛ*)] *om.* 14 in eo quod (*nΓΛ*)] τὸ 29 que-
dam (*nΓΛ*)] ἅττα

AaBn 1 expetibilis *AaBn* magis *Aa* 1-4 bonum — fugiendum *in ras. pauciorum verborum Bn* 2 quam] quia *Bn* 4 fugiende *Aa* eli-
gat *om. Aa* 5 ita + se *Aa* 6 esse] omne *Aa* 7 id quod *om. Aa*
8 est] esse *Aa* 9 igitur] enim *Aa* amicitio (?) *Aa* 10 maxime *om. Aa*
11 aut *om. Aa* 15 *spatium tituli vacuum Bn* 17 quemcumque facul-
tate *Aa* 20 inductio — inductione² *om. Aa* et *om. Bn* sillogismus
+ fit *Aa* 21 alterum extremitatem alterum de medio *Aa* 24 fel] cole-
ram *Aab* 25 et mulus] mulius *Aa* 26 enim *om. Aa* fel + est *Aa*
et *om. Aa* 28 B] E *Aa* 30 ad *om. Aa*

quod convertitur et alterum inerit predicatorum. Oportet autem scire id quod est C ex omnibus singularibus compositum ; inductio enim ex omnibus.

68b30 Est autem huiusmodi sillogismus prime et immediate propositionis ; namque quarum est medium, per medium sillogismus, quarum vero non est, per inductionem. Et modo quodam opponitur inductio sillogismo ; hic siquidem per medium extremum tertio os-
68b35 tendit, hec vero per tertium extremum medio. Natura ergo prior et notior qui per medium sillogismus, nobis autem manifestior qui per inductionem.

[24] De exemplo. — Exemplum autem est quando medio extremum inherens ostensum fuerit per simile tertio. Oportet autem et
68b40 medium tertio, et primum simili notum esse inherens. Velut esto A
69a1 'malum', B vero 'adversus affines suscipere bellum', pro quo vero C 'Athenienses adversus Thebanos', pro quo vero D 'Thebanos adversus Foceos'. Si igitur volumus ostendere quoniam Thebanis pugnare malum est, accipiendum quoniam adversus affines pug-
69a5 nare malum. Huius vero fides ex similibus, velut quoniam Thebanis adversus Phoceos. Quoniam igitur adversus affines malum, adversus Thebanos vero adversus affines est, manifestum quoniam adversus Thebanos pugnare malum. Quoniam igitur B ei quod est C et ei quod est D inest, manifestum (utrumque enim est adversus
69a10 affines suscipere bellum), et quoniam A ei quod est D (Thebanis enim non contulit adversus Phoceos bellum) ; quoniam autem A ei quod est B inest, per D ostendetur. Eodem vero modo et si per plura similia fides fieret medii ad extremum. Manifestum igitur quoniam exemplum est neque ut pars ad totum neque ut totum ad
69a15 partem, quando utraque quidem fuerint sub eodem, notum vero alterum. Et differt inductione, quoniam hec quidem ex omnibus

---

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 28 partem] + *ἀλλ' ὡς μέρος πρὸς μέρος*

AaBn 1 convertitur *Aa* predicamentorum (?) *Aa* 4 autem] enim *Aa* et *om. Aa* 5 sillogismum *Aa* 5-6 quarum² *et* est *om. Aa* 7 siquidem] quidem *Aa* ostendebit (*sic*) *Aa* 12 ostensum inherens *transp. Aa* 13 similiter *Aa* 14 versus *Aa* 14-15 quo vero C] C vero *Aa* 15 thebanos¹] tebani *Aa* thebanos²] thebanus *AaBn* 16 aversus falecos *Aa* igitur] vero *Aa* 16-17 tebanos ... aversus *Aa* 17 pugnare² + est *Aa* 18 thebanos aversus faceos ... aversus ... aversus *Aa* 20 thebanos vero adversus *om. Aa* quoniam] quare *Aa* 21 est malum pugnare *Aa* 22 versus *Aa* 23-24 thebanus ... falceos *Aa* 25 ostenditur per D *Aa* 26 media *Aa* 27 ad¹ *om. Aa* 28 utraque quidem] utrum *Aa* 29 differet *Aa* quidem hec *transp. Aa*

individuis extremum ostendebat inesse medio et ad extremum non coniunxit sillogismum, hoc vero et coniungit et non ex omnibus ostendit.

[25] De deductione. — Deductio autem est quando medio qui- 69a20
dem primum manifestum fuerit inherens, extremo vero medium non manifestum quidem, similiter vero credibile aut magis conclu- 72v
sione, amplius si pauca fuerint media ultimi et medii ; omnino enim vicinius esse accidit scientie. Velut esto A 'discibile', pro quo 69a25
vero B 'scientia', C 'virtus'. Scientia ergo quoniam discibile, manifestum ; virtus vero si scientia, non manifestum. Si igitur similiter aut magis credibile BC quam AC, deductio est ; propinquius enim scientie eo quod acceperunt AC BC scientiam prius non habentes. Aut rursus si pauca media BC ; et enim sic propinquius 69a30
scientie. Velut si id quod est D sit 'quadrangulari', pro quo vero E 'rectilineum', pro quo vero F 'circulus' ; si EF unum tantum esset medium, cum lunaribus equalem fieri rectilineo circulum, prope esset scientiam. Quando autem neque credibilius fuerit BC quam AC neque pauca media, non dico deductionem. Neque quando im- 69a35
mediatum fuerit BC ; scientia enim hoc tale.

[26] De obiectione. — Obiectio autem est propositio propositioni contraria. Differt autem a propositione, quoniam obiectionem quidem contingit esse in parte, propositionem vero aut omnino non contingit aut non in universalibus sillogismis. Fertur 69b1
autem obiectio dupliciter et secundum duas figuras ; dupliciter quidem quoniam aut universaliter aut in parte omnis obiectio, ex duabus autem figuris quoniam opposite feruntur propositioni, opposita vero in prima et tertia figura concluduntur solis. Cum enim 69b5
dixerit omni inesse, obsistimus quoniam nulli aut quoniam alicui non inest ; horum autem nulli quidem ex prima figura, alicui vero non ex ultima. Velut esto A 'unam esse scientiam', pro quo B 'con-

---

B (*nCΓΛ* = Ω) 9 vero (*CΓ*)] *om.* virtus] δικαιοσύνη 12 AC BC (*Pacius*)] τὴν αγ 15 pro quo (Ω)] *om.* 30 quo (Ω)] ὧν

AaBn 1 et *om. Aa* 2 coniunxit] convendit (?) *Aa* et[1] *om. Aa* coniungit] coniunxit *Aa* 6 non] si *Aa* 7 amplius + autem *Aa* 9 scientia + et *Aa* ergo] vero *Aa* 10 si[1]] sei *Aa* 11 propinquius + est *Aa* 12 scientie enim *transp. Aa* 13 aut *bis scr. Aa* pauca + sut (*sic*) *Aa* 14 D *om. Aa* 15 circulus] cuclēs *Aa* 16-17 esset prope *transp. Aa* 17 neque *s. add. Bn* 18 neque[2] *om. Aa* 20 propositione *Aa* 21-22 propositione — parte *om. Aa* 26 quoniam] quare *Aa* 27 solum *Aa* 28 quoniam[1]] quare *Aa*

69b10 traria'. Proponente autem unam esse contrariorum scientiam, aut quia omnino non eadem oppositorum obsistit, contraria vero opposita, quare fit prima figura, aut quoniam noti et ignoti non una ; hec autem tertia ; secundum enim C, notum et ignotum, contraria quidem esse verum, unam autem eorum scientiam esse falsum.

69b15 Rursus in privatoria propositione similiter. Dicente enim non esse contrariorum unam scientiam, aut quia omnium oppositorum aut quia aliquorum contrariorum eadem scientia dicimus, ut sanativi et egrotativi ; omnium ergo ex prima ⟨. . . . . [27] . . . . . .⟩.

B (*nCΓΛ* = *Ω*) 6 dicente (*Ω*)] ἀξιοῦντες 7 scientiam] *om.* 8 scientia (*Λ*)] *om.*

AaBn 4 secundum] sed *Aa* notum et] noti *Aa* 6 *spatium tituli vacuum Bn* *inde a* dicente *usque ad finem operis translationem Boethii praebet Aa* (*vide pp.* 378-381) 9-10 *folia duo extrema operis desunt Bn*

4.

PSEUDO-PHILOPONI ALIORUMQUE SCHOLIA

Nn = cod. Florentinus, bibl. nation. centr., Conv. Soppr. J.6.34 : saec. XII

Nn^1 = Nn ante correctionem.

Philoponi (Pseudo-Philoponi) commentarium secundum editionem Maximiliani Wallies (C.A.G. XIII.II) citatur.

[IN PRIORUM ANALYTICORUM LIBRUM PRIMUM]

Bekker

Consuetudinem quam habet in magnis suis negotiis servat in 24a10
hoc Aristoteles, scilicet praedicere utilitatem quae sit nobis ex eo
quod propositum est ostendere. Ait ergo circa quid est intentio, id
est circa demonstrationem, et cuius gratia, id est demonstrativae
disciplinae. Nam ad hoc demonstrationem ostendit per verba, ut
demonstrativa disciplina constituatur nobis in anima. Haec enim
est harum differentia, quoniam demonstrativa disciplina in mente
est ut potentia ; demonstratio autem in prolatione secundum ac-
tum subsistit. Et sunt hae quodam modo sibi invicem causa. Nam
et demonstratio per magistros disciplinae, et disciplina per poten-
tiam demonstrationis est causa. Unde utraque utriusque et causa
est et effectus.

Potest quaeri cur praeposuit termino propositionem : nam prior 24a12
est natura terminus quam propositio. Sed in hoc non illud prius
quod natura est servavit Aristoteles, sed illius quod ad doctrinam
posterioris pertinet. Nam ad ostendendum quid terminus, in quem
— inquit — resolvitur propositio.

[syllogismus] Quoniam omne compositum ex materia et forma ; 24a26
syllogismus autem compositus ; ergo ex materia constat proposi-
tionibus, forma autem modificatione in omnibus figuris. Ait ergo
quoniam materia, id est propositionibus, distat demonstrativus a
dialectico ; forma vero, id est modis et figuris, non distabit syllo-
gismus syllogismo secundum quamlibet materiam.

[per primas positiones] Id est per maximas propositiones. 24a30

[aut[1]] Huius triplicis divisionis prima quidem pars non est mo- 25a1
di significativa ; reliquae autem praeter inesse modos significant.
Unde simpliciter inesse non versatur circa determinatam quan-

---

Philoponus 7-9 : (9.30-32) 14-15 : (10.31-33) 17-18 : (11.9-11)

---

15 non] ut Nn^1

dam materiam, ut Alexander vult in accidentibus in subiecto actu existentibus, dicens hoc propositionis significatio constare. Nam in omni materia sine necessario et contingente quidlibet inesse prolatum simpliciter dicitur inesse, sive necessaria sit sive contingens materia. Necessariae autem et contingentes tum fiunt propositiones cum additur modus non potestate sed actu, ut 'necesse esse', 'contingit esse'. Dicitur autem necessarium tripliciter, vel cum non dicitur quid de aliquo, ut 'necesse est solem esse'; nam qui sic enunciat, unum dicit tantum ; vel cum aliquid de aliquo dicitur, ut 'necesse est Socratem spirare' ; vel cum accidens dicitur necessario inesse, ut 'necesse est Socratem sedere dum sedet'. Eisdem autem modis dicitur et inesse simpliciter. Contingens vero praeter dictos modos dicitur cum id quod non est contingenter dicimus esse, ut 'contingit omnem hominem esse album, et nullum'.

25a3 [allocutionem] Id est in unoquoque modo vel simpliciter vel contingenter vel necessario inesse significantium.

25b5 [necessitate] Id est simpliciter insunt.

25b26 [per quae] « Per quae », id est per tres terminos ; « quando » id est cum maiori extremitati subiacet medium et de minori praedicatur, vel cum de utraque praedicatur, vel cum utrique subiacet ; « quomodo », id est vel universaliter vel particulariter vel affirmative vel negative.

25b35 [alio] Scilicet tantum.

26a33 [vel particulari] Scilicet maiori propositione.

27b1 Et hic eundem modum ponit, id est quartum. Et videtur idem dicere ; sed differt, quoniam superius alicui non inesse particularem posuit positionem, hic vero non omni inesse, quod magis in contingenti materia dicitur.

27b17 [M] Id est si particularis negatio aequalis est potestate particulari affirmativae et non universali negativae.

27b17 [alicui] Id est particularis negatio per se vera est, et non sequitur universalis negatio veritatem.

Phil. 15-16 : (46.14) 18-22 : (65.1-4)

---

14 continget Nn^1 15 modo + secundum Nn^1 16 *an scribendum* significativum ? 21 id est *om.* Nn^1 25 hoc Nn^1 29 potestate *om.* Nn^1

[non] Ut concludatur, subauditur N inesse omni X sic sumpta particulari. 27b19

[indefinito] Indefinitum vocat alicui non inesse eo quod non habeat definitam significationem, sed potest sumi pro particulari affirmativa et pro universali negativa. Quoniam ergo — inquit — indefinita est significatio si sumatur aequipollens universali negationi, palam quoniam non fiet syllogismus. 27b20

[ex indefinito] Particularis affirmatio non habet determinatam significationem, sed, cum per se vera est, aequam vim habet particulari negationi. Cum autem universalis sequitur veritatem, eiusdem potentiae est illi, et propter hoc indefinita dicitur, secundum scilicet significationem. Ait ergo : si sumatur per se vera, non est huiusmodi complexione concludere universalem affirmationem ; si vero universalis sequatur veritatem, contingit, ut 'omne animal substantia, quidam homo substantia, omnis ergo homo animal'. 27b28

[neutro omni] Id est utrique non omni. 27b37

Et hic « longius » natura est intelligendum. Nam qui semel subicitur propinquior est medio eo qui semper praedicatur. 28a13

[possibilis] Prima figura actu habet necessarium ; secunda vero et tertia potestate. Haec potestas assumit actum, cum vel ostensive vel per impossibile transferuntur in primam. 28a16

[expositione] Tripliciter dicit fieri ostensionem syllogismorum : per conversionem, per impossibile, per expositionem. Expositionem autem dicit positionem termini qui pars sit communis termini ; per ipsum enim ostensio quaedam fit quoniam inest extremitas extremitati, ut si sit syllogismus 'omnis homo animal, omnis homo animatus, quoddam igitur animatum animal'. Si hoc dubitetur, ponatur pars hominis, ut 'Socrates' ad ostensionem. Nam huic inerit animal, quia omni homini ; ergo et animatum ipsi animali, id est Socrati, quoniam omni homini. Et haec quaedam naturalis ostensio videtur esse syllogismorum. 28a23

[sine deductione] Id est sine demonstratione per impossibile. 28b20

[sumatur] Id est per expositionem est ostendere. 28b21

Phil. 3-7 : 98.26-30 8-15 : (99.7-13) 17-18 : (101.15-18)

---

6 si *scripsi* : vero *Nn* 10 seq̄t *Nn* 28 ponetur *Nn*

29a19 [palam] Quid proprium est unicuique figurarum hucusque digessit. Nunc vero quid omnibus simul sit proprium exponit. Ait ergo esse proprium omnium universalem ex affirmativa et negativa ratam facere conclusionem, si universaliter ponatur negativa, et non ex omnibus negativis vel particularibus ratam facere conclusionem. Sed neque ex omnibus affirmativis quando non fit syllogismus, id est quando in prima non est maior universalis vel cum in tertia utraeque fiunt particulares.

29b27 [et per se] Hoc ad fieri pertinet.

29b28 [et ad alios] Hoc ad ostensionem refertur.

29b36 Hoc propter reductionem ad impossibile addit quae est quarti modi secundae et quinti tertiae ; nam non similiter in his fit in necessariis ad impossibile deductio, sicut in his quae inesse significant.

30a2 Secundae figurae.

30a4



30a6



30a9 Non esse in proposito quidem ut corpore per se vera est ; nam non omni corpori animal. In exposito autem ut lapide propter uni-

Phil. 11-14 : (120.13-15)

12 non *om.* Nn^1 24 in *non bene legi potest Nn*

versalis veritatem ; nullus enim lapis animal. Similiter se habet et in conclusione.

[utrumque] « Utrumque » non est sumendum in duobus terminis eiusdem figurae, sed alterum in secunda, alterum in tertia. In secunda, ut si fiat syllogismus ita : 'omnis homo animal ex necessitate, non omne corpus animal ex necessitate, non est igitur omne corpus homo ex necessitate'. Hoc si dubitetur, exponetur pars corporis cui animal non insit, ut 'lapis', et in hoc fiet syllogismus. Nam quia non omne corpus animal, aliqua parte corporis segregatur, ut lapide ; huic ergo nulli inerit animal, et fiet conclusio 'nullus igitur lapis homo ex necessitate' ; sed lapis quoddam corpus ex necessitate. Constat ergo : quoddam corpus non est homo ex necessitate. 30a9

[Fit — figura] Et is qui secundae est in secunda, et qui tertiae in tertia. 30a13

Et hic non omne in animali quidem per se vera est ; non enim homo omni animali. In exposito autem equo propter hoc quod universaliter nullum verum est. 30a21

« In secunda autem figura » semper universalem negationem necessariam sequitur conclusio necessarii. 30b7

Tripliciter dicitur contingens : aut enim natura fit, et dicitur quod saepius ; aut voluntate nostra, et dicitur quod aequaliter ; aut casu, et dicitur quod rarius. Utrumque hic Aristoteles quod aequaliter et quod rarius fit uno nomine comprehendit, id est infinito. 32b4

[determinationem] Scilicet praedictam, id est contingens quod saepius est, et convertitur omne ad nullum. 33b30

[contrarie] Id est cum maior fuerit inesse significans, minor autem contingens. 34a2

[quoniam] Hoc velut quoddam principium ponit quo usus est ad propositam ostensionem. 34a5

[sic se habentibus] Scilicet his quae dicta sunt, id est ut modos propositionum sequatur conclusio. 34a7

Phil. 21-25 : (151.25-152.9)

---

19 necessariam *om.* Nn^1

34a13 [in — possibile] In principaliter contingente quod nondum accidit.

34a14 [in verum esse] Id est in necessario.

34a25 [hoc] Id est cum omnino possibile antecedit necessario et consequens possibile esse, et cum necessarium necessarium ; et in aliis similiter.

34a36



34a38 [contingit — omni] Id est necesse est non omni.

34a39 [contingit] Id est inest.

34a41



34b5 [positum] Scilicet in redargutione syllogismi qui constabat ex universali inesse significante et omni contingere. Est autem intentio talis, si particulare impossibile videtur omni inesse et non omni contingere ; at quod per primam figuram eveniet impossibile valde A contingere omni C et non omni contingere.

34b13 Si tempore maior terminus de medio praedicetur, in pluribus erit medium quam maior extremitas ; si autem hoc, particularis fiet maior propositio, et sic immodificatus syllogismus concludens omne et nullum.

34b22 [contingat] Id est si 'contingit nulli' falsa est, vera est 'non contingit nulli', quod idem est ei quod est 'necesse alicui'.

34b24 [alicui] Hoc enim sequitur ex hac positione terminorum nisi pro

Phil. 3-5 : 170.21-22

7 inesse *Nn* 9 id est inest *ante* id est *add. Nn*[1] 15 paī *Nn* 20 fie *Nn*

ea quae est 'non contingit A nulli C' accipiatur 'necesse est A alicui C inesse'. Sic enim erit syllogismus in tertia figura : 'A alicui C ex necessitate, B omni C inest, A igitur alicui B inest'. Quoniam autem vera 'non contingit nulli', simul vera est 'necesse alicui', palam ex eo quod oppositae sunt eidem. Nam universali affirmationi quae est 'contingit nulli' secundum quantitatem et qualitatem opposita est 'non contingit nulli' ; secundum qualitatem vero et quantitatem et modum necesse alicui † quae opposito in his quae secundum modos fiunt propositionibus maximam † dicitur. Vera ergo negatio quae est 'non contingit nulli' continet in se affirmationem suae affirmationi vehementer oppositam. Quoniam autem vera 'contingit nulla', vera est 'contingit omni' in contingente materia. Est autem ei secundum contradictionem quidem opposita 'non contingit omni', secundum quantitatem vero et qualitatem et modum 'necesse est non omni'. Necesse est vera ea quae est 'non contingit nulli' veram esse 'necesse non omni' ; ergo 'non contingit nulli' continet in se principaliter quidem 'necesse alicui', eo quod universali affirmativae vehementer opposita est ; secundum accidens vero 'necesse non omni' eo quod vehementer haec opposita ei quae 'contingit nulli'. Similiter 'non contingit omni' duas easdem in se continet, unam principaliter, alteram secundum accidens ; quod patet in subiecta descriptione.



[enim] Id est pro contingente posita inesse significat. 34b26

Si sint — inquit — utraeque propositiones affirmativae vel maior 35b28

Phil. 29-**302**.4 : 194.2-6

1 accipiatur + A Nn^1 5 eadem Nn 15 omni + ergo non contingit nulli Nn^1

contingens negativa, secundum definitionem contingentis est conclusio. Si autem maior negativa necessaria, non iam secundum definitionem contingentis est conclusio, sed eius quod concurrit ei quod inesse significat.

35b30 [non inesse] Id est non inesse significantes, secundum negationem erit syllogismus.

35b34 [necessitate] Nam 'ex necessitate non inesse' necessariam materiam indicat, quod hic dicimus non colligi. 'Non ex necessitate autem inest', quod inest quidem, non ex necessitate autem sed contingenter negatur.

36a5 [quoniam inest — non] Idem non contingere simul habet et inesse.

36a7 [propositiones] Scilicet sumptas.

36a10 [inesse] In hac commixtione semper sequitur in prima figura conclusio maiorem propositionem, et peiorem secundum modum. Quia ergo maior propositio melior est secundum modum, peior vero minor, merito conclusio inesse significans sequitur, media quodam modo necessarii et contingentis.

36a17 [inesse] Ac si diceret « quicquid inest non necessario, ipsum et contingit ».

36a20 [inesse sed eius quod est] Id est non significat inesse negative.

36a21 [sic — a] Id est contingens negative ; ex quo probat quoniam conclusio non inesse significat negative.

36a22 [non est ducere] Ex hoc probat quoniam perfectus est.

36a35



Phil. 7-10 : 194.29-32

3 quod + conclusio Nn^1 7 necessariam materiam] *an scribendum* non esse ullo modo ? 9 inest[1]] *an scribendum* inesse ? 15 vero + secundum Nn^1 21 est + si Nn^1



36b5

[necessitate²] Id est propositiones necessarii 'necesse alicui' et 'ne- 37a17
cesse non omni' non sequuntur universales affirmationes contingentis ; sed earum negationes non altera definite sed alterutra ; et id probat quia oppositae sunt universalibus affirmationibus earum, non altera definite sed alterutra.

[contingit] 'Contingit omni inesse' pro 'contingit nulli inesse' su- 37a18
mit. Nam haec affirmatio eius quae est 'non contingit nulli'. Ait ergo : si 'non contingit nulli' non continet 'necesse non omni', sua affirmatio 'contingit nulli' continebit eam, sed ipsa non. Hoc est quod ait, quod 'necesse est alicui non inesse' non verum dicere quoniam contingit nulli. Ergo non contingere nulli dicitur si necesse est alicui non inesse, vel necesse alicui inesse. Non autem, posito continentiore, sequitur particularium alterum, sed alterutrum.

Id est, si quis probet fallaciam universalis affirmationis sequi al- 37a20
teram earum quae oppositae sunt definite, non est verum. Nam cui duo opposita diversa sunt, id unum non est ; quod autem unum non est, nec oppositum unum definite.

[enim inest] Scilicet fortasse. 37a22

[in quibusdam — non] Id est quia falsa 'contingit omni' vera est 37a22
quandoque 'necesse alicui' et 'non necesse non omni' definite.

Hucusque indubitabile sumpsit quoniam, si A de B et B de C 40b17
sumantur, aut A de B et C aut A et B de C fiunt tres figurae et earum syllogismi. Nunc autem de demonstratione probat quoniam sic necesse est esse, et non aliter contingit fieri categoricos. Quoniam ergo sic, necesse ex eo quod omnis affirmativus vel negativus ; quoniam vero aliter non contingit, quod neque ex paucioribus propositionibus neque ex pluribus neque ex totidem aliter.

Phil. 18-21 : (212.27-213.6)

---

20 sunt diversa *transp. Nn*¹

40b20 [omnis] Id est, et per has fiunt et universales primae reducuntur aut ostensive aut ex hypothesi.

40b20 [omnis] Id est omnis categoricus et hypotheticus.

40b25 [ostensive] Directe et ex se.

40b26 [pars] Hypotheticorum syllogismorum quinque sunt modi, quorum quidem duo sunt secundum copulationem, quae constat ex antecedente et consequente : primus, cuius vis est, posito antecedente, poni consequens ; secundus, in destructione consequentis vim habet. Tertius autem hypotheticorum est in hypothetica propositione quae negat repugnantia simul esse non posse, posito altero ; ut 'non est homo et equus, atqui est homo vel equus'. Quartus vero et quintus modus in disiunctionibus fiunt : quartus, posita altera parte, quintus, interempta. Habent autem contrariam vim duobus prioribus ; nam primus, antecedente posito, ponit consequens ; secundus destruit antecedens destructo consequente ; quartus vero, posito altero, destruit alterum ; quintus, destructo altero, ponit reliquum ; tertius vero modus, alterutro posito, destruit alterum. Horum autem secundo et quinto indiget per impossibile syllogismus. Nam omnis per impossibile per duos hypotheticos terminatur et unum categoricum. Et primus impossibilis, quintus est hypotheticorum ; secundus impossibilis, hypotheticorum est secundus. Quoniam ergo omnis per impossibile syllogismus indiget hypotheticis, hypotheticus autem non omnis indiget eo qui per impossibile, propter hoc inquit partem esse hypotheticorum eum qui per impossibile. Ut volens geometer ostendere quoniam diameter inaequalis est costae, utitur per impossibile syllogismo, a quinto hypotheticorum incipiens sic : diameter costae vel aequalis est vel inaequalis, sed non est aequalis. Ostendit autem hoc per secundum hypotheticorum : si diameter costae aequalis est, idem numerus erit par et impar ; sed hoc impossibile. Eam autem hypothesim quae fert 'si diameter costae aequalis est idem numerus esset par et impar', per categoricum syllogismum ostendit.

40b26 [impossibile] Scilicet syllogismus.

40b33 [si] Id est, si A solum praedicetur de C, C autem de nullo prae-

---

Phil. 5-32 : (244.3-246.32)

---

28 h'oc [*sic*] *Nn* 29 inaequalis Nn^1 31 eoste Nn^1

ter A particulariter, nec de C aliud praeter A nec de A quicquam, sed ipsum tantum praedicetur, non fit syllogismus, eo quod una tantum propositio sumpta est.

[autem] Id est neque de A neque de B, ut fiat prima figura. 40b33

[C²] Id est, si A solum praedicetur de C et non aliud quid, in quo secundam figuram aufert. 40b33

[aliud] Id est B. 40b34

[illo] Scilicet C. In hoc tertiam vocat. 40b34

[alterum] Id est B. In hoc iterum primam designat. 40b34

[sumatur] Si A, praedicatum de C, praedicetur et de alio, ut de D, aut de A aut de C aliud quam B ; sic enim plures propositiones fiunt. Non tamen erit ad B syllogismus ; nec si A de ⟨C⟩ et C de D et D de E et E de F. 40b37

[de alio] Scilicet quam B. 40b37

[aliud] Scilicet quam B. 40b37

[alterum] Scilicet et non B. 40b38

Id est, si A solum praedicetur de C, C autem de nullo praeter A particulariter, nec de C aliud praeter A. 41a5

[simpliciter] « Syllogismus simpliciter » cum non propositum est quid determinatum de aliquo determinato syllogizare ; « ad hoc autem syllogismus » cum de anima determinate agitur sine aliquo definito praedicato. Haec autem ad hoc cum et praedicatum et subiectum determinata sunt in quaestione. 41a5

[ad hoc¹] Per « ad hoc » syllogismum demonstrativum significavit ; nam ipse fit ex propositionibus quae ad hoc, id est ad subiectum terminum, quae causa sunt conclusionis, non solum quoniam est conclusio sed et quoniam res ; nam in ceteris, ut dialecticis et sophisticis, solius conclusionis, in eo quod conclusio, causa sunt propositiones. Hos significavit in eo quod ait « huius autem et hoc » quoniam conclusiones per propositiones ex non propositionibus ait fieri ; non enim causa sunt conclusionis in eo quod res. Ut, si quis colligat 'si dies est, sol super terram est ; atqui dies est ; sol igitur 41a5

---

12 C¹ *om. Nn* 21 anima] āā *Nn* 22 haec (?) *Nn* 30 quoniam (?)] quou *Nn* non] nam *Nn*

super terram est' ; non enim diem esse causa est quoniam sol super terram est, sed e contrario solem esse super terram causa est diei.

41a18 [plura] Hoc fit cum propositiones sumptae indigent probatione.

41a24 [ex principio] Id est verum quod prius positum fuerat et contrarium falso quod syllogizatur.

41a24 [ex hypothesi] Quod non est per se propositum ostendere ponitur in hypothesi cum contrario suo.

41a26 Symmetra dicuntur quae eidem sunt aequalia, asymmetra quorum alterum eidem aequale, alterum inaequale ; vel symmetra sunt quae eadem mensura mensurantur.

41a26 Symmetri numeri sunt qui constituuntur ab aliquo numero, ut novem et novem, et quindecim et quindecim ; nam constituuntur a tribus, ut ter tria novem, et quinquies tria quindecim ; asymmetri vero qui a nullo eodem numero possunt constitui, ut novem et viginti.

41a26



41a26 [incommensurabilis] Scilicet costae.

41a38 [omnes] Dicit autem hoc, non quod hypothetici eandem habeant positionem terminorum, sed quoniam, cum sumimus aliquam hypothesim et ex hac reliqua construimus (ut 'si providentia est, anima immortalis est ; sed providentia est ; immortalis ergo anima'), necesse est sumptam hypothesim quoniam vera est ostendere per categoricum. Nam si velimus hanc hypothesim ostendere per aliam hypothesim, necesse erit et illam ostendere, et hoc in infinitum. Necesse est ergo aliquo categorico ostendere hypothesim ; ut Plato, 'si animae nostrae post mortem in Inferno sunt, non corrumpuntur ; sed primum, ergo posterius' ; quod autem in Inferno sunt animae nostrae, per aliam hypothesim ostendit : 'si vivens et

Phil. 18-23 : 241.25-29 23-25 : 241.31-33 27-**307**.2 : 241.34-242.5

13 quinquies tria] ter quinquies Nn^1 23 cathegoricam Nn^1

mortuum ex se invicem sunt [in Inferno], sunt in Inferno animae nostrae post mortem ; sed primum, ergo posterius' ; idque categorice ostendit : 'omnia contraria ex se invicem, vivens autem et mortuum contraria, ex se invicem ergo consistunt'.

[syllogismus] Scilicet categoricus. 41a39

[ad] Non eodem modo categoricis dicuntur hypothetici syllogismi per universales primae figurae perfici. Nam categorici vel cum conclusio in dubitationem venit, sumpto opposito, probantur per impossibile, vel conversione propositionum eadem fit conclusio in prima figura. Hypothetici vero et assumptione indigent categoricis, cum dubitabilis est ; nam si hypothetice probetur, rursum assumptio dubitabilis est, et hoc ⟨in⟩ infinitum. — Vel secundum quosdam simpliciter, quod probatione indiget sive categoricum sive hypotheticum sit, non tamen verum est in syllogismis quae semper indigent probatione, talis est assumptio hypothetici syllogismi. 41a39

[transsumptum] Scilicet assumptionem. 41a39

[confessionem] Scilicet quae facta est in conditionali propositione. 41a40

[hypothesim] Velut cum propositum est quemadmodum se habent in uno et in omnibus eiusdem speciei esse. Sic probat Aristoteles quoniam omnes stellae rotundae sunt, ostendens hoc in sole et luna. 41a40

[studiosam] Id est, si quis huiusmodi faciat syllogismum 'musica voluptas, voluptas autem studiosa est'. 41b9

[figuris] Scilicet geometricis. 41b14



41b16

Phil. 2-4 : (242.6-8) 6-16 : (251.33-252.5) 19-22 : (252.16-21)

1 in Inferno *expungenda coniecimus* 2 sed] si *Nn* 12 in *om. Nn*
14 syllogismis] *an addendum* categoricis ? 15 indigent] *an scribendum* indiget ?

41b16 [si] Intentio Aristotelis est probare quoniam anguli aequicruris qui sunt ad basem aequales sunt. Sumit autem aequicrura quae inter circulum fiunt divisum in quattuor triangulos aequales, per centrum lineis ductis ; nam et ipsi aequicruri trianguli. Ait ergo : si volens quis probare huius aequicruris angulos aequales, sumat particulariter : quidam anguli triangulorum qui in circulo sunt, aequales sunt ; si alios quidem, nihil ad propositum, si autem eosdem, quod in principio est petet. Oportet igitur universaliter dicere quoniam omnes semicirculorum anguli aequales.

41b16 [si] Id est, nisi universaliter dicat 'omnes anguli qui in semicirculis aequales sunt'.

41b18 Rursum sumit alios aequicruros triangulos qui in circulo fiunt diviso in incisiones. Hi autem dupliciter fiunt : vel cum circulus principaliter dividitur in incisiones, vel cum triangulus prius factus a lineis per centrum ductis. Nam nec in his sine universali demonstratione.

41b18 [non] Id est, si non sumat 'omnes anguli qui in circulo sunt incisione facti, aequales sunt'.

41b18 [eum] Circulus si dividatur in aequalia, dicuntur partes semicirculi ; si autem ⟨in⟩ inaequalia, dicuntur incisiones.



41b22 Haec omnia recapitulationes sunt praedictorum.

41b31 [considerare] Scilicet quoniam in omnibus similiter se habet.

41b31 [alia] Ut falsum vel probabile. Nam si probabilis est conclusio,

Phil. 1-9 : (253.30-254.23) 21-24 : 253.28-36

4 trianguli aequicruri Nn^1 8 ducere Nn^1 10 nisi] *an legendum* ut ? anguli qui] angulos Nn^1 11 aequales + esse Nn^1 20 in *om. Nn*

necesse est aliquam propositionum probabilem esse. Non tamen hoc in omnibus verum ; nam evidentem conclusionem est per obscuras propositiones terminari, ut defectum lunae.

[alia] Id est, alios modos praedicationum, ut possibile, verum. 41b31

[possibilis] Vel impossibile. 41b33

Syllogismi tertiae figurae imperfecti omnes sunt, potestate vero perfectionem, non actu. 41b33

[B²] « AB » primam figuram indicat ; est autem A quidem minor propositio affirmativa, B vero maior et negativa. Quoniam ergo in secunda figura servatur minor, convertitur autem maior propter hoc, per « AC » secundam figuram significavit, servantem quidem A, mutans autem B. Rursum quoniam in tertia servatur maior, convertitur autem minor, propter hoc servavit quidem B, mutavit autem A in C ; nam « BC » tertiam significat. 41b39

[Si] Id est, si syllogismus per multos terminos ductus unus est, sic dicetur unus ut compositus, ut simplex autem nullo modo. 42a6

[Sit] Hoc probat quoniam omnis syllogismus ex duabus propositionibus constat, ut E per AB. Nam si alii addantur termini, vel idem concludunt, et sunt duo syllogismi idem concludentes ; vel aliquam propositionum, et dicitur prosyllogismus ; vel aliquid aliud, et sic plures syllogismi coniuncti ; vel nihil cum nullam habitudinem habent ad se, et erunt vane sumpta. 42a8

[A] Id est per tres propositiones. 42a9

[necesse] Id est necesse est alteram propositionum continere, alteram contineri. 42a9

[alterum] Id est aut C aut D. 42a13

[AB] Id est aut A aut B. 42a18

[alius] Ut ornatus vel ad explanationem. 42a24

[una] Si tres termini tantum idem sint, A B C, fient duae propositiones et una conclusio ; et erit conclusio dimidium propositionum. Si autem D adiungatur ut sint quattuor termini, fient tres conclu- 42b14

Phil. 6-7 : (255.27-29) 8-14 : 258.18-25 15-16 : 259.19-21

1 non] nam *Nn*

siones, una prioris syllogismi et duae additi termini ad A et B. Si vero et alius terminus adiungatur, ut E, plures et terminis et propositionibus fient conclusiones ; quod patet in subiectis figuris.





42b20 [ultimum] Id est C.

42b20 [facit] Scilicet additus terminus, id est D.

42b23 [Si] Id est si inter A et B ponatur D.

42b24 [ad unum] Scilicet fiunt conclusiones.

42b24 Eadem res, scilicet anima, cum circa superiora et per se vera et aeterna perscrutatur, dicitur mens ; cum autem circa universales positiones, dicitur opinio; cum vero circa singularia, sensus vel fantasia vocatur. Nihil autem horum syllogizat : mens quidem ut melior syllogismo, opinio autem et sensus et fantasia ut peiora. Cum ergo syllogizat anima, intellectus nominatur ; sed si ex superioribus quidem et per se veris, demonstrativum facit syllogismum ; si vero ex inferioribus, sophisticum ; si autem ex his quae secundum opinionem et positionem sunt, dialecticum quidem verum, quandoque autem falsum ; eo quod et opinio quandoque falsa est, quandoque vera.

42b27 [de quibus] Id est de propositionibus.

42b30 [casus] Id est modos.

42b35



43a14 [destruere] Non universaliter oportet hoc accipere, nam particu-

Phil. 23-**311**.2 : (269.13-16)

10 perscrutatur *scripsi* : perseveratur *Nn* 14 si *om. Nn*^{1}

laria facilius construuntur quam destruantur ; in universalibus autem hoc conveniet tantum.

In priori sectione species syllogismorum, id est conclusiones, elucidavit ; in hac autem quomodo ipsas species parati simus invenire ostendit, materiam habilem ad susceptionem talium specierum insinuans, id est propositiones. Ante tamen quam haec tradat, quaerit de quibus omnino possimus syllogizare. 43a20

[idonei] Id est prompti. 43a20

De generatione syllogismorum exposuit Aristoteles ; nunc autem viam facile inveniendi syllogisticas propositiones elucidat, et potentiam qua ipsi syllogismos facere possimus ; nam superius quasi ab aliis factos sumpsit, et quales sint exposuit. 43a21

[principia] Id est propositiones. 43a21

[uterque] Id est Cleon et Callias. 43a28

[accidens] In Physicis 'extra naturam' dicit huiusmodi praedicationem ; nam praedicationum — inquit — hae quidem sunt secundum naturam (ut cum universalia dicuntur de particularibus, ut 'homo animal est'), illae vero extra naturam, ut cum individuae substantiae praedicantur de accidentibus ; aliae autem secundum accidens, ut cum accidentia dicuntur de substantiis. 43a34

[dicemus] Hoc in demonstrativis. 43a37

[hoc positum] Id est, quoniam sunt generalissima quaedam. 43a37

Quia singularia secundum sensum magis monstratur cum aliquid de ipsis quaeritur, de generalissimis autem nihil est vere praedicare. 43a42

[rationes] Id est syllogismi et diffinitiones. 43a43

[considerationes] Id est demonstrationes. 43a43

[proponentem] Ostenso de quibus sunt demonstrationes, id est de mediis quae et subiciuntur et praedicantur, addit modum quo id facere est. Proponere — inquit — oportet ipsum prius, id est propositum, nobis in propositione terminum et subiectum et praedicatum. 43b2

Phil. 3-7 : (270.6-22) 9-12 : (270.6-9) 15-20 : (272.5-15) 27-31 : (273.19-24)

11 quam *Nn* 20 subiectis *Nn* 22 gnalissima [*sic*] *Nn* 23 *an scribendum* monstrantur ?

43b2 [ipsum] Id est rem de qua volumus syllogismum facere.

43b3 [quaecumque] Id est genera et differentiae et accidentia.

43b5 [contingunt] Id est extranea.

43b5 [ipsa] Scilicet res.

43b6 [sumendum] Si — inquit — sumpta sunt extranea rei, non oportet sumere ea quibus res est extranea ; eadem enim sunt et prius sumpta.

43b7 [propria] Et superius meminit propria ; sed ibi, ut divideret ea ab his quae per se insunt, hic autem ut ab accidentibus.

43b9 Secundum veritatem sequitur voluptatem motus, appetibile ; secundum opinionem autem secundum naturam ; non enim omnis voluptas secundum naturam.

43b9 [plurium] Scilicet sequentium et antecedentium et aliorum.

43b16 [tota] Id est, quemadmodum consequens oportet sumere non quod sequitur quid, sed simpliciter, sic et antecedens sumendum quod simpliciter antecedat, et non secundum quid, eo quod sic sumptis non fiunt propositiones universales.

43b20 [alterum ?] Id est secundum alteram propositionis partem, id est secundum consequens.

43b22 [est in illo] Scilicet res ; id est subiecto.

43b23 [cuius] Scilicet subiecti.

43b24 [quae] Id est, si tale sit consequens quod contineatur ab aliis. Sumpta autem sit alicui consequens, non oportet ea sumere consequentia subiecti quae ipsum consequens continent, eo quod prius sumpta sunt in illo in quo sunt continentia. Ut, si consequens homini sumptum sit animal, continent autem animal et corpus et substantia, non oportet — inquit — ea sumere homini consequentia quoniam in animali sumpta est ; et hoc in descriptione futura.

43b24 [universale] Id est a quo continetur subiectum.

43b24 [eligendum] Id est inter ea quae particulare eligunt sequi.

Phil. 8-9 : 276.16-18 10-12 : 276.20-21 13 : 276.31 14-17 : (277.16-24)

---

25 continentia] consequentia Nn^1

[et quaecumque] Id est extranea sunt universali, non sumenda extranea particulari, eo quod post sumpta sunt. 43b26

[quae] Id est quae extranea sunt universali extranea sunt particulari, non tamen e converso. Et propter hoc addit « quae autem sunt propria ceterarum specierum, extranea sunt sumenda particulari ». Non enim haec extranea generi, ut homini extranea sunt latrabile et hinnibile, quorum nullum extraneum est animali. 43b26

Id est quaecumque sequuntur secundum non esse. 43b27

[neque ?] Quemadmodum — inquit — ea quae sequuntur vel extranea sunt universali non oportet sumere sequi vel extranea particulari, sic quibus consequens est particulare non oportet sumere antecedentia universali ; nam sumpta in particulari. 43b29

[eligendum] Scilicet sequi ea. 43b29

[continetur] Scilicet subiectum, ut homo. 43b30

[animal] Scilicet non eligendum est sequi ea quae sequitur homo, ut individua, quod est, si homo sequitur individua, et animal hominem, posito 'si est homo, est animal' non sumendum 'si est Socrates, est animal', eo quod post sumptum est. 43b30

[convenientiora] Id est propria. 43b32

[plerumque] Habemus in hoc causam quare de copia propositionum per se capitulum posuit. Nam neque in Topicis dialecticarum propositionum inventionem tractavit, nec in Posterioribus Analyticis de demonstrativis, neque de sophisticis in Elenchis. Verum hic viam communem omnibus exposuit, ex quo et demonstrator copiam eorum quae per se sunt habeat, et dialecticus eorum quae in pluribus fiunt, et sophista eorum quae sunt secundum accidens. 43b33

[consequens] Scilicet quod in pluribus est. 43b33

[nam] Scilicet ex. 43b34

[amplius ?] Non hoc ideo dicit, quoniam non oportet eligere quae utrumque terminum sequantur, sed quoniam, cum medio termino indigemus, non eligendum quae utrumque terminum sequuntur, si 43b35

Phil. 20-26 : (280.13-20) 29-**314**.1 : 280.30-32

3 extranea^2] extra *Nn* 22 analecticis *Nn* 30 sequantur + si eadem sint *Nn*^{1}

eadem sint, eo quod ex his non fit syllogismus. Nam in secunda figura ex duabus affirmativis complexio inutilis est ; et non solum haec, sed et aliae duae : quaeque sumit extranea, et quae subiecta quidem praedicati, extranea autem subiecti.

43b36 [omnibus] Id est ens et unum.

43b38 [sequentibus] Quoniam in secunda figura non fit ex duabus affirmativis conclusio.

43b39 Postquam dixit quomodo oportet electionem facere eorum quae sequuntur terminos et eorum quibus ipsi sunt consequentes, amplius autem extraneorum, dicit hic quomodo possibile ex descriptis unamquamque propositionem construere universaliter et particularem, affirmativam et negativam.

43b40 [construitur] Id est praedicatum.

43b42 [si] Id est, si subiectum praedicati et praedicatum subiecti fit idem, universaliter concluditur affirmatio.

43b43 [sed] Scilicet voluerit quis construere.

43b43 [quod] Id est quibus sequitur praedicatum et quibus subiectum.

44a1 [utrumque] Scilicet ad ea quae oportet inspicere.

44a1 [horum] Id est quae sequitur praedicatum et subiectum.

44a2 [oportet[1]] Scilicet subiecto.

44a3 [ad sequentia] Scilicet considerandum.

44a3 [oportet] Id est praedicatum.

44a3 [ad ea] Id est ad extranea praedicati.

44a4 [cui] Id est subiecto.

44a5 [contingit] Id est extranea.

44a5 [inesse[2]] Id est praedicatum.

44a9 [alicui] Scilicet oporteat sumere.

44a9 [oportet] Id est subiecto.

Phil. 1-4 : (280.32-281.7) 8-12 : 281.10-13

---

14 praedicati] praedicatum Nn^1

[quibus] Id est, ad ea oportet considerare. 44a9

[consequens] Id est subiectum. 44a9

[quae] Id est extranea. 44a10

[eidem] Scilicet praedicato. 44a10

[autem] Scilicet A. 44a13

[ei] Scilicet A. 44a14

[inesse] Id est extranea. 44a14

[E] Dativus casus. 44a15

[insunt] Id est sequentia. 44a15

[ipsum] Scilicet E. 44a15

[non contingit] Scilicet extranea. 44a16

[aliquid] Id est subiectum praedicati. 44a17

[inesse] Id est praedicato subiecti. 44a18

[C] Id est subiecta praedicati et subiecti. 44a19

[F] Id est praedicatum subiecti et extraneum praedicati. 44a21

Prosyllogismus est hic : 'si C nulli A et A nulli D, D autem idem est F, A ergo nulli F, F autem omni E, A ergo nulli E. Et palam quoniam non est hic principalis syllogismus ; nam D et F unus est terminus, non duo. Alia quoque omnia per prosyllogismos ostendit ; nam eandem habent deductionem, ut universalis affirmatio 'si A omni C, C autem idem F, et A ergo omni F'. Quare et hic similiter prosyllogismus, et in aliis similiter ; et non solum est hoc universalis negativa. 44a22

[B] Id est praedicatum praedicati et extraneum subiecti. 44a25

[D] Id est extraneum praedicati et subiectum subiecti. 44a28

[G] Id est subiectum subiecti et praedicatum praedicati. 44a29

[conversus] Id est per conversionem fiet. 44a31

[*quae diagrammati ad syllogismos inveniendos composito addidit scholiastes vide p. 383.*] 44a35

Phil. 18-23 : 286.3-10 28-29 : 274.8-32

---

4 scilicet + subiecto Nn^1 21 omni^1 *incertum Nn*

44a38 [Oportet] Oportet autem — inquit — cum sumimus consequentia terminorum, et quae ipsi sequuntur non solum proxima sumere, sed et longiora. Nam per haec pluribus propositionibus habundamus ad constructionem propositi. Ut, si hominem substantiam volumus ostendere sumentes consequens homini ut 'animal', ostendemus sic : 'homo animal, animal substantia, homo igitur substantia'. Si vero et sequentia sequentis, id est animalis, sumamus, ut 'animatum' et 'corpus', copiosior oratio fiet. Nam quanto per universaliora colligemus conclusionem, tanto pluribus habundamus mediis. Quicquid enim per universaliora colligitur, hoc et per particularia colligitur. Non autem quicquid per particularia, et per universalia. Sed dubitatur, quod superius visus est prohibere ne eligeremus quae consequenti sunt consequentia, nunc autem dicit : non solum ex his quae propinqua sunt propositis terminis argumentemur, sed ex longioribus. Verum ibi de electione terminorum ad propositum docuit, hic autem quoniam superiora in inferioribus sumpta sunt et per ipsa argumentari praecipit.

44a38 [Oportet] Scilicet nos.

44a39 [ut] Id est cum E subiecti termini volumus antecedentia et sequentia eligere.

44a40 [K F] Scilicet de quibus inspicere.

44a40 [A^2] Id est praedicati termini cum volumus eligere quae illum sequuntur, et quibus consequens.

44b2 [E] Id est voluptati.

44b2 [huic] Id est, si universalius fit K quam A.

44b3 [similiter] Ostenso quoniam in his quae sequuntur praedicatum oportet universale sumere non et in his quibus praedicatum est consequens, dicit idem observandum ; et oportet quoniam in sequentibus praedicatum quanto sunt universaliora, tanto proximiora sunt.

44b3 [idem] Scilicet A.

44b4 [ipsis] Id est, si A sequitur C, K et C sequitur ; si autem K universalius sit quam A, tum potest sequi C.

Phil. 1-8 : 287.14-22 8-12 : 288.8-12 12-15 : 287.27-30 15-17 : (287.30-281.8)

---

13 quae] quem *Nn* 21, 25, 32 K]R *Nn* 22 est + eum Nn^1 29 sunt] est (?) *Nn*

[ipsis] Id est sub primis. 44b5

[quoniam] Omnis superior consideratio medii investigativa est ; sed medium unum est et non plura, extremitates autem duae. Unde tres colliguntur termini ex quibus duae fiunt propositiones quibus medii mutatione tres fiunt figurae. 44b6

[syllogismi] Scilicet ostensivi. 44b8

[monstratur] Id est universalis affirmatio. 44b8

[omnibus] Ex novem coniugationibus quae in superiori figura fuerunt, tres ait nunc inutiles, quarum unam nunc exponit, id est quae fit ex his quae omnia sequuntur, id est praedicatum et subiectum. 44b21

[Manifestum] Ostensa una coniugatione inutilium quae sumit utrique termino sequentia, manifestum ait quoniam et reliquae duae inutiles sunt, id est quae sumit extranea, et quae subiecta praedicati, et extranea subiecti. 44b25

[Palam] Hic duas scripturas exponit Alexander. Quarum altera est quam hic ponit et habet talem, quia « palam est — inquit — ex praedictis quae oportet sumere eadem erit, et hoc palam quae sunt in his diversa vel contraria ». Altera scriptura est sic : « non quae diversa vel contraria », ut sit continuatio haec : palam nobis ex praedictis qualia in descriptis in unoquoque problemate oportet sumere eadem ; non enim sumendum quae diversa vel contraria. Hanc autem scripturam meliorem, et convenire sequentibus. 44b38

[quidem] Scilicet « palam qualia eadem sumendum secundum considerationem, et non diversa vel contraria ». Et hoc probat duobus argumentis, id est duas praedictas positiones singulum singulo argumento, altero a fine, quia medium unum oportet sumere, a speciebus altero. Non enim secundum positionem contrariorum. 44b39

[sumantur] Scilicet in medium terminum. 45a2

[ex] Id est, non ideo quia sumpta sunt contraria, sed quia et ibi accidit medium unum quid esse, quod alteri extremitatum extraneum fuit, alteri autem sequens vel antecedens. 45a7

Phil. 12-15 : (291.30-33) 16-23 : (293.1-21)

---

27 alterm [*sic*] Nn^1 quia *om.* Nn^1

45a7 [nam B] Quoniam enim B inest omni A, contrarium autem est B ei quod est F vel diversum, propter hoc nulli F inest A. Est autem F pars E ; ergo B inerit nulli E. Sed habemus descripta extranea E ; haec autem erant H ; ergo A idem erit alicui eorum quae sunt H. Quare rursum propter nostram methodum conclusio. Dicimus enim universalem negativam colligi sumptis vel D F eisdem vel B F.

45a9 [alicui] Quod extraneum est E.

45a9 [B et G] Alios terminos ponit hic pro in superiori ; nam ibi B et F contraria posuit, hic autem B et G.

45a12 [quare] Id est, necesse est alterum contrariorum idem esse alicui eorum quae extranea sunt E, ex qua identitate fit syllogismus secundun positam methodum, quae identitas quia latuit quosdam, putaverunt se aliam viam invenisse ab Aristotelica, cum eadem sit et non differens.

45a14 [alicui] Id est alicui eorum quae sunt extranea E.

45a15 [sumpta] In dicendo B et G non contingere eidem inesse, in hoc eodem omnia extranea E sumpta sunt, et est sic assumendum : 'atqui G non inest, ergo B'.

45a21 [necessaria] Id est putaverunt esse aliam eam quae est ex positione contrariorum illa quae a nobis posita est necessaria. Nam non est alia, sed per quendam circulum reducitur in nostram methodum.

45a22 [B] Pro BH rursum oportet DG accipere.

45a28 [A] Sit — inquit — per impossibile ostendere universalem negativam. Sumatur ergo aliquid eorum quae sequuntur A, id est B, et eorum quae extranea sunt E, id est A, idem existens. Procedet ergo ostensio sic : quoniam B et H idem, B autem omni A, ⟨et H omni A⟩ ; E autem nulli ; cum ergo haec sint, dico quoniam A nulli E inest ; nam si hoc falsum est, verum est alicui ; ergo quoniam B omni A, A autem alicui E, colligitur quoniam B alicui E ; positum autem erat nulli ; quod est impossibile ; nam B idem erat alicui eorum quae sunt H, quae erant extranea E. Si ergo positionem quae

---

Phil. 1-7 : 294.10-16 20-23 : (295.20-26) 25-**317**.3 : 296.5-16

---

27 E] B Nn^1 A] *an scribendum* H ? 28-29 et^2 — A^1 *om.* Nn

dicit A inesse alicui E, impossibile quid secutum est, scilicet B nulli et alicui ⟨E⟩ inesse, falsum ergo alicui E idem inesse, verum autem nulli.

[in] Similiter universali affirmativa et particulari affirmativa erit quod ostensive ostensum est, et per impossibile ostendere et per eosdem terminos. 45a33

[utrumque] Palam autem quoniam et in extraneis. 45a36

[demonstrationes] Vult ostendere quoniam convertuntur sibi ostensiones hae ; quoniam ergo posuit eam quae est per impossibile, vult idem et per eadem et ostensive ostendere. 45a38

[sumptum sit] Id est, si sumatur. 45a40

[ponentibus] Postquam convertit ad ostensionem per impossibile ostensivam, nunc ad ostensivam convertitur eam quae est per impossibile. Nam si ostensum est ostensive per secundam figuram quoniam A nulli E, si oppositum huic sumamus, id est alicui, ostendemus rursum idem et per impossibile. 45b2

[similiter] Quia velut in sola universali negatione sermonem exercuit conversionum, eadem — inquit — et in reliquis propositionibus accidit. 45b4

[conversa] Scilicet in sibi oppositam. 45b6

[ea propositione] Id est ad quam est syllogismus mendacii. 45b6

[qualitatem] Scilicet fiunt. 45b17

[subiectis] Quod ait hoc est, quod indiget demonstratione in hypotheticis syllogismis. Assumptio est quod iam et superius dixit ; volens ergo hanc significare ait « in subiectis » ; nam assumptio primi modi locum subiecti habet in hypothetica propositione. Ne ergo intelligeremus, in eo quod pars est, hypothetice indigere eam demonstratione, addit « non in prioribus », quod est dicere « dum est pars hypotheticae non indiget probatione » ; « sed in transsumptis », id est cum sit assumptio ; nam tunc ad ipsam fit quaestio. Quo autem modo quaestio ipsa terminanda sit, et qua via ad ipsam 45b17

Phil. 4-6 : (296.18-20) 8-10 : 297.26,28-29 12-16 : 299.11-14 17-19 : 299.22-23 23-25 : 301.24-26

2 E¹ *om. Nn* 30 id est] idem Nn^1

intendemus, subiungit : modus — inquit — inspectionis idem, id est eadem via assumptionem hypothetici syllogismi ostendemus quam superius ostendimus, id est per ea quae sequuntur extremitates, et quibus ipsae consequentes sunt et extranea.

45b18 [non] Id est, non in antecedente et consequente.

45b18 [principio] Id est non hypothetica propositione.

45b18 Hic Theophrastus conatur redarguere per totum hypotheticos syllogismos, inquiens non indigere huiusmodi via. Dicit autem per totum hypotheticos qui et propositiones omnes et conclusionem habent hypotheticam, quique videlicet secundum tres figuras fiunt ; ut 'si est homo, animal est ; si animal est, substantia est ; igitur, si homo est, substantia est'. Hi ergo, quia nullam habent categoricam propositionem, non probantur categorico syllogismo ; neque enim hypothetica propositio categorici syllogismi conclusio fit. Sed Alexander et plurimus chorus philosophorum nec syllogismos huiusmodi contendunt : nil enim nisi consequentiam eos aiunt ostendere.

45b20 [quot modis] Quinque modi sunt hypotheticorum syllogismorum, in quibus omnibus dicta methodus utilis est.

45b29 [necessariis] Quoniam in his quae inesse significant propositionibus usus est sermone, quaecumque — inquit — dicta sunt de his quae insunt, haec et de necessariis et de contingentibus dicimus. Sic enim oportet electiones facere eorum et considerationes in unaquaque propositione, addito quid necessario et quid contingenter. Tantum enim solum distabit a contingente quod inesse significat, quod prius sit secundum ordinem quod inest, eo quod hoc quidem accidit iam, illud vero futurum sit. Nam sic ex his quae dicta sunt colligimus ; ex necessariis enim propositionibus necessarium, ex contingentibus autem contingens.

45b34 [praedicamentis] Id est in his quae habent plane, bene, utiliter, laudabiliter, et huiusmodi. Dixit enim in Periermenias infinitos esse modos, contineri autem in tribus. Eadem ergo via idoneitatis et in his.

45b40 [has] Scilicet figuras.

Phil. 7-16 : (302.6-15) 19-28 : 304.11-19 29-32 : 304.28-31

---

20 quaecumque] quae cum *Nn* 22 sic] si *Nn* 29 id est] idem *Nn* 31 autem + ea Nn^1

[et] Eo quod syllogizant non solum qui rationales curant artes, sed qui operatorias aliquas et simpliciter omnes ex communibus intelligentiis syllogizare nati sunt, licet viam ignorant. Dicens ergo « circa philosophiam » syllogizavit eos qui revera syllogizant et disciplinariter ; nam philosophiae proprium instrumentum est logica. Per id vero quod dixit « artem quamlibet » reliquas significavit, sive rationales sive artificiales ; « disciplina » vero fortasse universalior est aliis. 46a3

[inspiciamus] Ut non ad omnia — inquit — quae descripsimus indeterminate aspiciamus, sed sciamus ad quae oportet inspicere, cum universalia vel particularia volumus ostendere, et cum affirmatione vel negatione. 46a12

[sunt] Scilicet oportet eligere principia. 46a16

[plura] Scilicet principia. 46a17

[experimenti] Scilicet quod est circa singulum. 46a18

[astrologicae] Scilicet est tradere. 46a19

[oportet] Hic — inquit — universalius tradidimus methodum de idoneitate propositionum, particularius autem et subtilius in locis de his assumpsimus ; hanc enim ait dialecticum negotium ; ibi enim tradidimus locos qui ad unamquamque nobis sunt utiles propositionem. 46a28

Quadrupliciter autem est differentia dialecticae : divisiva, definitiva, demonstrativa, et resolutoria. 46a31

[quid est] Id est de definitione. 46a37

[priori] Scilicet maiore. 46b1

[terminum] Vel definitionem. 46b5

[aliam] Id est subdivisiones faciunt usque ad atomum. 46b24

[principio] Id est syllogisticus habitus. 47a5

[dicta] Id est tres tantum esse figuras. 47a6

[per ea] Id est si ea quae resolvuntur in tres tantum reducantur figuras. 47a7

Phil. 1-8 : 305.12-18 9-10 : 305.23-24 11-12 : (305.24-28) 17-21 : 306.25-28 22-23 : (307.6-8) 27 : (312.8-9)

---

4 syllogizavit] *an scribendum* significavit ? 5 *an scribendum* disciplinaliter ?

47a10 [duas] Id est primum oportet inspicere in propositiones deinde in terminos.

47a24 [interempta] Haec maior propositio est syllogismi.

47a28 [propositiones] Scilicet minores propositiones syllogismi et prosyllogismi, id est quae dicit « partes autem substantiae interemptae interimunt substantiam » et quae dicit « ex partibus autem totum ».

47b24 [B^2] Scilicet inest.

48a4 [nulli] Id est, nulli inest ex necessitate, vel necesse est nulli inessse.

48a5 [aegritudini] Id est, necesse est sanitatem nulli aegritudini inesse.

48a7 [inesse] Scilicet necesse.

48a12 [aegrotanti] Videtur hic dicere Aristoteles quoniam universalis propositio non fit necessaria in accidentalibus nisi cum qualitates pro qualibus sumuntur, qua ignorantia videtur inniti qui contingentem dicunt colligi conclusionem ex maiore propositione necessaria et minore contingente, utentes qualitatibus pro qualibus, vel similiter sumentes universales propositiones in qualibus ut in qualitatibus.

48a13 [hoc] Cum non contingit aegrotanti inesse sanum, non accipitur necessaria propositio, ut in superiori accepta est.

48a16 [erit] Scilicet cum qualitates pro qualibus sumuntur.

48a18 In tertia figura, cum qualitates sumuntur pro qualibus, fit fallacia secundum contingens ; nam cum deberet fieri contingens conclusio, secuta est necessaria.

48a21 [manifestum] Dictum est in tractatu de contingenti quoniam, si utraque propositio sit contingens, et conclusio contingens erit.

48a22 [contingit^1] Hoc secundum tertiam figuram.

48a27 [habitum] Id est concretum.

48a27 [pro habitu] Id est pro abstracto.

48a29 [Non] Si quis enim hoc modo quaerat accidet aliquando quidem

Phil. 25-26 : (332.3-4)

15 maiore+co Nn^1 28-29 *an recentius scripta ?* 30 quaerat+spro (?) *Nn*

difficultas, aliquando autem fallacia ex diversis causis, sicut palam facit.

[saepe] Hoc quidem contingit cum nominibus pluribus unam circumloquimur intentionem ex defectu sui nominis, ipsamque circumlocutionem terminum assumimus in syllogismo 48a30

[et] Accidet enim ex hoc putare syllogismum aliquem ex immediatis constare, qui tamen ex medium habentibus colligit. Credemus enim propositionem esse immediatam cuius non inveniemus medium unico expositum nomine ; hoc autem non oportet ; nihil enim prohibet medium esse orationem quandam quid est esse dicentem, ut in vere demonstrativis. 48a31

[quoniam] Scilicet secundum hoc. 48a32

[immediatorum] Qui medium putabat semper nomine exponi, accidet ei propter huiusmodi inquisitionem putare immediatorum esse demonstrationem ; quod ostensum est impossibile. Nam cum eorum quorum est indubitanter demonstratio, non invenerit medium nomine expositum, putabit demonstrationem sine medio esse. 48a33

[orationem] Scilicet sumendum. 48a38

[accidit] Id est si quis probet quoniam omnis trianguli tres anguli duobus rectis aequales sunt. 48a38

[invicem] De se invicem praedicantur quae secundum nominativum casum dicuntur, ut 'iustitia est virtus' ; nam si dicas 'virtutis est iustitia', nullum de nullo praedicatur. 48a41

[quotiens] Id est, quibuscumque casibus, vel genitivo vel dativo, fiat oratio, si vera fiat, affirmatio erit. 48b2

[significare] Illud inesse quod prius inesse dictum est, primum medio et non esse. 48b4

[non quoniam] Scilicet sic. 48b7

[contrariam] Id est, praedicatur de contrariis unam esse disciplinam, sed non secundum nominativum casum. Non enim sunt contraria unam esse eorum disciplinam, sed secundum genitivum. Verum est enim contrariorum unam esse disciplinam. 48b7

Phil. 29-32 : (335.18-20)

7 habentis *Nn* 19 triangulus *Nn*

48b10 [Accidit] Quo enim modo sumitur aliquid subiecti, eodem quoque dicetur praedicatum de ipso ; neque tamen oportet aliquid subiecti uniformiter semper assumi, verum aliquando quidem secundum rectum, aliquando autem secundum obliquos casus, ut ostendit Aristoteles.

48b10 [medio] Secundum nominativum.

48b13 [bonum] Id est conclusio secundum nominativum casum facta est, sed secundum genitivum sicut et minor propositio.

48b14 [sophia] Id est maior propositio secundum nominativum est.

48b18 [bonum] Id est conclusiones non fiunt secundum nominativum.

48b19 [contrarium] Scilicet est disciplina.

48b19 Id est boni qualis contrarii.

48b19 [omnium] Id est secundum genitivum sunt omnes conclusiones.

48b19 [neque1] Scilicet idem.

48b19 [rectum] Id est nominativum.

48b19 [maior] Scilicet propositio.

48b19 [neque3] Scilicet sunt disciplina.

48b19 Id est, quale et contrarium, quod est dicere 'minor secundum nominativum facta est'.

48b24 [nullum] Secundum nominativum casum.

48b26 [quidem] Id est conclusio per nominativum.

48b27 [autem1] Propositiones autem non.

48b28 Id est non omnis negatio fit per nominativum casum, sed aliquando per genitivum vel dativum.

48b29 [huic] Id est negatio.

48b32 [risus] Genitivus.

48b35 [genus] Id est medium.

48b40 [quoniam] Id est in electione terminorum.

48b41 [vocationes] Id est nominativum casum.

1-5 *cancellata Nn*

[aut²] Scilicet esse. 48b41

[hominis] Scilicet ponendum. 49a1

[haec] Id est praedicamenta. 49a8

[quo] Id est particulariter. 49a8

[simpliciter] Scilicet sumenda. 49a8

[simplicia] Duobus modis accipit simplex : secundum quantitatem, secundum dispositionem ; et ei quidem quod secundum quantitatem est quo opponitur, ei vero quod secundum dispositionem, complexum. 49a8

Reduplicatio est eiusdem termini in eadem propositione assumptio, qui et in conclusione omnino invenitur. 49a11

[primam] Scilicet maiorem terminum. 49a12

[non] Id est, maiori termino debet copulari, non medio. 49a12

49a15







[hircocervus] Scilicet ostendatur opinabile. 49a24

8 quo] *an scribendum* quot ?

49a24



49a27 [simpliciter] Id est universaliter.

49a28 [hoc aliquid] Id est particulariter.

49a29 [ostenditur] Scilicet simpliciter.

49a29 [quoniam bonum] Id est particulariter.

49a30 [ponendum] Scilicet in resolutione.

49a30



49a31 [bonum] Particulariter.

49a32 [ens] Id est particulare ens ut 'utile'.

49a35



49b2 [particularibus] Particulares dicit quando non simpliciter, sed quo conclusio fit, ut cum concludimus 'bonum scibile' quoniam quid ens.



49b2

[transsumptio] Id est terminorum expositio. 49b6

[quod bonum] Hoc universale bonum. 49b11

[bonum] « Quod » inconvenienter additum est bono, sed non potuit apertius per aliud significari articulus cuius loco positum est. 49b11

[dicere] Quod dicit hoc est : omissa maiore propositione, minore autem posita, et conclusione universali, considerandum si minor universaliter posita est. Nam minore universali contingit conclusionem veram ex necessitate sequi, scilicet si maior inveniatur universalis affirmativa ; particulari autem minore numquam conclusio universalis colligitur syllogistice. Hanc ergo differentiam vult nos considerare cum huiusmodi orationes resolvere volumus. 49b14

[inest¹] Id est, cum minor propositio particularis est affirmativa, colligi universalem affirmant. 49b15

[non omni] Id est non omnibus partibus B. 49b20

[necesse est] Inesse C. 49b22

[non] ... sic... 49b22

[si] Id est si A universaliter praedicetur de B. 49b22

[vere] Id est universaliter. 49b23

[A¹] Id est, si omnibus partibus B inest A, hoc est si minor sit universalis. 49b23

[expositionem] Id est, nisi aliqua aequivocatio vel falsum sit in terminis, non propter huiusmodi positionem putandum sit falsos esse syllogismos ; sed quemadmodum facit geometer, dicens hanc lineam pedalem esse et rectam et sine latitudine cum non sit, et circulum qui non sit circulus, sed propter sensus hoc introducit. Sic 49b33

---

4 *vide recensionem Carnutensem* 12 numquam] non quam *Nn* 14 cum *bis scr. Nn*¹ 19 ...sic...] e contrario sic sed (?) *Nn*

ergo non in veritate propositionum sed in materia syllogismorum invenienda curam habens.

49b33 [accidere] Scilicet elementa vel terminos.

49b37 [totum] Id est maius ad medium.

49b38 [aliud] Id est ultimum.

49b39 [nullo] Id est quae non habent, ut dictum est maior ad medium et medius ad ultimum.

50a1 [expositione] Scilicet terminorum.

50a2 [sentiat] Velut qui dicunt.

50a11 Id est si quis velit destruere definitionem, non totam eam terminum ponat, sed eam partem quae definito non conveniat.

50a11 [ad²] Id est secundum.

50a14 [longitudinem] Scilicet totius definitionis...

50a15 [terminos] Scilicet extremitates ; medium vero aliud quodlibet, ut 'mare'.

50a22 [sanativum] Quod facit sanitatem.

50a27 [potestas] Scilicet est contrariorum, scilicet reducere.

50a33 [oportet] Scilicet respondentes.

50a35 [hic] In his quae sunt ad impossibile.

50a39 [diversi] Scilicet ab his.

50b8 [non omnes] Id est non omnes syllogismos secundae est resolvere in primam ut quartum modum secundae.

50b9 [manifestum] Scilicet quoniam non omnes contingit reducere in omnes figuras.

50b18 [autem] Id est tertius modus secundae.

51a22 [in se invicem] Id est primam in tertiam et tertiam in primam.

51b24 Proportionalia sunt ut in numeris, ut se habet V ad X sic L ad C ; in propositionibus autem, ut superiores, sicut se habet 'possibile ambulare' ad 'possibile non ambulare', et 'esse album' ad 'non esse album'.

---

9 velut + qui sentiat Nn^1 (*vide translationes*) 13 definitionis + cunotata (?) *Nn* 17 reduere (?) *Nn*

Id est ut habent consequentias in his quae sunt ex tertio a praedicato hae quae sunt ex transpositione ad simplices, sic habent et privativae ad simplices. Palam autem ex descriptione ; quod enim est aequale, hoc non est inaequale ; non tamen quod non est inaequale, iam aequale est. Verum est autem in eo quod quantitas vel quod non est omnino, ut anima neque aequalis est neque inaequalis. 52a9

[A C] Id est affirmatio simplex ex transpositione. 52a12

[alicui eidem] Ut quod non est, verum est dicere quoniam non est lignum album, et non est lignum non album. 52a13

[eidem inesse] Scilicet non enti. 52a13

Id est si ostensum sit quoniam affirmativae sunt et universales, per primae figurae primum modum resolventur. 52a22

[quicquid] A partibus monstrat quoniam non est eadem demonstratio simplicis affirmationis et eius quae est ex transpositione, ut harum : 'quicquid est animal non est album', et 'verum dicere non album esse omne animal'. 52a27

Haec ex transpositione affirmatio est universalis. 52a28

[dicere] Simplicis — inquit — negationis et ex transpositione affirmationis non est idem modus resolvendi, eo quod universalis per primum tantum modum primae figurae ostenditur. Negatio autem per secundum primae et per duos secundae. Simplicis vero affirmationis et ex transpositione affirmationis idem modus ; utraque enim per primum primae figurae modum ostendetur. 52a28

[esse] Scilicet omne non animal. 52a29

[verum] Scilicet harum propositionum. 52a30

[idem modus] Scilicet est demonstrandi. 52a30

[et ostenditur] Scilicet universalis affirmatio. 52a37

[autem idem] Id est negationi quae dicit 'non est bonum' non est idem ea quae dicit 'neque bonum neque non bonum'. 52b32

[IN PRIORUM ANALYTICORUM LIBRUM SECUNDUM]

52b37 Intentio secundum Alexandrum quidem dicere quae restant a primo libro, id est quoniam ex falsis est verum syllogizare et ex veris verum ; secundum certiores autem expositores, talis : quia in anteriore libro speciem syllogismorum dixit, in hoc dicit materiam (species autem erat conclusio, materia vero propositiones). — Quia de materia syllogismorum continet hic liber, utilis est nobis ad topicum negotium, sicut et prior ad demonstrativum.

52b38 [quales] Id est quae secundum proprietatem figurarum medium disponunt, scilicet ut universaliter praedicetur de minore affirmativae, maior autem subiciatur universaliter in prima figura ; et in ceteris suis modis.

52b39 [quando] « Quando » dictum est in prima sectione primi libri, « quomodo » in secunda, id est quo modo debemus sumere praedicata, subiecta, extranea. In tertia vero sectione de resolutione syllogismorum dixit.

53a8 [Conclusio] Ne quis putaret vane dictum quoniam plures syllogismi sunt ex tribus propositionibus, ait : conclusio in unoquoque determinata est ; et unaquaeque est aliquid de aliquo, id est non eadem conclusio est A de B et B de A, sed diversae et ex diversis syllogismis.

53a16 [universalibus] Ostenso quoniam plures syllogismi fiunt per conversionem conclusionis, dicit quoniam et aliter contingit fieri plures in universalibus ; id est, cum, non conversa propositione universali, sumuntur particularia ipsius universalis, hoc est particularia medii termini vel conclusionis.

53a16 [aliter] Scilicet fieri plures conclusiones.

Pseudo-Philoponus 2-6 : 387.6-11 6-8 : 388.3-5 9-12 : (387.14-17) 13-16 : 387.18-21 17-21 : (388.22-389.1) 22-24 : 389.17-19

---

8 negotium + et Nn^1

[sub medio] Id est partes medii. 53a17

[sub conclusione] Id est partes minoris termini. 53a17

[idem] Id est similis. 53a18

[in conclusione] Id est in minore extremitate. 53a19

[In secunda] In prima figura omnibus quae sunt sub minore extremitate inest maior extremitas ; in secunda autem quae his sunt sub minore extremitate inest maior. Nam his quae sunt sub medio, non erit maior extremitas per syllogismum secundae figurae, nisi conversa in universali negativa redeat in primam figuram. Nam si non fieret conversio, non esset manifestum. 53a25

[ei] Id est D. 53a28

[sunt] Id est partibus medii. 53a29

[B non inest] Id est maior extremitas. 53a29

[quidem] Id est conclusio. 53a31

[non inesse] Id est maiorem extremitatem non inesse medio. 53a32

[indemonstratum] Id est sine syllogismo. 53a32

[propter] Non propter primum syllogismum eo quod per conversionem ostenditur B non inesse E. 53a33

[accidit] Scilicet primum. 53a33

[particularibus] Id est non praedicatur maior terminus de partibus minoris. 53a34

[conclusione] Ostenso quoniam fiunt plures conclusiones in universalibus syllogismis et in prima et in secunda figura, et quomodo dicit in particularibus non consequi necessitatem eorum quae sub minore extremitate sunt ; ut, si A omni B, B autem alicui C ; si autem sumamus D partem C, huic non inerit A propter syllogismum, eo quod syllogismis accidit per D particularem habere maiorem in prima figura. Ut, si A omni B, B alicui C, C autem omni D, non est necesse A inesse alicui D propter syllogismum, eo quod BC particularis est, quae maior est secundi syllogismi. 53a35

[fit] Scilicet eius quod sub A est. 53a35

Ps.-Phil. 3 : 389.34 9-10 : 390.17 17-18 : 390.21-22

---

6 his quae *transp.* Nn^1 (+ *marg.* termini ?) 20 partibus + medii Nn^1
27 habere] habet *Nn*

53a36 [haec] Id est //////.

53a37 [erit] Scilicet eo quod servatur maior universalis.

53a37 [verum] Cum minor terminus universaliter praedicatur de minore per syllogismum, praedicabitur et de partibus minoris propter syllogismum. Cum autem de medio dicitur, universaliter dicitur quidem et de partibus eius, verum non per syllogismum ; non enim syllogismus causa est quod maior de medio praedicatur, sicut quod maior de minore.

53a40 [in] Et in aliis figuris — inquit — est hoc ostendere, quoniam, cum primum medio inest, et particularibus eius, vel quoniam non possibile ostendere in ultimo termino plures syllogismos esse in particularibus, scilicet syllogismis.

53b1 [alterius] Id est, eius quod sub medio.

53b1 [verum] Scilicet syllogismus.

53b2 [universalibus] Scilicet syllogismis.

53b2 [ex indemonstrata] Id est ex maiore propositione habent vim quae sunt sub medio, et non ex syllogismo.

53b3 [in] Id est, sine universalibus ea quae sunt sub media habent necessarium propter syllogismum, nec in particularibus habebunt.

53b3 [his] Id est erit.

53b4 [Est] Vult ostendere hic quomodo ex propositionibus colligunt conclusiones. Nam cum propositiones sunt ambae verae, vera est conclusio ; cum ambae falsae, quandoque vera, quandoque falsa. Si autem maior sit vera, minor autem falsa, vera fit conclusio. Dicit ergo quoniam ex falsis utrisque est colligere conclusiones veras. Syllogismus autem huiusmodi non propter quid, id est non, quia propositiones sunt, est conclusio (hoc enim in his fit in quibus medius terminus causa est conclusionis), sed syllogismus dicitur quoniam, id est cum per se est collecta conclusio, et non est medius causa ipsius. Quare differt vera conclusio ex veris a vera conclusione ex falsis, quoniam vera quidem ex veris habet syllogismum eius quod propter quid, vera autem ex falsis quoniam tantum habet syllogismum.

Ps.-Phil. 9-12 : 391.15-18 21-33 : 391.25-392.14

---

3 maior Nn^1 6 eius + non Nn^1

[enim] Volens ostendere quod ex veris propositionibus vera fit conclusio, sumit A ut duas propositiones veras, B autem conclusionem, et dicit sic : si cum non est B necesse est A esse, ergo, cum est A, erit B ; quasi dicas, cum est A non est B, id est 'est' et 'non est', quod est inconveniens. 53b12

[autem] Quia sumpsit A ut unum terminum, B autem ut conclusionem veram, dicit : non putes quoniam A unus est terminus, et quoniam ex uno termino collectum sit B. 53b16

[colligere] Scilicet oportet. 53b24

Ex falsis propositionibus syllogismus in prima figura vel ex utrisque falsis fit vel altera sola, ex utrisque autem falsis vel totis falsis utrisque et fiunt duae coniugationes affirmativae et negativae, vel utrisque in aliquo falsis, et fiunt aliae duae coniugationes, una affirmativa, altera negativa, aut hac quidem tota falsa, illa autem in aliquo. Et hoc dupliciter : aut enim maior in aliquo falsa, minor autem tota vera, et fiunt duae coniugationes affirmativae et negativae ; aut maior tota falsa, minor autem in aliquo, et fiunt aliae duae. Quare habemus octo coniugationes. Ex altera autem falsa, altera autem vera, fit dupliciter ; nam vel maior falsa est, minor autem vera, vel minor falsa, maior autem vera, et si maior falsa, minor autem vera vel tota falsa (et facit duas coniugationes affirmativas et negativas), vel in aliquo falsa (et facit alias duas). Si autem maior vera, minor autem falsa, rursum vel tota vera est (et facit duas coniugationes) vel in aliquo vera (et facit alias duas). Quare fiunt omnes sedecim, quas Aristoteles exponit ; non omnes autem ; nam quae fiunt hac tota falsa, illa autem in aliquo, quattuor coniugationes, ut manifestas praeterit. 53b26

[utrisque] Quia utraeque propositiones verae, insyllogizatae autem, ut puta ambae negativae colligebant omne et nullum, propter hoc, cum fiunt falsae, subintelliguntur vera colligere. Nam si veris propositionibus non syllogistica fuit complexio, in falsum mutans syllogistica erit. Neque enim fit vera conclusio ex falsis utrisque, nisi cum syllogizata complexio huiusmodi habebat conclusionem. 53b26

[A] Haec conclusio. 53b30

Ps.-Phil. 1-5 : 392.20-25 6-8 : 392.30-32 10-18 : 393.13-22 18-27 : 393.25-394.2 28-33 : 394.21-27

---

4 quasi] quod si *Nn* 6 ut[1]] non *Nn* 13 sunt *Nn* 15 aliqua *Nn* 23 autem] quidem *Nn*

53b35 [similiter] Alteram complexionem dicit eorum quae totae sunt falsae, id est negativam.

54a5 [contrariam] Scilicet vere.

54a5 [aut si] Quod.

54a18 [tota] Si sit maior tota falsa, non colligitur vera conclusio ; si autem in aliquo falsa, colligitur vera.

54a28 [autem] Ostensis quales fiunt conclusiones maiore falsa vel tota vel in parte, nunc quales fiant minore tota falsa ostendit.

54b17 [In particularibus] « In particularibus et cetera ». Postquam de his quae in prima figura colligunt ex falsis conclusiones universales, dicit de his quae particulares, rursum ex divisione sumens veras vel falsas. Nam propositionum quae in prima figura colligunt particulares conclusiones, si haec quidem vera est, illa autem falsa, vel maior falsa est, minor autem vera, vel maior vera et minor falsa ; et si maior quidem sit falsa, minor autem vera, vel tota falsa est maior, minor autem vera, et colligit affirmativam vel negativam, vel maior in aliquo falsa, minor autem vera, et colligit affirmativam vel negativam. Si autem maior vera, minor autem falsa, non potest minor tota falsa sumi ; nam si sumatur tota, vel affirmativa accipitur vel negativa, et si negativa sumatur minor, non est syllogistica in prima figura ; si autem affirmativa, necesse est maiorem universalem esse et conclusionem universalem. Quare, cum minor est falsa, non sumetur tota propter dictas causas ; et fit vel affirmativa coniugatio vel negativa. Si autem sint ambae falsae aut ambae erunt in aliquo, et colligitur affirmativa vel negativa, vel maior tota falsa, minor autem in aliquo, et colligitur affirmativa vel negativa. Has decem coniugationes habet pertransire Aristoteles, ostendens quoniam non falsis vera conclusio.

54b27 [Similiter] Ostenso de affirmativa, nunc dicit de negativa, quoniam contingit secundum veritatem A omni B et B alicui C, si transsumatur AB in totam falsam ut sit A nulli B, ut 'animal nulli homini' et 'homo alicui albo', colligitur particularis vera ex maiore tota falsa, minore autem vera.

55a5 [BC] Dico de coniugationibus quae habent maiorem totam fal-

---

Ps.-Phil. 1-2 : 395.7-8 5-6 : 397.2-3 7-8 : (397.14-16) 9-28 : 398.19-399.8 29-33 : 400.4-9 34-**335**.11 : 400.25-401.3

---

33 autem + tota Nn^1

sam vel in aliquo ; nam, ut diximus, totam falsam minorem sumere non contingit in coniugationibus particularia colligentibus. Quare minorem in aliquo falsam sumit non secundum essentiam, quoniam illam diximus in aliquo falsam, quae habet contradictorie oppositam veram. Si autem in aliquo totam falsam sumit, et si omnino non insit, tamen quia contradictorie oppositum verum est secundum praedicationem, in aliquo falsum intelligit. Colligit autem affirmativum sic : 'animal omni cygno, cygnus cuidam nigro', in aliquo falsam non propter essentiam, sed propter praedicationem, quoniam contradictorie oppositum verum, et animal alicui nigro.

[in aliquo] Ostenso de coniugationibus ex hac quidem falsa, illa autem vera, dicit de utrisque falsis. Et primum de utrisque in aliquo particularem affirmativam colligentibus, sed maior in aliquo falsa secundum essentiam, minor autem in aliquo est falsa secundum praedicationem ; sic 'animal omni albo' in aliquo falsa secundum essentiam, 'album alicui nigro' in aliquo falsam secundum praedicationem, et 'animal cuidam nigro'. 55a19

Coniugationes ex falsis veras et universales conclusiones colligentes in secunda figura vel ex utrisque falsis sunt, vel ex hac quidem falsa, illa autem vera ; et, si ex utrisque falsis vel utrisque totis falsis, et vel maiore quidem negativa, minore autem affirmativa, vel maiore affirmativa, minore negativa, vel utrisque in aliquo, et vel maiore negativa, minore autem affirmativa, vel maiore affirmativa, minore autem negativa, vel hac quidem tota, illa autem in aliquo ; et hoc dupliciter, vel maior tota, minor autem in aliquo, vel e converso ; et secundum utramque harum, vel maior affirmativa, minor autem negativa, vel maior negativa, minor autem affirmativa ; et si ex hac quidem falsa, illa autem vera, vel in aliquo falsa, vel tota falsa ; et si in aliquo falsa, vel maior est in aliquo falsa, minor autem vera, vel maior vera, minor in aliquo falsa ; et si tota falsa, vel maior tota falsa, minor autem vera, vel maior vera, minor autem tota falsa ; et si maior quidem tota falsa, minor autem vera, vel maior negativa, minor autem affirmativa, vel maior affirmativa, minor autem negativa. Si autem sit maior in aliquo falsa, minor autem vera, vel maior est negativa, minor au- 55b3

Ps-Phil. 12-18 : 401.20-30 19-**336**.7 : 402.27-403.23

5 falsam] veram Nn^1 12 coniugationibus + quae habent maiorem vel totam falsam Nn^1 31 maior] minor Nn^1

tem affirmativa, vel maior affirmativa, minor autem negativa. Si autem sit maior vera, minor autem tota falsa, vel maior affirmativa, minor autem negativa, vel maior negativa, minor autem affirmativa. Si autem sit maior vera, minor autem in aliquo falsa, vel maior affirmativa est, minor autem negativa, vel maior negativa, minor autem affirmativa. Has duodecim coniugationes alias quidem exponit, alias autem non, ut in dictione ostenditur.

55b14 [A] Primum ostendit quomodo ex maiore affirmativa tota falsa et minore negativa tota falsa colligitur conclusio vera. Nunc monstrat quomodo maiore negativa tota falsa et minore affirmativa tota falsa colligitur conclusio vera sic: si secundum veritatem A omni B, nulli autem C, si transmutantur et fiant falsae, vera fit conclusio.

55b23 [altera] Complevit de his quae hanc quidem habent totam falsam, illam autem totam veram; nunc sumit hanc quidem totam veram, illam autem in aliquo falsam.

55b38 [et si] Complens de coniugationibus hac quidem vera illa autem falsa, et hac vel tota vel in aliquo, non dicit de utrisque in aliquo falsis, et primum maiorem affirmativam, minorem autem negativam: 'si animal omni albo, animal nulli nigro, et album nulli nigro'.

56a5 [particularibus] Ostenso de his quae colligunt universalem in secunda figura, nunc dicit et de particularibus; et dicit quoniam quae particulares colligunt conclusiones in secunda figura, vel ambae sunt falsae vel haec quidem falsa, illa autem vera; et, si ambae falsae, vel maior tota falsa, minor autem in aliquo, vel et maior et minor in aliquo falsae (totam enim falsam minorem non possumus dicere propter particulare); et, si ambae in aliquo, vel maior affirmativa et minor negativa, vel maior negativa et minor affirmativa. Si autem maior tota sit falsa, minor autem in aliquo, vel maior affirmativa et minor negativa, vel maior negativa et minor affirmativa. Si autem haec quidem sit vera, illa autem falsa, vel maior est vera, minor autem falsa, et ex necessitate in aliquo, et huius vel maior affirmativa, minor autem negativa, vel maior negativa, minor autem affirmativa. Si autem sit maior falsa, minor·

Ps.-Phil. 8-12 : 403.33-404.7 13-15 : 404.23-24 16-20 : 405.11-15 21-**337**.7 : 405.21-406.9

---

5 est + mi [*sic*] *Nn* 17 non] *an scribendum* nunc ? 19 omni + modi (?) Nn^1 28 negativa^2] affirmativa Nn^1

autem vera, vel falsa est maior tota vel in aliquo ; et si sit maior tota falsa, minor autem vera, vel maior affirmativa est, minor autem negativa, vel maior negativa, minor autem affirmativa. Si autem maior in aliquo sit falsa, vel maior negativa, minor autem affirmativa, vel maior affirmativa et minor negativa. Et primum dicit de maiore tota falsa et negativa, minore autem vera et affirmativa.

[A B] Primum dicit quae secundum veritatem insunt, deinde transsumit unam in falsam. 56a6

[affirmativa] Ostendit ex minore affirmativa, maiore autem negativa verum colligi. Nunc autem monstrat ex maiore affirmativa vera, minore autem negativa in aliquo falsa, id est particulari negativa, quoniam verum colligitur, ut 'animal omni homini, animal non omni gressibili' falsa in aliquo secundum praedicationem, non secundum essentiam, eo quod verum est quod contradictorie opponitur omni ; nam animal omni gressibili ; quare 'non omni' in aliquo falsum propter praedicationem, et homo non omni gressibili. 56a25

Earum quae in tertia figura colligunt ex falsis vera, vel ambae propositiones sunt universales vel haec quidem universalis, illa vero particularis ; et si ambae universales vel ambae affirmativae, vel maior negativa et minor affirmativa. Si autem haec quidem sit universalis, illa vero particularis, vel maior est universalis, minor vero particularis, vel maior particularis, minor vero universalis. Et si sint ambae propositiones universales, vel ambae sunt falsae, vel haec quidem vera, illa autem falsa ; et si ambae falsae, vel utraque tota falsa, et hae vel universales affirmativae ambae, vel maior negativa, minor autem affirmativa, vel haec quidem tota, illa autem in aliquo falsae ; et hoc dupliciter, vel maior tota vel minor in aliquo, vel e converso ; et secundum utrumque horum, vel ambae affirmativae, vel maior quidem negativa, minor autem affirmativa, vel ambae in aliquo ; et hae vel ambae affirmativae, vel maior negativa, minor autem affirmativa. Rursum si haec quidem vera sit, illa autem falsa, vel ambae sunt affirmativae vel maior negativa, minor autem affirmativa. Et rursum maior vera affirmativa, minor autem falsa affirmativa, vel maior falsa affirmativa, et minor vera affirmativa. Et rursum maior vera negativa, minor falsa 56b4

Ps.-Phil. 8-9 : 406.12-13 10-17 : 406.29-407.3 18-**338**.15 : 407.28-408.30

5-6 dicit *et* falsa *bis scr. Nn* 24 universales propositiones *transp. Nn*[1]

affirmativa, vel maior falsa negativa et minor vera affirmativa. Sic ergo, si sint propositiones ambae universales ; si autem haec quidem sit universalis, illa autem particularis, vel ambae falsae vel haec quidem vera, illa autem falsa, vel ambae in aliquo falsae ; et si ambae falsae, vel maior particularis negativa, minor autem universalis affirmativa, vel maior universalis negativa, minor autem particularis affirmativa. Si autem haec quidem falsa, illa autem vera, vel maior est falsa et particularis affirmativa, minor autem vera et universalis affirmativa, vel maior falsa et universalis affirmativa, minor autem vera et particularis affirmativa ; vel maior vera et universalis affirmativa, minor autem ⟨falsa⟩ et particularis affirmativa. Si autem ambae in aliquo, vel maior est universalis, minor autem particularis, vel maior particularis, minor autem universalis ; et vel ambae affirmativae, vel maior negativa, minor autem affirmativa.

56b10 [A autem] Scilicet secundum veritatem ; falsas autem fieri si transferantur ⟨in⟩ inesse.

56b21 [utraque] Complevit ambas falsas et universales, tacuit autem propositiones quae habent hanc quidem falsam, illam autem veram. Nunc autem dicit ambas in aliquo falsas, et utrasque universales affirmativas colligentes veram conclusionem, ut 'album et pulchrum secundum veritatem alicui animali insunt'. Sed ut faciamus eas in aliquo falsas, sumimus 'album omni animali', 'pulchrum omni animali', et 'album ergo alicui pulchro'.

56b26 [privativa] Dixit in aliquo falsas et universales affirmativas ; nunc dicit quae habent maiorem negativam, minorem autem affirmativam.

56b27 [alicui] Scilicet C.

56b28 [inesse] Scilicet secundum veritatem.

57a2 [sumantur] Dictis coniugationibus ex maiore negativa, minore autem affirmativa, nunc sumit ambas affirmativas universales, et primum maiorem falsam, minorem autem veram.

57a29 [particularibus] Complens de propositionibus utrisque universalibus, nunc dicit de utraque, hac quidem universali, illa autem par-

Ps.-Phil. 16-17 : 408.33-34 18-24 : 409.15-21 25-27 : 409.23-25 30-32 : 410.18-20 33-**339**.12 : 411.26-412.7

9 universalis[1]] particularis Nn^1 11 falsa *om.* *Nn* 17 in *om.* *Nn*

ticulari, et hoc dupliciter ; nam vel maior est universalis, minor autem particularis, vel maior particularis, minor autem universalis, et vel ambae affirmativae, vel maior negativa, minor autem affirmativa, et vel ambae falsae, vel universalis tota falsa, particularis autem in aliquo, vel e converso ; et vel haec quidem falsa, illa autem vera, et harum vel maior vera, minor autem falsa, vel maior falsa, minor autem vera, vel ambae in aliquo falsae. His sic habentibus, veram conclusionem dicit quoniam, ut in universalibus ostendimus ex falsis verum, sic et ⟨in⟩ propositionibus habentibus unam universalem, alteram autem particularem, per eosdem terminos ostendemus per quos et universales propositiones, si affirmativas affirmative sumamus, et negativas negative.

[causa] Causam dicit quare vera est conclusio falsis propositionibus, quoniam, si duo quaedam habeant talem naturam ad se, ut, cum alterum est, sit alterum ex necessitate, et hoc cum non est, necesse sit alterum non esse. Haec fit omni quod ex falsis concluditur verum, ut, cum verae sint propositiones, necesse est veram esse conclusionem, cum autem conclusio est vera, non necesse propositiones veras esse. Non ergo convertitur, sed contingit et falsas esse propositiones. Cum autem conclusio non est vera, necesse est et propositiones non esse veras. Quare quod non possunt converti facit causam quod vera est conclusio non omnino ex veris propositionibus, sed ex falsis. 57a40

[alterum] Id est antecedens. 57b1

[alterum] Id est consequens. 57b2

[hoc] Id est consequens. 57b2

[alterum] Id est antecedens. 57b2

[necesse] Id est consequens. 57b3

[alterum] Id est antecedens. 57b3

Per circulum ostensio non est utilis ad demonstrativam methodum, eo quod idem sit causa et effectus. 57b18

[praedicationi] Id est ut maior propositio e converso ponatur quod in primo syllogismo posita est, ut quia B inerat omni C, ponatur C omni B cum maiorem propositionem per circulum ostendimus. 57b19

Ps.-Phil. 13-23 : 412.18-28

---

9 in *om. Nn* 14 naturam] natam *Nn* 18 vera] veram *Nn*

57b28 [aliter] Debemus considerare quoniam in per circulum ostensione una propositio assumitur sana ex necessitate, una autem convertitur ; nam, si ambas convertamus et non unam sanam sumamus, non facimus syllogismum per circulum ; nam et alias propositiones et aliam conclusionem faciemus ; si vero nullam convertamus, eadem conclusio erit.

57b29 [circulo] Non circulo facies ostensionem, alias enim facies propositionem et aliam conclusionem.

57b30 [horum] Nulla dictarum propositionum manet medio mutato.

57b32 [his] Scilicet terminis.

57b32 [indemonstrata] Scilicet falsa.

57b34 [demonstrare] Scilicet propositionem conversam in paribus.

57b34 [terminos] Id est inconversibiles.

58a8 [erant] Scilicet per syllogismos praedictos.

58a9 [probatae] Hoc de terminis paribus verum.

58a10 [sumatur] Dicit quomodo ostenditur AC.

58a22 [se] Dicit quoniam in privativis ostenditur maior per circulum, minor autem non ostenditur nisi per syllogismum per additionem.

58a27 [convertendum] Si opus sit — inquit — ostendere minorem propositionem, non potest per conversionem ostendi maioris, eo quod et conclusio negativa et maior. Ex duabus autem negativis non fit syllogismus, sed oportet per additionem sic : 'cui A nulli inest, huic B omni ; C autem A nulli inest ; huic ergo B inest omni'. Ergo, ut minorem ostenderet primae figurae additionem sumpsit.

58b8 [similiter] In quarto modo neque universalis neque particularis est per circulum ostendere nisi particularem per additionem hoc modo : 'cui A alicui non inest, huic B alicui inest ; C autem alicui inest A ; C ergo alicui inest B'.

58b14 [privativam] Et hic possibile ostendere circulo vel secundum additionem propositiones ; et nota quia secundum modum ponit hic primum, et primum secundum, et quartum tertium, et tertium quartum.

Ps.-Phil. 1-4 : 414.22-25 4-6 : 415.4-5 7-8 : 415.3-4 17-18 : 416.23-25 19-24 : 417.22-28 25-26 : (418.25-27) 26-28 : 418.30-32 29-32 : 419.4-7

[affirmativis] Possibile est, cum et maiorem, etsi non circulo, sed secundum additionem, ostendere sic : 'cui C nulli, huic A omni B ; A autem nulli C ; ergo A omni C'. 58b17

[conclusio] Hic primus syllogismus. 58b19

[sumatur] Id est si convertatur maior. 58b20

[nulli] Haec fuit conclusio. 58b21

[Si] Nunc sumit maiorem privativam, minorem autem affirmativam ; ergo maiorem possibile ostendere, non autem minorem, sic : 'B nulli C, C omni A, ergo B nulli A et A nulli B'. Propter hoc secundus positus est hic modus, quia duas habet conversiones, unam quae dicit 'C omni A' (erat enim A omni C) ; et alteram conclusionis. Minorem autem propositionem possibile ostendere per additionem sic : ⟨cui B nulli inest⟩, huic A omni ; B autem nulli C ; ergo A omni C'. 58b22

[omni¹] Scilicet insit A. 58b31

[Si] Rursum maior non ostenditur, minor autem secundum additionem sic : 'cui B non omni inest, huic A alicui ; B autem non omni C inest ; ergo A alicui C inest'. 58b33

Ostenso in secunda figura quae propositiones ostenduntur circulo et quae non circulo sed per additionem, dicit quoniam quae in tertia figura sunt universales utraeque, non ostenduntur circulo, eo quod particularis est conclusio in tertia figura. Universalis autem per universalia monstratur. Cum autem altera est universalis, altera particularis, si ambae quidem affirmativae, ostenditur cum maior est particularis et minor universalis ; cum autem e converso, non. Si autem altera affirmativa, altera negativa, cum maior quidem est privativa et particularis, minor autem universalis affirmativa, ostenditur maior ; cum vero maior privativa universalis, minor autem particularis affirmativa, non ostendetur particularis nisi per additionem, sic : 'cui A non omni inest, huic C alicui inest ; A autem inest B non omni ; ergo C inest alicui B'. 58b39

[Manifestum] Brevem recapitulationem facit praedictorum. Quoniam in prima figura quae ostenduntur circulo propositiones, hae 59a32

Ps.-Phil. 1-3 : 419.16-19 7-14 : 419.22-420.3 16-18 : 420.15-18 23-26 : 420.31-421.2 26-28 : 421.25-26 28-30 : 422.5-6 30-31 : 422.9-11 31-**342**.3 : 422.14-16, 20-21

---

13 cui — inest *om. Nn*

quidem in prima figura statim ostenduntur, illae autem in tertia, et dicit quando in prima et quando in tertia. In secunda quoque et in tertia ad eundem modum.

59b1 Conversio syllogismorum est cum sumimus factam conclusionem, et mutamus eam vel in contrariam vel in oppositam contradictorie, et, alia manente, demonstramus reliquae propositionis collectum contrarium vel contradictorie oppositum. Et si contradictorie oppositam conclusioni sumamus in universalibus primae figurae, maioris propositionis oppositum colligimus per tertiam figuram ; si autem contrariam, contrarium minoris propositionis colligimus in secunda figura. Et nota quoniam maior propositio ostenditur per tertiam figuram, minor autem per secundam.

59b7 [utrolibet] Id est non fit idem syllogismus, cum conclusio transfertur in oppositam contradictorie, et cum in contrariam. Nam cum est opposita universalis, per secundam figuram fit syllogismus, cum autem particularis, in tertia. Similiter et in contrariis.

59b8 [conversa] Mutata.

59b38 [convertitur] Id est in contradictoriam mutatur.

59b39 [vero] Si conclusio — inquit — in contradictoriam mutetur, interimuntur propositiones quae erant ex principio. Si autem in contrariam, non iam interimuntur propositiones, sed manent eaedem. Et quare hoc sit, addit : non enim ut in universalibus interimitur maior propositio, sumpta contraria conclusionis et minore, eo quod utraeque sint particulares.

59b40 [interimere] Scilicet priorem propositionem.

59b41 [conclusione] Quod dicit hoc est : si vertatur particularis conclusio in contrariam quae et ipsa particularis, et assumatur minor propositio particularis, nulla fit conclusio. Unde non interimitur maior propositio ; nam in universalibus semper interimebatur per minorem maior et transsumptionem conclusionis.

60a15 [maiorem] Id est maiorem propositionem.

60a16 [propositionem] Non dicit quod interimatur maior propositio, sed quoniam in contrarium non interimitur, sed in contradictorie op-

---

Ps.-Phil. 4-7 : 423.5-9 19-24 : 426.1-9 32-**343**.5 : (427.1-7)

---

30 conclusionem Nn^1

positum. Quare autem non, ipse dicit quoniam in tertia figura ostenditur maior propositio, minor autem propositio ostenditur per primam figuram, sumpto contrario conclusionis vel contradictorio. Maior autem tantum cum contradictorium sumitur conclusionis, interimitur per tertiam figuram.

[contrarie] Id est contrarium conclusionis sumentibus. 60a16

[in parte] Id est particularis. 60a32

[neutra] Quia conclusio particularis est, si contrarium conclusionis sumitur, nulla propositionum interimitur ; nam vel insyllogizate fiunt complexiones, vel contrarium particularis colligitur, contrarium autem particulare non interimit contrarium. 60b7

Differt autem syllogismorum conversio ab ad impossibile deductione, quoniam in conversione oportet syllogismum primum fieri, deinde sic convertere. In ad impossibile autem deductione et sine syllogismo est ostendere inconveniens consequens ; et quoniam in conversione possibile et in contradictorie oppositum convertere, in ad impossibile autem deductione non nisi in contradictoriam, quoniam, si in contrarium sumatur, vel non ostendit syllogisticam complexionem, vel, si fiat, nihil inconveniens sequitur. Amplius, quoniam in syllogismi conversione ostenditur unius propositionis vel oppositum vel contrarium. In ad impossibile autem deductione in una tantum propositione contradictorie ostenditur inconveniens sequi. 61a19

[suscipiunt] E converso dicere oportebat quoniam quaecumque per impossibile ostenduntur, et conversione ostenduntur ; quae autem per conversionem, non omnia per impossibile. In pluribus enim est conversio quam per impossibile deductio. 61a32

[universalis] Universalem — inquit — affirmativam non est per impossibile monstrare in prima figura. Et in exemplis facit argumentationem sic : supponatur 'A nulli vel non omni B' ad ostendendum universalem affirmativam ; deinde addatur alia propositio vel maior vel minor ; si ergo maior addatur, non erit syllogistica coniugatio, eo quod minor in prima figura non est negativa ; si vero minor addatur propositio ut sit B omni D, si maior quidem est uni- 61a35

Ps.-Phil. 8-9 : 428.32-33 12-23 : 431.12-23 24-27 : 432.22-24 28-**344**.5 : 432.29-433.8

22 propositione tantum *transp.* Nn^1 (+ *marg.* ⟨contra⟩dictione)

versalis negativa, colligitur negativus syllogismus ; si autem particularis, nil colligitur, eo quod maior non est particularis in prima figura ; ergo si B assumatur omni DC, cum A insit nulli B, falsa quidem erit conclusio negativa, sed non opposita universali affirmationi secundum contradictionem.

61a37 [monstratur] Scilicet per impossibile.

61a37 [non omni] Haec opposita universali affirmationi.

61a38 [undecumque] Id est, sive prior, et erit maior ut 'C omni A', sive posterior, et erit minor ut 'B omni D'.

61a41 [omni] Id est, si sit particularis negativa.

61b1 [undecumque] Id est ex quacumque parte.

61b1 [assumatur] Scilicet negationi.

61b2 [si BD] Id est, si assumamus B omni C.

61b3 [falsi] Id est falsum colligens.

61b3 [propositum] Id est, non probatur vera universalis affirmativa falsa conclusione, quae secuta est ex eius contraria et addita minore propositione.

61b7 [nec quando] Id est, nec quando contradictoria opponitur universali affirmationi.

61b10 [et] Scilicet in prima figura per impossibile.

61b11 [A] Per A ostendit particularem affirmativam collectam, eo quod inconveniens sequitur suam contrariam, addita alia propositione.

61b12 [necesse] Si B omni C, A nulli C ; si autem B alicui C, A non omni C conclusio.

61b18 [oppositum] Scilicet alicui.

61b19 [Rursum] Per hoc ostendit quoniam nullum esse ostenditur in prima figura per imposita, supposito eo quod contradictorie opponitur et addita propositione.

61b19 [alicui] Vult per hanc hypothesim ostendere inconveniens quod sequitur ; deinde per illud inconveniens ostendit nulli inesse col-

Ps.-Phil. 21-22 : 433.28-29 29-**345**.3 : 434.17-21

9 et] ut *Nn* 21 A] *signum quoddam ad* A *in textu referens Nn*

lectum hoc modo : 'C omni A, A alicui B, C ergo alicui B'. Impossibile est autem falsum collectum eo quod sumpta est omni maior. Si ergo hoc falsum, verum est nulli.

[Similiter] Scilicet ostendetur inconveniens. 61b22

[AC] Similiter et si AC sumatur quoniam nulli est, ostendetur inconveniens, et colligitur quoniam alicui inest. 61b23

[non erit] Eo quod maior est propositio particularis. 61b24

[supponatur] Scilicet omni. 61b24

[Supponatur] Vult ostendere per haec quoniam, si contradictorie opposita sumatur, ostenditur inconveniens ; si autem contrarium non ostenditur aliquid inconveniens esse, ut si A omni B, conclusio quoniam C omni B inest. Si autem supponatur falsum, non omnino verum oppositum huic. 61b26

[Ad B] Si voluerimus ostendere particularem negativam per impossibile, convenit supponere contradictorie oppositum ; et sic sequitur inconveniens, et infertur non omni. 61b30

[amplius] Per hoc vult ostendere quoniam in quarto modo primae figurae, si supponatur contrarium, nihil sequitur inconveniens per ad impossibile deductionem. 62a4

[accidit] Scilicet contrarii. 62a5

[Manifestum] Manifestum — inquit — ex praedictis quoniam, cum ostendimus per ad impossibile deductionem conclusionem, contradictorie oppositum sumendum, et non contrarium ; et sic erit verum axioma illud quod dicit affirmationem vel negationem esse quae dividunt verum et falsum. 62a11

[ostenditur] Non principaliter universalis affirmativa in secunda vel tertia figura, sed interemptione oppositi per impossibile, ut sit in secunda figura propositum ostendere quoniam A omni B. Si enim hoc falsum, verum non omni ; huic autem adhibeatur alia pro vera 'A omni C' ; conclusio quoniam C non omni B, quod sit manifeste falsum. Falsum autem secutum est propter falsam propositionem, quae dixit A non omni B ; verum ergo omni B inesse A. 62a23

[inesse] Vera propositio. 62a24

Ps.-Phil. 5-6 : 434.21-23 7 : 434.24 9-13 : 434.26-435.2 14-16 : 435.6-8 17-19 : 435.20-22 21-25 : 436.3-7 26-32 : 436.14-22

62a33 [alicui] Ostendit quoniam universalis affirmativa ostenditur in secunda figura ; nunc ostendit quoniam et particularis affirmativa.

62a33 [inest] Scilicet si velimus ostendere.

62a39 [alicui] Scilicet si volumus ostendere quoniam A nulli.

62a41 [omni] Scilicet cum volumus ostendere.

62b5 [ultimam] Similiter — inquit — et in tertia figura est colligere omnes conclusiones per ad impossibile deductionem. Sit propositum ostendere quoniam A omni B ; si hoc falsum, verum non omni ; deinde assumatur alia propositio, id est 'C omni B' ; conclusio quoniam A non omni C. Sit autem hoc falsum ; ergo falsa est 'A non omni B' ; vera ergo 'omni B inest A'.

62b14 [nulli] Id est, si volumus ostendere universalem negationem.

62b16 [omni] Scilicet vera.

62b18 [Si] Id est, si ad ostendendum universalem negativam sumatur contraria.

62b19 [ad] Scilicet probandum.

62b19 [inesse] Id est, universalis affirmativa.

62b21 [autem] Id est, sit hoc falsum evidenter.

62b23 [autem] Id est, contrarium eius quae dicit 'non omni inesse'.

62b27 [affirmativa] Id est, non propinque collecta, sed aliorum interemptione.

62b30 [ponit] Scilicet ad impossibile ostensio.

62b33 [haec] Id est ostensiva.

62b33 [syllogismus] Scilicet verus.

62b34 [conclusionis] Scilicet verae.

62b35 [hinc] Duobus modis dicit esse differentias ostensivae argumentationis et eius quae est ad impossibile : secundum propositiones quas supra memoravit, et secundum conclusiones cuius hic meminit, quoniam in ostensivis non necesse est scire conclusionem ; in his vero quae sunt per impossibile, necesse est iam scire. Non differt autem sive negativum est sive affirmativum quod monstratur directe et quod per impossibile.

Ps.-Phil. 1-2 : 437.3-4 6-11 : (438.2-8) 12 : 438.18 18 : 438.20 29-32 : 440.13-16

[nulli] Dictum est quoniam universalis affirmativa non ostendi- 63a8
tur in prima figura per impossibile. Universalis autem negatio ostenditur hoc modo, quoniam A nulli B ; nam si hoc falsum, verum alicui ; ergo C omni A, ⟨A⟩ alicui B, C ergo alicui B. Hoc autem manifeste falsum. Falsa ergo 'A alicui B' ; vera ergo nulli B inesse A. Haec ergo ostendetur per secundam figuram directe sic : 'C nulli B, C omni A, C ergo nulli B'.

[quidem] Id est cum assumebatur falsae alicui B et addebatur C 63a9
omni A, fiebat impossibile in prima figura ; cum autem C A quidem omni, B autem nulli, fiebat syllogismus in secunda figura.

[sic] « Sic et cetera », scilicet cum ostendebatur per impossibile 63a11
universalis negativa in prima figura.

[fiebat] Scilicet verus in secunda figura. 63a11

[impossibile] Id est per impossibile syllogismus falsus in prima fi- 63a11
gura.

[alicui] Nunc ostendit quoniam, si particularis affirmativa collecta est in prima figura per impossibile, ostenditur in tertia ostensive, et oportet conspicere quoniam, si in secunda ostendit, assumit maiorem propositionem ; si autem in tertia, assumit minorem. 63a18

[B^1] Scilicet per impossibile in prima figura. 63a19

[ostensum] Scilicet per impossibile. 63a25

Syllogismus ex oppositis propositionibus collectus idem ostendit 63a41
et esse et non esse. Inutile ergo est ad demonstrativam hoc negotium. Omnino enim una propositio falsa est, sed utile nobis contra sophisticas importunitates, ne paralogizemur quoniam idem esse et non esse. Subtilius autem in Topicis hoc negotium ostendit.

[enim] Ostenso quoniam in prima figura non fit ex oppositis syl- 63b41
logismus, nunc ostendit quoniam in secunda colligitur hoc modo : sit medius terminus 'studiosum', extremitates autem 'disciplina' et 'disciplina ut medicina' ; ergo 'omnis disciplina studiosa', 'nulla disciplina, ut medicina, studiosa' ; quare colligitur quoniam medicina disciplina non est disciplina. Rursum sumatur medius terminus ad medicinam disciplinam maiorem sic : 'nullum studiosum medicina

Ps.-Phil. 1-7 : 441.2-8 16-19 : 441.24-27 27-**348**.7 : 446.12-447.1

4 A^2 *om. Nn* 23 demonstrativam + est *Nn*

disciplina est, omne studiosum disciplina est, quare medicina non est disciplina'. Idem ergo colligunt et esse et non esse, hoc autem accidit eo quod maior propositio sit falsa quae dicit 'nullum studiosum est medicina disciplina'. Possibile autem per huiusmodi propositiones et divina ostendere non divina, et voluptatem non esse voluptatem. Sed hic celatio terminorum non est facta ; verum in Topicis ostenditur via celationum, per quas hoc dabitur.

64a1 [disciplinam] Haec universalis.

64a4 [similiter] Id est, si maior propositio sit affirmativa, minor autem negativa, ut tantum transponantur propositiones. Rursum ostenditur idem, quoniam quaedam disciplina non est disciplina, ut medicina.

64a7 [si A] Id est, si maior sit negativa, minor autem affirmativa, idem esse et non esse ostenditur, ut 'opinio nulli disciplinae, opinio omni medicinae disciplinae, ergo nulli medicinae disciplinae inest disciplina'.

64a10 [differt] Differt — inquit — secundus modus ex oppositis propositionibus a priore, quoniam primus quidem habet minorem negativam et maiorem affirmativam ; secundus autem e converso.

64a13 [altera] Hoc est, quemadmodum ex contrariis propositionibus est concludere idem et esse et non esse, sic et ex oppositis contradictorie est idem et esse et non esse ostendere.

64a34 [sumere] Oportet — inquit — scire quoniam possibile sic sumere opposita sine celatione, ut non lateat adversarios. Contingit enim et per alias interrogationes sic sumere opposita ut non lateant, quemadmodum in Topicis dictum est.

64a38 [affirmationum] Scilicet universalis et particularis.

64a38 [tres] Duae universalis affirmationis et una particularis.

64a39 [sumere] Ostenso quomodo nunc fiunt ex oppositis syllogismi, nunc dicit quot modi sunt coniugationum ex oppositis, et quae coniugationes maxime sumuntur in utraque figura, et quae insyllogizatae consistunt.

Ps.-Phil. 9-10 : 447.4-6 13-16 : 447.10-13 17-19 : 447.16-18 23-26 : 449.5-8 29-32 : 449.11-13

---

4 disciplina medicina *transp.* Nn^1 18 minorem *om.* Nn^1 28 universales Nn^1

[contrarius] Quia ex oppositis syllogismi quod est non esse syllogi- 64b9
zant, propter hoc verum syllogismum non faciunt.

[si²] Scilicet est. 64b10

[non animal] Scilicet esse. 64b11

[paralogismis] In paralogismis ex contradictionibus (hi enim sunt 64b13
paralogismi) colligitur contrarium hypothesi ; ut si habundans est non esse habundans. Oportet ergo considerare ut est ex contrariis oppositis conclusionem colligere, quoniam contraria eidem insunt. Sed quodam modo colligitur quando sumpta est huiusmodi propositio minor, ut contrarium totum pateat, ut animal et album et nigrum. Et colliget in prima figura hoc.

[Oportet] Viam ostendit in hoc Aristoteles utilem quomodo est su- 64b17
mere oppositum conclusionis in eadem propositione ; et dicit quoniam in uno quidem syllogismo non est huiusmodi conclusionem colligere nisi in maiore propositione opposita sumantur, ut 'omne animal album et non album' ; per compositum autem syllogismum competentius hoc fieri, quemadmodum sophistae faciunt. Quomodo autem per compositum hoc fit, prosequitur exemplo. Est autem compositus syllogismus talis : 'omnis disciplina opinio, omnis medicina disciplina, nulla medicina opinio, omnis ergo medicina disciplina et non disciplina'.

[petere²] In principio autem petere est, quod quaesitum est velut 64b28
concessum sumere ; fit autem hoc, cum sumuntur duo termini convertibiles, ut 'risibile' et 'homo', vel cum unus inest alteri, ut 'voluptas gaudio' ; nam omne gaudium voluptas, sed non convertitur ; nam sic quod debet concludi, in propositione sumitur.

[quidem] Id est species illius generis est quod dicitur non demon- 64b28
strare propositum.

[demonstrare] Volens ostendere quid est in principio petere, osten- 64b29
dit genus ipsius primum dividens hoc in suas species. Fecit autem hoc ut ostendat vitium et inutilitatem huiusmodi argumentationis.

[hoc] Id est non demonstrare propositum, scilicet ut genus exis- 64b29
tens.

[petere] Id est, petere quod ex principio est non est vel omnino 64b33

Ps.-Phil. 1-2 : 450.2-3 5-11 : 450.6-12 22-25 : 451.15-18

---

11 colligent (?) Nn^1

non syllogizare, vel per ignotiora aut similiter ignota, vel per posteriora quod prius est syllogizare, sed coaequaeva species illorum est, genus autem omnium non demonstrare propositum.

65a3 [monstrare] Qui per medium aliquod quod in principio est petit, accidit eum facere per ostensionem. Ut si A ostendat per B, et B per C, sit autem ostendere per A, quare idem eiusdem ostensivum sit : 'si est B est A, si est C est B, si est A est C, quare si est A est A'.

65a4 Volunt hi parallilas recta linea a meridiano circulo describi possibile, et sumunt signum concidens circa planum illius ; et sic assumunt rectos. Et quod petitum est, sumptum est ; nam qui non concedit parallilas fieri, neque signum concedet illud. Quare accidet singulum esse dicere quod est singulum, ut 'quare est A ?', 'eo quod est A', et 'quare est aequalis recta ?', 'quoniam est aequalis'. Sunt autem parallilae rectae lineae aequaliter distantes undique ; hae autem, quantumcumque ducantur, numquam concidunt ; nam, si concidunt, non parallilae.

65a11 [petat] Id est, si quis dubiam conclusionem velit probare sumpta maiore propositione similiter dubia, numquam petit quod ex principio, sed tunc hoc erit cum minor huic assumatur habens terminos conversibiles.

65a14 [Si autem] Id est, si minor propositio sumatur habens terminos convertibiles.

65a15 [palam] Exponit quod dicit esse idem, scilicet duos terminos converti ad se, ut definitionem et definitum, vel inesse alterum alteri, ut speciei proprium. Nam inesse alterum alteri non est accipiendum ut speciem generi, eo quod in talibus non est quod ex principio.

65a16 [per illa] Id est, per eosdem terminos.

65a17 [prohibet] Id est non converti.

65a18 [modus] Scilicet syllogismi, id est conclusio, quae dicit 'A omni C'. Quandoque autem non convertitur ; ut, si sumamus quoniam gaudium voluptas, non omnino autem ⟨et voluptas gau⟩dium, nisi determine⟨mus quoniam voluptas⟩ cognata gaudio est. Quare nunc

Ps.-Phil. 4-7 : 453.36-454.4 8-13 : 454.5-11 23-27 : (454.20-22) 30-**351**.5 : 455.3-9

4 qui] *an scribendum* quando ? 7 A est B *transp. Nn*¹ 20 *an scribendum* convertibiles ? 32-33 *verba uncis inclusa legi non possunt* 33 est *om. Nn*¹

hoc prohibet quod non determinatum est. Si autem determinetur, nihil prohibet ; fit enim per tria, ut ipse dicit, et sic ostenditur AC per AB et AB per AC. Quare AC per se ostensum est. Vel modum dicit superius positum, et cum maior est dubia, minor autem convertibilis.

[Si autem] « Si autem » : nunc autem et cetera : id est, cum maior sumpta est dubia, minor autem convertibilis. 65a18

[Si autem] Id est, si convertantur. 65a18

[quod] Id est, similiter probabit disputator A inesse B per eosdem terminos. 65a18

[sumat] Ostendit primum idem de eisdem ; nunc dicit eadem de eodem, et ait quoniam, si sumatur BC similiter dubia sicut et conclusio, nondum manifestum si quod ex principio est petit. Si vero sumat sic, ut AB idem sint, accidit ex principio petitionem circa minorem propositionem fieri. 65a20

[inesse] Id est, si minorem sumat dubiam. 65a20

[nondum] Scilicet inesse C. 65a20

[Si autem] Id est, si maior propositio terminos habeat convertibiles. 65a21

[eadem] Scilicet insunt. 65a29

[sumit] Scilicet quod in principio. 65a29

[media] Scilicet quemadmodum et in prima. 65a30

[tertia] Ostenso quomodo petitur quod in principio in prima figura et secundum eam habitudinem quae est eiusdem ad eadem et secundum eam quae est eorumdem ad idem, nunc dicit quoniam et in secunda et in tertia figura similiter contingit quod ex principio erat potentes syllogizare. Verum facit differentiam negativorum modorum primae et tertiae figurae ; non omnino ostenduntur secundum eam habitudinem qua eadem ab eodem separantur. 65a30

[negative] Postquam dixit de affirmativis quae sunt in tertia figura quomodo colligunt, quoniam velut in prima, nunc dicit de ne- 65a32

Ps.-Phil. 11-15 : 455.12-16 30-**352**.4 : 456.1-8

---

13 nondum] unde (?) *Nn* 15 maiorem *Nn* 29 quam *Nn* 30 de + affirmativum Nn^1

gativis quae in tertia sunt figura, quoniam quando eadem ab eodem sumuntur, non similiter fiunt sicut qui in prima, eo quod termini non similiter convertuntur in tertia. Nam particularis negativa non convertitur. Ostendimus enim pertranseuntes omnes figuras, quoniam in tertia figura et prima non colligitur particularis negativa, cum id quod ex principio petitur non sit in tertia figura, universalis negativa ad maiorem, universalis affirmativa ad minorem.

65a38 [saepe] Id est disputantes saepe dicimus non propter id quod positum est accidere falsum ; nam si non respondeamus, non dicimus quoniam non propter hoc, sed aliquam propositionum interimimus.

65a40 [syllogismis] Per impossibile syllogismo utitur quis quando, concludente eo aliquid, abnuimus conclusionem. Volens ergo eam probare, sumit contradictoriam ipsius conclusionis, et alteram propositionum quae erant in priore syllogismo, et concludit oppositam reliquae. Ait ergo quoniam secundum hanc speciem per impossibile syllogismi principaliter est dicere non propter hoc accidere falsum, secundum quod scilicet contradictorie est oppositum falso id quod ostenditur, hoc est secundum quam speciem colligitur oppositum. Secundum hanc igitur speciem per impossibile syllogismi est dicere non propter hoc, quando sic se habet ad impossibile prima hypothesis ; ut et cum est et cum non est, nihil minus accidit impossibile. Est autem et altera species eiusdem quam in sequentibus.

65a40 [quando] Id est quando contradictorie opponitur falso.

65b1 [huius] Id est falsi.

65b1 [monstratum] Id est tunc dicimus id quod ostensum est per impossibile non accidere per ea quae posita sunt, cum id contrarium est alicui eorum quae a nobis sunt posita.

65b1 [non contradicit] Id est qui non disputat dialectice.

65b3 [neque] Id est, neque cum non contradicit, neque contradicens in ostensione quae directe fit dicit quis non propter hoc accidere. Cur autem non, ponit duas causas ; unam, quoniam non colligit

---

Ps.-Phil. 4-8 : 456.12-15

---

1 quando *bis scr. Nn*

contradictionem directa ostensio ; alteram, quoniam interempta aliqua propositionum interimitur et conclusio, quod non fit in his quae per impossibile ostendunt, quod non propter primam hypothesim accidit.

[ostensiva] Scilicet argumentatione. 65b3

[ponit] Scilicet ostensiva argumentatio. 65b3

[positione] Id est aliqua propositione, scilicet in ostensivo syllogismo. 65b8

[ad hanc] Id est per hanc. 65b9

[est] Haec est altera causa. 65b9

[his] Scilicet disputationibus. 65b9

[impossibile] Scilicet ducunt. 65b10

Per impossibile syllogismus : vel cum incopulata est hypothesis impossibili ; vel cum copulata. 65b13

[conetur] Id est, si quis volens probare quoniam diameter est incommensurabilis costae, conetur id probare eisdem argumentis quibus Zeno probavit et non esse motum, nullo modo copulat propositum ad impossibile, quo usus est Zeno ; nam Zeno per impossibile id probavit. 65b18

[et] Id est, ad propositam hypothesim, ut concludat 'ergo incommensurabilis est diameter'. 65b19

[continuum] Alterum modum ad impossibile syllogismorum exponit hic. Differt autem hic a priore, quoniam in priori quidem incopulata erat hypothesis ad impossibile, in hoc autem copulata. Fit autem hic modus dupliciter, vel cum praedicato additur syllogismus quo colligitur falsum, vel cum subiecto. 65b21

[A] Id est prima hypothesi. 65b26

[B] Id est, syllogismus continuus qui additus est hypothesi. 65b27

[priorem] Id est propter AB. 65b28

[oportet] Scilicet eos qui recte volunt uti eo propter quod accidit falsum. 65b32

---

15 incommensurabilis + est *Nn* 20 ergo *om.* Nn^1 21 est + costae Nn^1

65b32 [ad eos] Id est ad praedicatum et subiectum hypotheseos, ob quam vult impossibile colligere.

65b33 [impossibile] Id est falsum.

65b35 [praedicatum] Scilicet oportet copulare impossibile per medium B ut sit syllogismus sic : 'A omni B, B omni D, A ergo omni D'.

65b37 [superius] Id est, si quis in superius sumat continuum, oportet ad subiectum copulare impossibile per medium A ut sit F omni A, A omni B, F ergo omni B.

65b37 [superius] Scilicet sumentem.

65b37 [praedicatur] Scilicet oportet illi addere impossibile.

66a2 [nec] Ostenso quoniam oportet copulare impossibile ad ex principio terminos volentem aliquid ostendere per impossibile, sicut dictum est, eo quod, si non copulentur, non accidit falsum propter hoc, ne quis obstaret dicens 'ergo, cum copulatur, ex necessitate accidit propter hoc falsum', ait quoniam nec sic, id est nec cum copulatur impossibile ad ex principio terminos, fit semper propter hypothesim falsum. Non enim sic est conversio ut quia, si est A est B, si sit B sequatur A esse. Magis enim e converso fit consequentia, id est, si est B, necesse est A esse. Nam huiusmodi est ex transpositione conversio.

66a4 [K] In superioribus in hoc fuit fallacia huiusmodi argumentationis, quia ad B colligebatur impossibile cum inferius sumebatur ostensio, et quia ad A cum superius. Nunc autem ad A colligit impossibile cum inferius sumitur ostensio, quod dixit fieri oportere, sed quia per plures terminos id fit, non propter hoc accidit falsum.

66a5 [impossibile] Id est, et in hac positione manet impossibile, interempta hypothesi, id est K.

66a9 [alio] Ostenso qua via incedendum ad inventionem propositionis propter quam non accidit falsum, scilicet et si cum est et cum non est, nihil minus accidit impossibile, aufert viam quandam, qua idem invenire conati sunt plures. Quae enim — inquit — certum experimentum est inveniendi propositionem propter quam non accidit falsum, hac ablata per ea addere aliam, et, si propter positam accidat, impossibile dicere quoniam non propter primam. Cur au-

5 D^1] A *Nn*

tem non dicit causam, quoniam impossibile eiusdem est plures esse causas fallaciae ; non enim si propter additam propositionem accidit falsum, necesse est propter ablatam non accidere.

[oratio] Dicto quomodo inveniendum propter quod non accidit falsum, nunc addit quomodo inveniendum propter quod accidit. Nam vel in duabus propositionibus inveniendum est falsum cum ex duabus tantum est syllogismus, vel in superioribus cum ex pluribus. Et hoc dupliciter, et in his quae probant maiorem propositionem principalis syllogismi, vel in his quae probant minorem. 66a16

[ut] C sumit principali quaestione A et B propositiones per quas probatur quaestio, B E propositiones per quas probatur A, F G per quas probatur B. 66a20

[illorum] Id est propter superiora erit falsa principalis conclusio. 66a23

[autem] Ostenso quomodo inveniendum propositiones propter quas accidit vel non accidit falsum, ostendit quomodo cavendum propter quas accidit verum ; deinde quomodo eas celebrare cautius possimus. 66a25

[Quomodo] Id est, quia scimus universalem affirmativam non colligi nisi in prima figura, et per universales affirmativas non est nobis curandum quoquo modo negativas vel particulares concedamus, vel medium bis dici de extremis aut eis subiacere non formidandum concedere propositionem universalem affirmativam colligere ; et de aliis propositionibus in hunc modum cavere oportet. 66a29

[quid] Id est, quae propositio concluditur in unaquaque figura. 66a30

[Hoc] Hoc est, non oportet nos latere si in prima vel secunda vel tertia figura vult syllogizare eo quod subhabemus orationem ; qui autem subhabet orationem, is est qui potestate colligat conclusionem ; nam illius propositioni sequitur conclusio. 66a31

[quod] Id est, ne bis detur idem in propositionibus. 66a33

[conantes] Id est argumentantes praecipimus. 66a34

[latere] Id est ut lateant. 66a34

[autem] « Hoc autem » : id est tunc latebit medium bis dictum, si 66a34

Ps.-Phil. 25-28 : 460.18-22

---

13 erit *bis scr. Nn* principalis + quaestio Nn^1

non prius dicamus conclusionem ubi per plura idem ostenditur, sed propositiones principales prius probemus.

66a35 [conclusiones] Id est principales propositiones quae fiunt conclusiones principaliter syllogismorum.

66a36 [manifestae] Scilicet conclusiones.

66b1 [a medio] Id est, minorem propositionem prius interrogare.

66b7 Duo consideranda in elencho, syllogismus et contradictio. Ait ergo : quia scimus quomodo fit syllogismus, secundum id scimus quomodo et elenchus fit ; nam syllogismum — inquit — contingit fieri elenchum ; quomodo autem, subiungit, si id quod positum est contrarium conclusioni.

66b12 [concedatur] Id est affirmative.

66b18 Intentio est ostendere quomodo contingit idem eidem omni et nulli putare inesse ita ut sequatur quid inconveniens, et quomodo contingit idem putare sic ut nil sequatur inconveniens. Ut autem sequatur inconveniens, ait hoc fieri dupliciter : vel cum per media non subalterna colligimus duobus syllogismis idem inesse eidem omni et nulli, vel cum per media subalterna hoc idem agimus. Nam coniugata subalterna dicit hic ; et primum illius modi ponit exemplum qui per media non coniugata ; ostendit duobus syllogismis idem inesse eidem omni et nulli ; ut, si A omni B et nulli C, haec autem idem B et C omni D, A ergo omni et nulli D per duos syllogismos. Si autem convertatur minor prioris syllogismi, ut D alicui B, est autem A omni D in conclusione secundi syllogismi, colligitur contradictio maioris prioris syllogismi, id est 'A non omni B'. Si vero minor secundi syllogismi convertatur et fiat assumptio conclusionis prioris syllogismi, rursum cum concluditur contradictio maioris propositionis secundi syllogismi quod est impossibile, ut, si sit A 'corpus immutabile secundum accidentia', B autem 'quintum corpus quod circulo movetur', C vero 'corpus calefaciens', D autem 'sol'.

66b20 [principaliter] Id est sine medio.

66b26 [circa ea] Id est circa ea media quae sunt subalterna.

66b29 [rursum] B et C idem terminus est secundum subiectum, sed dif-

---

2 principalis + ide [*sic*] Nn^1 27 concluditur *om.* Nn^1

ferunt quoniam B simpliciter est subiectum, ut 'triangulus', C autem subiectum cum accidente, ut 'absconsus triangulus' ; quare contingit A, id est 'tres angulos duobus rectis aequales habere' alteri putare inesse et alteri non ; ex quo concluditur 'D omni et nulli' ; D, scilicet particulari triangulo.

[velut] In hoc exponit modum sciendi, scilicet quo scimus particulare universali. 66b32

[quodam modo] Id est in universali. 66b33

[coniugatione] Ostensis modis quibus fallimur secundum opinionem, nunc addit quem modorum sequitur inconveniens, eum scilicet qui non ex subalternis mediis colligit fallaciam ; sequitur enim in hoc inconveniens eo quod fallacia est in maiori propositione alterius syllogismi. 66b35

[opinari] Scilicet disciplinaliter veras esse ; sed omnino accidit alteram propositionem disciplinaliter per se non scire. 66b37

[nulli] Id est in hoc modo argumentationis non contingit utrasque maiores propositiones utriusque syllogismi veras esse ; nam secundum utrumque modorum duos significat syllogismos. Cur autem non, dicit causam, scilicet quoniam inconveniens sequitur sic sumptis, si convertantur minores propositiones, et fiant assumptiones conclusionum. Colligunt enim contradictiones ambarum propositionum, vel simpliciter vel in aliquo ; simpliciter quidem cum universalis est negativa conclusio ; in aliquo autem cum universalis affirmativa. 66b37

[propositionem] Id est AB. 66b39

[opinatur] Id est, si opinatur A, ut esse dicitur cui B inconveniens, eo quod contrariam habent opinionem de eodem. 66b40

[alicui] Id est, putare A omni cui B inesse, et rursum non omni cui B, inconveniens est eo quod contrariam habent opinionem. 67a3

[contingit] « Sic », id est cum fallacia sit per medios non subalternos falsa maiore propositione secundi syllogismi, non contingit utrasque maiores propositiones opinari veras ut non sequatur inconveniens circa primam propositionem. In unoquoque autem syllogismorum opinari unam propositionum veram aut in altero unam, in altero duas, nihil prohibet. 67a5

Ps.-Phil. 14-15 : 463.10

67a6 [unam] Id est opinari veram.

67a6 [utrasque] Ostenso quem modorum sequitur inconveniens, addit quem non sequitur, scilicet cum subalterna sunt media et secundum aliud praedicatur maior extremitas de medio omni et nullo. Nam secundum alteram utrasque hoc vult, id est contingit de medio termino, ut de CA dici omni et nullo, cum secundum accidens sumitur ; et fallacia fit propter minorem propositionem ; nam A de C simpliciter verum est, ut scire geometrem tres angulos aequos habere duobus rectis omnem triangulum secundum accidens verum ; nescit enim absconsum triangulum habere tres angulos duobus rectis aequales. Circa huiusmodi autem argumentationes non colligitur inconveniens, eo quod secundum diversa idem fatetur de eodem esse et non esse.

67a6 [utrasque] Id est, esse et non esse secundum diversa.

67a9 [fallimur] Id est, cum universalis conclusio sit particularis, ut, si A omni B, B omni C, ergo A omni C ; quod si C accipiatur pro particulari et triangulo absconso, erit ignorare A omni C inesse.

67a9 [particulares] Scilicet propositiones.

67a20 [non] Id est, scire et ignorare quod accidit circa particularia, dicit non esse contraria eo quod non secundum idem hoc accidit, sed scire in universalibus, ignorare in singularibus.

67a21 [in] Scilicet si habebit scire et ignorare ; nam quae dicimus per syllogismum, scimus in universalibus, ignoramus in particularibus.

67a24 [Nam] Scilicet prius in universalibus.

67a25 [scimus] Per hoc solvit quae in Menone est dubitationem.

67a27 [universali] Id est secundum scientiam universalis.

67a27 [propria] Scilicet particularium disciplina.

67a30 [in] Id est, in quibus superius dixit nihil prohibere A esse omni B et B omni C, et rursum A nulli C. Nam et in his scitur A inesse C per B, ignoratur autem eo quod non putatur C esse ; cur autem non sit hoc inconveniens dicit causam. Non enim — inquit — contraria est fallacia quae est secundum medium scientiae quae est per syllogismum ; ut, si scimus per syllogismum quoniam A inest C per

---

9 accidens + non Nn^1 16 si] sic Nn^1 22 si] se Nn^1

B, non est contrarium si ignoremus A inesse B ignorantes omnino C esse. Nam 'per medium' dicit per ignorantiam minoris propositionis.

[secundum[1]] Scientiae quae est per syllogismum, contraria est fal- 67a31
lacia quae fit per alterum syllogismum ; et altero medio assumpto colligit contrarium ; sed fallacia quae fit in his non colligit contraria.

[mediorum] Fallaciam secundum alterum mediorum quae est se- 67a32
cundum quod non copulamus scientiam quae est conclusionis. Nam, cum putamus hanc in utero habere, scientes et quoniam mula est † concipit, fallimur ideo quia non aptavimus scientiam, quam habemus per maiorem, minori propositioni. Hanc fallaciam dicit fieri secundum alterum terminorum, id est secundum maiorem propositionem. Est autem scientia maioris propositionis potestate, minoris vero actu.

[haec mula] Differt hoc a superiori, quoniam in superiori ignoran- 67a35
tia et celatio trianguli faciebat idem scire et ignorare ; in hoc autem manifestum est singulare, si fallacia fit, eo quod non coaptat scientiam universalis ad singulare, id est non agit ab universali in particulare, vel non conspicit particularem esse sub universali cuius habet scientiam.

[conspicit] Id est, qui non coaptat scientiam syllogismi ad conclu- 67a37
sionis scientiam.

[hoc] Id est universale. 67a37

[illud] Id est singulare. 67a38

[falletur] Fallacia in hoc fit eo quod non praescit minorem termi- 67a38
num quoniam est, ut in demonstrativa docet.

[et[2]] Tribus modis dicit nos intendere ad scientiam sensibilium : 67b2
sensu et universali, et sua propria scientia, et ab universalibus in singularia agendo ; nam sine his fallimur.

[non] Hoc refertur ad id quod superius dictum est, quoniam nil 67b3
prohibet scientem quoniam omnis mula sterilis, et quoniam haec mula, putare eam in utero. Sed non — inquit — in eo quod agit, hoc agit, hoc est non secundum hoc quod coaptat hanc propositio-

---

11 mula est] ulla est Nn^1 : *an scribendum* mula nulla ?

nem sub universalem, possibile est putare quoniam concepit haec. — Habent quidam libri « et in eo quod agit », ut sit sensus : oportet sensibilia sensibus cognoscere, universali, et propria scientia, et in eo quod coaptamus ea sub universalia.

67b3 [scire] Quod scimus — inquit — vel per universalem propositionem scimus ; cuius exemplum fuit 'triangulus absconsus', et propriam cuiusque scientiam, cuius exemplum fuit 'mula in utero habens' ; qui modus valde extraneus est scientiae, licet in usu sit plurium. Nam quod in aliquo vident accidisse, conantur id transferre ad simile. Tertius vero modus sciendi in utriusque superiorum actu versatur, cum id quod particulariter scimus universali aptamus.

67b7 [accidit] Id est scire et ignorare idem non contrarie accidit etiam eum qui scit quoniam omnis mula sterilis et haec mula, si non pertractavit hoc prius, id est si non adaptavit conclusionem sub universalem propositionem.

67b11 [syllogismus] Id est fallacia contraria syllogismo oportet esse ; haec autem non syllogismus, nec contraria ; ergo.

67b12 [Qui] Intentio fuit in hoc Aristotelis monstrare quomodo contingit secundum opinionis fallaciam idem esse et non esse, oppositione sequente et non. Ostenso ergo id contingere contradictione maioris propositionis sequente, assumptis mediis et non subalternis ; similiter autem nulla contradictione sequente. Cuiusmodi tria exempla posuit, ne quis putaret, quoniam in diversis et non in eodem hoc contingeret, sic falli circa opinionem ut contrarietas sequatur. Contingit etiam sic ut non sequatur contrarietas. Nam bonum, in eo quod bonum putet malum, contraria opinatur, et inconveniens sequitur. Si vero secundum ea quae ei accidunt nil sequatur inconveniens, quoniam autem sequitur contradictio, si quis putet malo bonum idem, per duos syllogismos temptandum. Nam si bonum omni et nulli malo, malum autem omni bono, fient duo syllogismi contrarias conclusiones colligentes, quibus conversis sequitur contradictio maiorum propositionum. Horum autem duorum syllogismorum affirmativam, quam ponit Aristoteles, negativam vero, ut totum, praeteriit. Secundum accidentia autem possibile — inquit — multipliciter putare bonum esse malum nulla contradictione sequente, eo quod fallacia circa minores sit propositiones. Hoc autem

---

1 putare + p Nn^1 11 universale Nn 26 bonum + contraria Nn^1

quomodo possibile perspiciendum — inquit — melius circa ethicam disciplinam, hoc est quod melius contingit.

[Qui] Id est, qui putat bonum in eo quod bonum est malum esse, 67b12
et malum in eo quod malum bonum.

[opinabitur] Id est, faciet boni maiorem propositionem falsam per 67b13
quam accidet impossibile.

[opinabitur] Id est, dicet 'omne C est B'. 67b16

[converti] Id est, necesse est medium concludi de maiore extre- 67b28
mitate per minorem, et minorem de medio per maiorem in prima
figura.

[A^2] Scilicet ad. 67b34

[A^1] Scilicet ad. 67b35

[si B] Id est, si convertatur minor, convertatur et A et B et A et 67b37
C concluse ; nam et 'B omni C' et 'B nulli A', 'ergo C nulli A', sic conclusio. Si vero 'C omni B' et 'C nulli A', 'ergo B nulli A' ; sic maior propositio. Est autem conversio minoris secundum accidens causa conclusionis ; nam quia, si non convertitur minor, nec maior, et si maior non, nec conclusio. Conversa minor causa fit conclusionis conversae, ut sit tale quod dicitur : si convertatur minor, convertetur et maior. Sed quia indiget minor conversa conversione conclusionis ad ostendendum conversionem maioris, meminit conversionis conclusionis, quae fit manente minore et conversa maiore, ut sit causa conversionis conclusionis maior conversa, et causa conversionis maioris conclusio conversa cum minoris conversione. Et propter hoc addidit « et hoc solum a conclusione incipit » ; nam initium quidem habet conversionis maior a conclusione conversa, finem vero suscipit conversa minore per hypothesim. « Alia autem non similiter », scilicet habent initium a conclusione, id est minor quam non est convertere, eo quod negativae utraeque propositiones, reliquae ex quibus nihil concluditur.

[omnino] Haec est conversio BC. Est autem aliud dicere « de quo- 67b38
cumque omnino B et C » et « de quo B et C » ; nam primum quidem pares terminos et convertibiles figurae, secundum vero maiorem de minore.

---

29 negativae] non Nn^1

68a3 E contrario fit hic consequentia superiori ; consequentiam sequebatur oppositio, hic autem oppositionem consequentia.

68a16 [A] Et si hoc consequens conversioni terminorum et in terminis tale, sic : A 'animal ingenitum', B 'sensibile', C 'secundum voluntatem mobile', 'partes sensibilis' de quibus ; has enim significavit cum dixit idem de se praedicari habens unum sensum et habens plures sensus.

68a22 [toti] Nil aliud dicit in hoc Aristoteles nisi, cum tertia figura constat ex duabus universalibus affirmativis, convertitur autem sibi minor propositio, sequitur in his universalis conclusio. Quoniam autem hoc verum, palam conversa minore ; fit enim syllogismus in prima figura.

68a25 [Quando] Id est, quando fuerint duae oppositiones, ut A B et C D.

68a25 [magis] Et hoc refertur ad conversionem terminorum. Est autem huiusmodi : si sint duae oppositiones, utraque habentes bonum et malum, ut 'sanitas, aegritudo, divitiae et paupertas', et bonum alterius oppositionis et malum reliquae, complexa meliora reliquis bono et malo, ut sanitas cum paupertate, divitiae cum aegritudine, ergo bonum melioris complexionis melius est reliquo. Probat autem hoc a divisione ; nam simul melius est, vel similiter bonum, vel peius ; sed similiter bonum vel peius non est. Hoc demonstrat per impossibile ; nam si similiter est bonum et oppositum ipsius oppositio reliqui similiter malum ; nam omnis oppositionis similiter est bonum bonum, et malum malum. Quod si bonum per se similiter est bonum, et malum per se similiter malum, et complexiones similiter bonae et malae. Sed hoc est inconveniens ; positum est enim quoniam meliora sint bonum et malum alterius oppositionis reliqua complexione ; ergo non est similiter bonum. Eadem ostensio quoniam non peius est.

68a26 [et D] Scilicet se habuerint.

68a29 [C et D] Id est, C similiter eligendum et D fugiendum.

68a30 [fugiendum] Id est similiter.

68a30 [utrumque] Id est, in utraque oppositione per se similiter est alterum eligendum et alterum fugiendum.

68a31 [Quare] Id est, utraque complexio ad se comparatae.

---

14 et + si Nn^1 15 propositiones Nn^1

Vult per haec ostendere maius bonum cum minore malo magis 68a35
eligendum quam minus bonum cum maiore malo, quod est causa eorum quae superius proposuit. Sumit autem duas oppositiones huiusmodi : 'amari se ab amato, licet impediatur actu' A ; 'non amari se ab amato, licet cogatur vi' B ; 'non esse subditum amatum' C ; 'subditum esse' D ; si ergo amari ab amato cum non esse subditum amatum magis eligendum esse quam subditum esse amatum cum non amari se ab amato licet impediatur actu magis eligendum quam subditum esse amatum. Ostensio autem quoniam maius bonum cum minore malo eligendum, ab auctoritate omnis boni et caste amantis ; omnes enim finem sui amoris ponunt ut invicem amentur, etsi vi compellantur amori non subdi.

[Nunc] Id est, cum positum est secundum hypothesim AC magis 68a38
eligendum quam BD, non potest BD magis eligendum esse quam AC.

[Ergo] Haec principaliter quaestio. 68a38

[amans] Scilicet bonus et prudenter amans. 68a39

[habere] Scilicet amicam. 68a40

[concedere] Scilicet velit. 68a40

[concedere[1]] Scilicet possit. 68a41

[quam] Scilicet magis. 68a41

[concedere[2]] Scilicet posse. 68a41

[concedere] Scilicet velit. 68b1

[huiusmodi] Scilicet ut concedere velit amorem. 68b2

[diligi] Ostenso effectu concludit causam, et rursum causae cau- 68b3
sam.

[Si] Id est, si maior maximae est dilectionis mutuae. 68b4

[Ergo] Id est, mutua dilectio finis est amoris ; nam qui amat, nil 68b5
ultra quaerit.

[diligendi] Id est, si amat bonus coitum, propter dilectionem mu- 68b6
tuam amat.

Sic fieri non est putandum quod ideo concupiscamus ut concu- 68b7
piscamur, et ut artem amemus ut amemur ab arte, sed quoniam

32 concupiscamus] concupiscamur Nn^1

omnes concupiscentiae et artes habent quendam certum finem, quo possesso nil ultra quaerimus. Nam plurima quae agimus, causa finis notati agimus, sicuti coimus ut amemur.

68b9 [magis] Maius malum magis fugiendum.

68b9 [eligendi] Maius bonum magis eligendum.

68b24 [transcendat] Id est non in pluribus quam medium.

68b26 [quoniam] Id est extremitati quae conversa est ad medium inerit altera extremitas per primam figuram.

68b30 [huiusmodi] Id est qui fit ex inductione.

68b30 [immediatae] Immediata propositio dicitur dupliciter : vel ut communes intelligentiae quae ad demonstrationem sumuntur, vel cum praedicatum proximum est subiecto, ut 'rationale animal' 'homini'. Huiusmodi ergo, quia nil habet medium, per inductionem ostenditur.

68b33 [hic] Id est syllogismus.

68b38 Recte post inductionem ponit exemplum, similitudinem attendens. Utrumque enim ostendit propositionem per se notam ; utrumque etiam monstrat maiorem propositionem inesse medio, haec quidem per minorem, illud vero per simile minori. Constat autem in quattuor terminis huiusmodi ostensio : sit A quod oportet ostendere maior terminus, B cui oportet ostendere inesse, medium C de quo oportet maiorem ostendere per syllogismum, minor terminus D per quod oportet ostendere maiorem inesse medio simile minori. Volentes ergo ostendere A inesse C sumpto B, facimus syllogismum ; ad ostensionem autem AB utimur, ut palam est in exemplis Aristotelicis.

68b38 [extremum] Id est maiorem extremitatem.

68b39 [Oportet] Id est, oportet manifestius inesse medium minori extremitati et maiorem simili quod † maiorem medio, id est per quod ostendimus notius esse oportet per quod ostenditur †.

69a3 [Thebanis] Id est contra Athenienses.

Ps.-Phil. 4-5 : (472.30-31)

---

20 in + medio Nn^1

[Huius] Id est quoniam confines pugnare malum. 69a4

[ex similibus] Id est, ex his quae similia sunt ei quod prius quaesitum est. 69a4

[quoniam] Id est, inest manifestum. 69a9

[ad extremum] Id est maiorem extremitatem. 69a13

[ut[1]] Quod est inductio. 69a14

[ut[2]] Quod est syllogismus. 69a14

[quidem] Scilicet similia. 69a15

[alterum] Scilicet similium. 69a16

[non copulabat] Inductio, quia non copulat primum ultimo sed medio tantum, non dicitur contingere syllogismum simpliciter. Exemplum autem colligit primum et de medio et de ultimo ; neque enim sufficiens est per se facere fidem. Nam si quis temptat probare quoniam non convenit Atheniensibus pugnare eo quod Thebanis inutile fuit, non probat nisi hoc ad maiorem propositionem sumat quoniam contra vicinos non oportet. 69a18

Reductio dicitur eo quod reducat nos a conclusione in demonstrationem dubiae propositionis. 69a20

[quando] Id est quando maior propositio manifesta est. 69a20

[postremo] Id est minor propositio dubia est. 69a21

Reductio est quam, cum habemus, non sumus scientes ; propinquius autem sumus scientiae quam non habentes. Fit autem huiusmodi argumentatio secundum dubium minoris propositionis ; hoc autem dupliciter, vel cum simpliciter est dubia minor propositio similiter conclusioni, vel cum paucissimis mediis indiget ad probationem. Si autem dubia magis sit conclusione vel pluribus mediis indigeat ut nota fiat, non reductio, neque cum nullo indiget. 69a22

[credibile] Scilicet conclusioni. 69a22

[vel magis] Hoc dicens significat conclusionem dubiam esse. 69a22

[Amplius] Scilicet dicitur esse reductio. 69a22

[postremo] Id est si paucissimis mediis indiget minor propositio, est reductio primus syllogismus. 69a23

Ps.-Phil. 17-18 : 476.5-6

69a24 [accidit] Scilicet utentes huiusmodi syllogismo.

69a24 [docibile] Hoc exemplum est primae speciei reductionis.

69a26 [si] Scilicet est.

69a28 [propinquius] Scilicet fiunt utentes ea.

69a29 [scientiam] Id est minoris propositionis.

69a29 [habentes] Scilicet omnino scientiam.

69a29 [pauciora] Scilicet dicitur haec reductio.

69a30 [B C] Scilicet minoris propositionis.

69a31 [si] Quaesiverunt quidam si possibile circulum quadrangulari. Sumebant autem 'quadrangulari' primum terminum, 'rectam lineam' secundum, 'circulum' tertium. Quoniam ergo recta linea quadrangulatur, palam. Obscurum est autem si circulus recta linea fiat, quae est minor propositio, et hoc conantur ostendere per lunares figuras. Quoniam ergo per unum temptant monstrare, reductio est. Est autem huiusmodi inventio quadrangulationis Hippocratis ; is enim, diviso circulo in lunulas, conatus est ostendere eas aequales rectis, quo ostenso putavit se quadrasse circulum, eo quod constet rectam lineam quadrari.

69a32 Id est, si contingit probare minorem propositionem quae est 'circulus fit aequalis rectis lineis' per unum medium, id est per lunulas, est reductio huiusmodi syllogismus ; propinquius enim scientiae qui eo utitur quam prius.

69a32 [E F] Id est minoris propositionis.

69a35 [pauca] Si plura sint media minoris propositionis, transgressus dicitur et non reductio huiusmodi syllogismus.

69a36 [disciplina] Id est disciplinalis syllogismus constat ex immediatis propositionibus.

69a37 [propositio] Propositio dupliciter dicitur : vel syllogistica cui est propositio contraria, quam instantiam dicimus, vel interrogativa, quam non solemus particulariter proponere. Non enim proponi-

Ps.-Phil. 9-15 : 476.28-477.5

2 reductionis speciei *transp.* Nn^1 12 est *om.* Nn^1 14 figuras] lineas Nn^1 (*vide adnotationes ad translationem*) Nn^1 15 hypocratis *Nn*

mus, putas, quendam hominem grammaticum vel non, eo quod est ab huiusmodi utrumque simul respondere, nisi forte in particularibus syllogismis.

Quoniam — inquit — prima tantum et tertia figura concludunt affirmationem simul et negationem. Instantia autem et affirmativa et negativa per primam tantum et tertiam figuram instamus. 69b4

[C] Id est, de C medio termino in tertia figura, scilicet noto et ignoto, praedicatur contraria affirmative ; unam autem esse disciplinam, negative. 69b13

Ostenso quotiens et per quas figuras fit instantia, dat regulas quomodo est et universaliter et particulariter instare. Ait ergo : si volumus universaliter instare sive contra universalem sive contra particularem propositionem, oportet sumere propositionem contrariam illius quae continet eam quam volumus interimere. Ut, si velimus interimere contrariorum unam esse disciplinam, debemus inspicere sub qua continetur haec, et eam interimere universaliter, ut quia ea quae dicit oppositorum unam esse disciplinam ; ut esse supradictae, si huius contrariam inferamus ; ut non esse oppositorum unam instamus ad particularem. Si vero particulariter volumus instare, debemus sumere propositionem differentem ei quae particularis est, illi cui instamus ; et secundum hanc regulam semper inveniemus vel in prima vel in tertia figura instantias. 69b15

Scilicet instamus per primam et tertiam figuram. 69b15

[Probante] Scilicet aliquo. 69b15

[omnibus] Scilicet propositionibus. 69b20

[proposito] Id est ei quod volumus interimere. 69b20

Id est, ad probandum unam contrariorum disciplinam, medium fit universale, hoc est oppositarum non esse unam. 69b23

[universale] Scilicet opposita. 69b23

[particulariter] Scilicet instante aliquo. 69b24

[dicitur] Scilicet quod propositum est destruere. 69b24

[haec] Id est notum et ignotum. 69b26

[medium] Id est pars contrariorum. 69b27

---

28 oppositam (?) *Nn*

69b28 [Nam] Probatio dictae regulae.

69b30 [et ex his] Id est prima et tertia.

69b30 [ferimus] Scilicet instantias.

69b32 Id est propter hoc quod non erat affirmativa in secunda concludere, est aliud inconveniens.

69b32 [si] Scilicet negativae fiat instantia.

69b32 [pluri] Scilicet quam conveniat instantibus.

69b33 [figuram] Scilicet quae per primam.

69b34 [huic] Scilicet A.

69b35 [manifestum] Id est huiusmodi propositio vel conclusio indiget ad evidentiam conversione maioris, ut fiat prima figura. Tertia autem figura, quamvis indigeat conversione, sed non maioris.

69b36 [alteram] Id est maiorem.

69b36 [Quapropter] Id est quia secunda figura indiget conversione maioris quae affirmativa in syllogismis ex signo.

69b38 [Perspiciendum] Finito sermone de instantiis quae fiunt secundum categoricos syllogismos, perspiciendum inquit de his quae fiunt secundum hypotheticos syllogismos. Nam quae sunt ex contrario et simili et ex opinione bona, id est ex auctoritate, hypotheticas significant instantias ; fiunt autem ex contrario sic : 'si gaudium bonum est, tristitia est malum ; sed tristitia non est malum'. Ex simili autem sic : 'si linea est pars superficiei, et punctum est pars lineae ; sed non quod prius ; nec quod sequitur ergo'. Ex auctoritate sic : 'si rationalis pars animae esset in corde, dixissent hoc veteres sapientes, sed dixerunt eam in cerebro esse ; non est ergo in corde'.

69b38 [instantiis] Instantiae vel e contrario ; ut, quoniam omne gaudium bonum, dico quoniam falsum ; neque enim omnis tristitia malum. Vel ex simili, ut in his quae sunt secundum proportionem ; ut 'quam rationem habet signum ad lineam, hanc habet linea ad superficiem, ergo' ; ex simili sic : 'quoniam linea superficiei pars, dico quoniam non ; neque enim lineae signum pars'. Ex secundum opinionem, ut quoniam anima mortalis ; nam veteres sapientes hanc immortalem opinati sunt.

Ps.-Phil. 26-33 : 480.6-13

[sumere] Scilicet et hoc perspiciendum. 70a2

[ut] Id est, sequitur odium invidiam ; odimus enim eos qui nobis invident, et amamus amantes nos. 70a5

[Signum] Signum vel firmum est vel infirmum est. Firmum autem secundum naturam est, et dicitur signum proprie, vel secundum figuram syllogismorum et dicitur prodigium ; tale est signum in prima figura. Rursum, infirmum vel secundum materiam est, et dicitur verisimile, vel figuras, et dicitur monstrisimile ; in orationibus tale est signum in secunda et tertia figura. 70a6

[quo[1]] Idem est hoc ac si diceret : Signum dicitur tripliciter : aut enim cum re est, ut fumus ignis est ; aut post rem, ut incendium post ignem ; aut ante rem, ut, si lac habet, post biduum futura parere. 70a8

[existente] Scilicet signo. 70a8

[facto] Id est vel ante rem vel post rem. 70a8

[erit] Scilicet res. 70a10

[autem] Hoc in orationibus syllogisticis. 70a11

Dialectica et rhetorica ex apparentibus propositionibus constat utraque ; sed dialecticae quidem propositiones dicuntur probabilia, rhetoricae autem verisimilia et signa. Verisimilium autem haec quidem a persona sumitur, ut qui notum est plures occidisse, et hunc verisimile occidisse ; illa autem a natura, ut odere hunc quia invidus est. 70a11

[prima] Scilicet accipitur signum. 70a12

[tertia] Scilicet figura. 70a13

[figura] Scilicet accipitur. 70a14

[postremam] Scilicet accipitur signum. 70a17

[hoc quidem] Id est maiorem propositionem omittunt sapientes quidem eo quod palam sit ; rhetores autem eo quod falsa ; et est accipiendum hoc in prima et in tertia figura. 70a19

[liberalis] Haec conclusio. 70a26

[ambitiosi] Syllogismus in prima figura. 70a26

Ps.-Phil. 10-13 : 481.9-13

70a27 [sapientes] Haec conclusio.

70a27 [Pittacus] Syllogismus in tertia.

70a28 [fiunt] Scilicet per signum.

70a29 In hoc syllogismo per signum concluditur universale per particularia.

70a29 [insolubilis] Scilicet manet.

70a30 [enim] Scilicet maior.

70a38 [iam] Id est quae constant secundum solubile et insolubile.

70b1 [medium] Medium dicit signum quod accipitur in prima figura, eo quod in prima positione fit medium, ut in principio dictum est ; hoc facit scientiam. Nam signa in aliis figuris non scire, sed enthymema, id est putare, faciunt, et opinionem rei esse quae non est.

70b3 [medium] Medium hic dicit primam figuram, eo quod medium terminum positione habeat medium ; extremitates vero secundam et tertiam, eo quod habeant medium terminum, haec quidem praedicatum, illa vero subiectum, et non positione medium, sed sursum vel deorsum.

70b3 [quae] Scilicet signa.

70b4 [extremitatibus] Id est ex secunda et tertia figura ; nomina imponit in hoc.

70b4 [medio] Scilicet accipitur.

70b7 Pars est haec syllogismi ex signo, scilicet habitus animae in singulis colligere per signa, quae evidenter apparent in corpore. Hoc autem — inquit — possibile est his quae concedunt naturales passiones simul mutare corpus et animam, idem naturalibus passionibus consequentes esse positiones corporum et habitus animarum. Naturales autem passiones dicit separans ab his quae doctrina et arte inferuntur, quarum unam ponit musicam ; huiusmodi enim non corpus, sed animam tantum secundum quid mutant, ab ignorantia scilicet in scientiam. Unde per has non est possibile colligere syllogismum fysiognomonicum ; haec est per quem syllogizamus

---

Ps.-Phil. 9-12 : (483.16-19)

---

20 in hoc] huic Nn^1 25 passionebus [*sic*] Nn^1

naturas animae. Nam quia syllogismus per nota colligit ignota, anima autem et eius dispositiones ignotae, per nota signa corporis necesse est sic ignota colligere.

[nobis] Scilicet insunt. 70b10

[irae] Id est quales. 70b11

[concupiscentiae] Scilicet sunt. 70b11

[hoc] Si — inquit — concedantur naturales passiones existere effectiva causa signorum, et unum signum fieri singulis speciebus secundum singulas passiones, colligemus fysiognomonicum syllogismum, potentes sumere passionem et signum passionis, et praedicantes passionem de signo et signum de specie. Aut etiam de individuis aliarum specierum in quibus est idem signum ; sed principaliter quidem de specie cui toti inest, secundo vero loco de individuis aliarum specierum. 70b11

[speciei] Id est passionis. 70b12

[signum] Id est passionis. 70b13

[colligere] Id est syllogizare. 70b13

[specialiter] Id est in tota specie. 70b14

[generi] Id est specialissimae speciei. 70b15

[compati] Compati sibi invicem dicta sunt corpus et anima, cum dixit naturales passiones simul mutare corpus et animam ; nam si sit passio in anima, erit signum in corpore, et si in corpore signum, erit et in anima passio ; convertuntur enim. 70b16

[hoc] Scilicet signum. 70b16

[summitates] Scilicet superiores. 70b17

[unum] Scilicet signum. 70b22

[unius] Scilicet passionis. 70b22

Signum passionis animae dupliciter fit : vel in corpore, ut fortitudinis signum magnas habere superiores extremitates, vel in actionibus, ut participari ; signum est non redire leonem ad praedam qua semel est pastus ; huius contrarium canes habent repetentes omissum et avertentes eos quos circa adinveniunt. 70b22

[talia] Scilicet quae una fuit unius. 70b23

70b26 Ostenso quomodo est invenire signum passionis in his animalibus quibus una tantum est passio, velut aliquo obiciente quomodo cognoscemus signum passionis cum duae passiones et duo signa passionum sunt in tota specie, oportet — inquit — in talibus perspicere in aliam speciem cui insint ambo, sed alterum non toti, notare quod signorum est illius passionis quae toti speciei inest, et quod eius quae non toti ; nam quod erit in hac signum passionis singulae, erit et in illa specie in qua sunt duae passiones toti et signa. Aut etiam, si ambae sint in una specie, neutra autem toti, sed alicui quidem haec, alicui autem altera, ex his in quibus tantum altera est passio, erit cognoscere signa utriusque passionis.

70b27 [utrum] Scilicet signum.

70b27 [utrius] Scilicet passionis.

70b28 [eorum] Scilicet signorum.

70b28 [alii] Scilicet insunt ambo signa, sed alteri non toti.

70b29 [utrumque] Tunc erit colligendum utrum utrius signum.

70b30 [fortis] Scilicet est.

70b30 [autem³] Id est, si de duobus signis habent unum tantum.

---

5 in aliam] unam Nn^1 7 quae] quod Nn^1

APPENDIX

I. TRANSLATIONIS BOETHIANAE VARIARUM LECTIONUM SPECIMINA

1. Variae lectiones omnes primae et extremae particulae e libris sequentibus sumptae [1] :

Libri manu scripti : *Aa* Patavinus Anton. 401, *Ac* Abrincensis 227, *As* Assisiensis 658, *Bh* Vaticanus Borgh. 18, *Bi* Vaticanus Borgh. 33, *Bo* Vaticanus Vat. lat. 2982, *Ch* Carnutensis 497, *Dd* Londinensis B.M. Add. 18374, *Dh* Dunelmensis C.IV.17, *Dm* Dunelmensis C.IV.19, *Dr* Dunelmensis C.IV.16, *Ee* Vaticanus Borgh. 131 (partic. prima tantum), *Gf* Parisinus B.N. 16080, *Gh* Vaticanus Borgh. 58, *Gi* Florentinus Laur. Gadd. 89.s.76, *Gw* Glasguensis U.6.10, *Hn* Vaticanus Borgh. 130 (extrema partic.), *Ig* Vaticanus Chis. E.V.149 (usque ad 6.15 et inde a 191.21), *Kn* Claustroneoburgensis 1098, *Lf* Florentinus Laur. Fesul. 170, *Ly* Londinensis B.M. Reg. 12.D.II (extrema partic.), *Mt* Matritensis Nat. 3443, *Nc* Florentinus Nat. Centr. II.II.14, *Nn* Florentinus Nat. Centr. C.S. J.6.34, *Od* Oxoniensis Ball. 253, *Oh* Vaticanus Borgh. 56, *Pl* Vaticanus Pal. lat. 986, *Pn* Parisinus B.N. 6290, *Pt* Vaticanus Pal. lat. 988, *Rh* Vaticanus Borgh. 108, *Ro* Vaticanus Ross. 400 (exc. 6.17-7.12), *Tl* Toletanus Cap. 94.10, *Ub* Vaticanus Urb. 1312, *Ud* Londinensis B.M. Arunt. 383, *Un* Londinensis B.M. Arunt. 392 (inde a 6.16), *Us* Vaticanus Borgh. 133 (usque ad 6.9), *Uy* Londinensis B.M. Burn. 275 (usque ad 6.11), *Vi* Vaticanus Vat. lat. 2068, *Vm* Romanus Nat. Centr. Vitt. Em. 10, *Vn* Venetus Marc. VI.168, *Vp* Vaticanus Pal. lat. 1006, *Wa* Vaticanus Vat. lat. 2113, *Wc* Vaticanus Vat. lat. 2115, *Wz* Parisinus B. N. 6291 (extrema partic.), *Xr* Florentinus Riccard. 126, *Xv* Vaticanus Vat. lat. 2978, *Yf* Florentinus Laur. S. Cr. XI sin. 9, *Ym* Yalensis Marst., *Za* Parisinus B.N. 15088 (extrema partic.), *Zb* Parisinus B.N. 6289, *Zm* Mediolanensis Ambr. I.195 inf.

Libri impressi (prima partic. usque ad 6.23, et particula extrema) : *Ær* Venet. 1499 (Aegidii Comment.), *Bt* Venet. 1489 (Bern. de Trid.), *Gg* Paris. 1484 (Gering), *Jl* Basil. 1495 (Comment. Ioannis de Lap.), *Jq* Paris. 1503 (Fabri Stapulensis), *Ke* August. 1479 (Keller), *Lö* Lovan. 1560, *Lw* Lovan. 1475 (Braem), *Nv* Venet. 1483 (Nic. Verniae), *Ph* Venet. 1481 (Philippi Petri), *Qt* Colon. 1489 (Quentell, Copul.), *Qu* Colon. 1485 ?

---

[1] In prima particula lectiones collegimus quae a recensione Florentina ***B*** differunt, in extrema quae a Carnutensi ***b*** ; eas tantum non adiecimus quae codicibus ***b*** tantum propriae sunt in prima particula, cum eas omnes in adnotatione pp. 143-145 dedissemus.

(Quentell, Copul. ; usque ad 5.9), *To* Venet. 1484 (De Tortis), *Tt* Paris. 1495 ? (Tartar. Comment. ; passim). — LITTERIS MAIUSCULIS lectiones novas recensionis Stapulensis (*Jq*) indicamus.

autem eo quod haec sunt, propter haec EVENIRE ; propter haec vero EVENIRE *est,* ut necessarium SIT nullius extrinsecus termini indigere. Perfectum *vero* voco syllogismum, qui nullius alius indiget praeter ea quae sumpta sunt, necessarium ut appareat ; imperfectum vero qui unius PLURIUMVE EGET, quae quidem per *subiectos* terminos necessaria 24b25
SINT, sumpta VERO per propositiones non SINT. In toto alterum INESSE

In editionibus posterioribus huius recensionis : [1] 'scientia' ; [2] *omis.* ; [3] 'negativaque' ; [4] 'propositio a'.

altero et de omni praedicari alterum altero idem est. Dicimus autem
24b30 de omni praedicari CUM nihil sumere subiecti est QUO DE alterum non dicatur ; et de nullo similiter.

29b19 Qui vero sunt in tertia, universales quidem UBI SUNT termini, statim per illos syllogismos perficiuntur ; si autem particulares FUERINT, sumuntur per particulares syllogismos primae figurae ; sed hi reducti sunt ad illos, quare et tertiae figurae particulares AD ILLOS REDUCUN-
29b25 TUR. Manifestum ergo QUOD omnes reducentur in primae figurae universales syllogismos.

Syllogismi igitur vel non inesse ALIQUID COLLIGENTES, quomodo se et AD EOS qui FIGURAE EIUSDEM sunt, et AD se INVICEM, et ad EOS QUI FIGURAE ALTERIUS sunt habeant, dictum est.

29b30 Quoniam autem ALIUD est inesse et ALIUD NECESSARIO inesse et ALIUD contingere inesse (multa QUIPPE insunt quidem, non tamen NECESSARIO ; alia vero neque NECESSARIO neque omnino [1] insunt, inesse autem contingit), manifestum QUOD et syllogismus UNIUSCUIUSQUE horum ALIUS ET ALIUS EST, NEC OMNIUM EODEM PACTO TERMINI HABENT, sed hic quidem e necessariis, ille vero ex iis quae simpliciter insunt, ille autem ex contingentibus ERIT.

29b36 Ergo in necessariis quidem fere similiter se habet et in iis quae insunt ; similiter enim positis terminis et in iis quae insunt et in iis quae ex necessitate insunt vel non insunt, et erit et non erit syllogismus ;
30a1 TANTUM HOC DIFFERT, quod HIC terminis ex necessitate inesse vel non inesse UBIQUE ADDITUR.

7ob7 DE NATURIS autem PER SIGNA CONJICERE possibile est, si quis simul MUTARI corpus ANIMAMQUE NATURALIBUS OMNIBUS AFFECTIONIBUS
7ob10 concedat ; musicam enim discens aliquis FORTE MUTATUR ANIMO, AT NON HAEC AFFECTIO NATURA est, sed EAS AFFECTIONES DICIMUS, QUALES irae concupiscentiaeQUE naturalium MOTIONUM SUNT. Si igitur et hoc et unum unius signum esse CONCEDATUR, INQUAM [2], sumereQUE propriam uniuscuiusque generis passionem signumQUE QUEAMUS, ETIAM naturas cognoscere poterimus. Si enim PECULIARITER [3] generi
7ob15 alicui individuo AFFECTIO QUAEDAM, ut leonibus fortitudo INSIT [4], et signum aliquod inesse [5] necesse est ; compati enim sibi invicem positum est [6]. Et sit hoc EXTREMA GRANDIA habere ; quod et aliis generibus non totis INESSE contingit. Sic ENIM signum proprium est, quoniam TOTIUS GENERIS [7] AFFECTIO propria est, non EST AUTEM
7ob20 SOLIUS [7] propria, sicut dicere solemus. Erit ergo et in alio genere hoc, eritQUE et homo fortis et aliquod INSUPER aliud animal. Habebit ergo signum ; unum enim SIGNUM unius erat. Haec ergo si sunt, signa talia

---

Edd. post. : [1] 'non necessario' ; [2] *omis.* ; [3] 'propria est' ; [4] *omis.* 'quaedam' et 'insit' ; [5] 'esse' ; [6] + 'corpus et anima' ; [7] 'toti generi ... soli'.

colligere in *iis* animalibus poterimus, quae passionem unam aliquam propriam *solum* habent, *unaquaeque* autem signum habet, *et* quoniam 70b25
unum habere necesse est, poterimus naturas cognoscere. Si vero duo propria habet genus totum, ut leo forte LARGUMQUE SIT, quomodo eorum signorum quae sequuntur *proprie*, utrum utrius signum sit cognoscemus ? *An* si AUTEM ALIO ALIQUO [1] non TOTO ambo, et SI in QUIBUSDAM non totis utrumque, QUORUM hoc quidem HABEAT, illud autem non HABEAT ? Nam si fortis quidem EST, liberalis autem non 70b30
EST, habet autem *duorum* hoc, PATET QUOD et in leone signum hoc fortitudinis ERIT.

DE NATURIS AUTEM PER SIGNA CONJICERE in prima quidem figura LICET *eo quod* medium CUM PRIORE QUIDEM EXTREMITATE *convertitur*, *tertiam* autem TRANSCENDENS non convertitur ; ut, sit fortitudo A, summitates magnas *habere* PRO quo B, C autem leo. Ergo cui C INEST, 70b35
EIDEM B omni et aliis INEST ; cui autem B, A omni et non pluribus, sed convertitur ; si autem non, unum unius signum non erit.

3. RECENSIO (TRANSLATIO) BURANAE (*Ib*) : ex editione Parisina, 1539. [*Litteris obliquis* indicamus quae e recensione 'Niphi' *Nh* proveniunt, raro e recensione Stapulensi ; LITTERIS MAIUSCULIS MINORIBUS quae Buranae sunt propria].

Primum dicere circa quid et *cuius* SIT CONSIDERATIO, quoniam circa demonstrationem et *scientiae* demonstrativae ; POSTEA determinare quid est propositio et quid terminus et quid syllogismus et *qualis* perfectus et *qualis* imperfectus ; post *haec autem* ET quid in toto esse AUT non esse hoc in *hoc*, et quid dicimus de omni aut nullo praedicari.

Propositio igitur est oratio affirmativa vel negativa alicuius de aliquo ; haec autem aut universalis aut IN PARTE aut indefinita. Dico autem universalem quidem omni aut nulli inesse,

4. RECENSIO COMPOSITA (*Jb*) : ex editione Veneta, 1552. [Litteris parvis indicamus quae e recensione Stapulensi pro verbis Buranae restituit editor recensionis compositae].

Primum dicere circa quid et 24a10
cuius intentio est, quoniam circa demonstrationem et demonstrativae scientiae ; deinde determinare quid est propositio et quid terminus et quid syllogismus et qualis perfectus et qualis imperfectus ; post haec autem et quid in toto esse aut non esse hoc in illo, et quid dicimus de omni aut de nullo praedicari. 24a15

Propositio igitur est oratio affirmativa vel negativa alicuius de aliquo ; haec autem aut universaliter aut in parte aut indefinita. Dico autem universalem quidem omni aut nulli inesse,

[1] Edd. post. : 'si in alio aliquo genere'.

IN PARTE vero alicui aut non
24a20 alicui aut non omni inesse, SED indefinitam inesse AUT non inesse sine universali AUT SECUNDUM PARTEM, ut contrariorum UNAM esse SCIENTIAM, aut voluptatem non esse bonum. Differt autem demonstrativa propositio a dialectica quoniam demonstrativa sumptio alterius PARTICULAE contradictionis est (non enim interrogat sed ACCIPIT DEMONSTRANS),
24a25 dialectica vero interrogatio contradictionis est. Nihil autem DIFFERET QUO utriusque fiat syllogismus ; NAMQUE et DEMONSTRANS et INTERROGANS RATIOCINATUR, ACCIPIENS aliquid de aliquo INESSE AUT non INESSE. Quare EST syllogistica quidem propositio simpliciter affirmatio aut negatio alicuius de aliquo secundum dictum modum ; demonstrativa vero, si vera sit et
24b10 per SUPPOSITIONES QUAE A PRINCIPIO SUNT ACCEPTA ; SED dialectica percunctanti quidem interrogatio contradictionis, RATIOCINANTI AUTEM sumptio apparentis et probabilis, quemadmodum in Topicis dictum est. Quid ITAQUE propositio, et QUOMODO DIFFERAT syllogistica et demonstrativa et dialectica, ACCURATE in
24b15 sequentibus dicetur, ad praesentem vero USUM SUFFICIANT quae nunc A nobis determinata SUNT.

Terminum *autem* voco in quem *dissolvitur* propositio, ut *et* praedicatum et de quo praedicatur, AUT apposito AUT diviso esse *aut* non esse. Syllogismus autem est RATIO in qua, positis quibusdam, ALTERUM quid a POSITIS

in parte vero alicui aut non alicui aut non omni inesse, sed indefinitam quae inesse aut non inesse significat sine universali aut particulari, ut contrariorum eandem esse scientiam, aut voluptatem non esse bonum. Differt autem demonstrativa propositio a dialectica quoniam demonstrativa quidem sumptio alterius particulae contradictionis est (non enim interrogat sed sumit qui demonstrat), dialectica vero interrogatio contradictionis est. Nihil autem dubitabit [*sic*] ut fiat utriusque syllogismus ; nam et qui demonstrat et qui interrogat syllogizat, accipiens aliquid de aliquo inesse aut non inesse. Quare erit syllogistica quidem propositio simpliciter affirmatio aut negatio alicuius de aliquo secundum dictum modum ; demonstrativa vero, si vera sit et per suppositiones quae a principio sunt sumpta ; dialectica autem percunctanti quidem interrogatio contradictionis, syllogizanti autem sumptio apparentis et probabilis, quemadmodum in Topicis dictum est. Quid itaque est propositio, et quomodo differat syllogistica et demonstrativa et dialectica, diligenter quidem in sequentibus dicetur, ad praesentem vero usum sufficiant quae nunc a nobis determinata sunt.

Terminum autem voco in quem disolvitur propositio, et ut praedicatum et de quo praedicatur, aut apposito aut diviso esse aut non esse. Syllogismus autem est oratio in qua, positis quibusdam, alterum quid a positis ex necessi-

NECESSE EST CONTINGERE eo quod haec sint. Dico autem eo quod haec sint, propter haec contingere; propter haec vero, nullius extrinsecus termini ADIUMENTO indigere AD necessarium EFFICIENDUM. Perfectum ITAQUE voco syllogismum NULLO ALIO INDIGENTEM praeter ASSUMPTA ut necessarium appareat ; imperfectum vero INDIGENTEM aut unius aut plurium, quae sunt quidem necessaria per *subiectos* terminos, non TAMEN ASSUMPTA SUNT per propositiones. In toto autem esse alterum IN altero et de omni praedicari alterum altero idem SIGNIFICAT. Dicimus autem de omni praedicari quando nihil SIT subiecti ACCIPERE de quo alterum non DICITUR; AC de nullo CONSIMILITER.

tate contingit eo quod haec sint. 24b20
Dico autem eo quod haec sint, propter haec contingere ; propter haec vero contingere, nullius extrinsecus termini adiumento indigere ut fiat necessarium. Perfectum itaque voco syllogismum nullo alio indigentem praeter ea quae assumpta sunt ut necessarium appareat ; imperfectum vero qui indiget aut unius aut plurium, 24b25
quae sunt quidem necessaria per subiectos terminos, non autem sumpta sunt per propositiones. In toto autem esse alterum in altero et de omni praedicari alterum altero idem significat. Dicimus autem de omni praedicari quando nihil fit subiecti sumere de quo alterum non dica- 24b30
tur ; et de nullo similiter.

Qui vero in tertia, quum termini UNIVERSALITER SUNT, statim perficiuntur per EOS syllogismos QUI IN PRIMA FIGURA ; QUUM VERO IN PARTE FUERINT ACCEPTI per syllogismos IN PARTE QUI SUNT IN PRIMA FIGURA ; ISTI AUTEM in illos REDACTI sunt, quare et QUI IN TERTIA FIGURA SECUNDUM PARTEM omnes reducentur ad universales syllogismos QUI IN PRIMA.

Qui vero in tertia, cum termini 29b19
universaliter quidem sint, statim perficiuntur per eos syllogismos qui in prima figura ; cum vero particulares fuerint accepti per syllogismos qui in parte primae figurae ; isti autem in illos redacti sunt, quare et tertiae figurae qui in parte. Manifestum est igitur quod omnes reducentur ad primae figurae universaliter syllogismos. 29b25

QUI igitur inesse AUT non inesse MONSTRANT syllogismi, dictum est quomodo *se habent,* et SECUNDUM se qui ex eadem figura, et ad *se invicem* qui ex DIVERSIS FIGURIS.

Igitur syllogismi inesse et non inesse ostendentes, dictum est quomodo se habent, et secundum se qui ex eadem figura, et ad se invicem qui ex diversis figuris.

Quoniam VERO diversum est inesse et ex necessitate inesse et contingere inesse (multa ENIM insunt quidem, non ex necessitate tamen, alia vero neque insunt

Quoniam autem diversum est inesse et ex necessitate inesse et contingere inesse (multa enim 29b30
insunt quidem, non ex necessitate tamen, alia vero neque ex

omnino, CONTINGUNT autem inesse), PLANUM QUOD et syllogismus UNIUSCUIUSQUE horum diversus erit, et non similiter se habentibus terminis, sed hic quidem ex necessariis, ille vero ex INEXISTENTIBUS, ille autem ex contingentibus.

29b36 In necessariis ITAQUE FERME CONSIMILITER se habet ac in his quae insunt ; EODEM enim MODO positis terminis IN EO QUOD EST INESSE et in EO QUOD EST EX necessitate INESSE erit et non erit syllogismus, PRAETERQUAM QUOD DIFFERENT IN eo quod
30a1 adiacet terminis ex necessitate inesse vel non inesse.

necessitate neque insunt omnino, contingunt autem inesse), manifestum quod et syllogismus uniuscuiusque horum diversus erit, et non similiter se habentibus terminis, sed hic quidem ex necessariis, ille vero es inexistentibus, ille autem ex contingentibus.

In necessariis quidem igitur ferme similiter se habet et in his quae insunt ; eodem enim modo positis terminis et in his quae insunt et in iis quae ex necessitate insunt vel non insunt erit et non erit syllogismus, praeterquam quod different in eo quod adiacet terminis ex necessitate inesse vel non inesse.

70b7 * NATURAM VERO cognoscere possibile est, si quis DET simul MUTARI corpus et animam, quaecumque naturales passiones sunt ; QUI enim
70b10 fortasse musicam DIDICIT, MUTAVIT animam IN ALIQUO, VERUM passio haec non est EX IIS quae *natura* nobis *insunt*, sed QUEMADMODUM irae ET DESIDERIA EX NATURALIBUS MOTIBUS. Si *igitur* et hoc DATUM FUERIT et unum unius signum esse, et *possimus* ACCIPERE *propriam* uniuscuiusque generis passionem et signum, poterimus NATURAM cognoscere. Si enim SEORSUM EST alicui generi individuo *inexistens*
70b15 passio, ut leonibus fortitudo, necesse et signum esse aliquod ; SIMUL NAMQUE invicem PATI *suppositum* est. Et sit hoc magnas extremitates habere, quod et aliis *inesse* generibus non totis contingit. Signum ENIM ITA proprium est quoniam totius generis propria est passio, et non
70b20 SOLUM PROPRIA, QUEMADMODUM CONSUEVIMUS dicere. INERIT IGITUR et in alio genere hoc, et homo erit fortis et aliud aliquod animal. Habebit IGITUR signum ; unum enim unius erat. Si IGITUR haec sunt, et poterimus talia signa colligere in his animalibus, quae *solum* unam aliquam passionem habent propriam, *unaquaeque* autem habet signum,
70b25 quoniam necesse unum habere, poterimus NATURAM cognoscere. QUOD SI duo habet propria, totum genus, ut leo forte et communicativum, quomodo cognoscemus utrum utrius signum, SEORSUM CONSEQUENTIUM signorum ? Aut [an *Jb*] si ET [*om. Jb*] alii alicui non toti ambo,
70b30 et in quibus non totis utrumque, quando hoc quidem *habeat*, illud *vero*

* In hac parte operis fere nihil editor compositae recensionis Buranae recensionem mutavit.

non. *Si enim* fortis quidem, liberalis VERO non, habet autem EX DUOBUS hoc, PLANUM QUOD et in leone hoc signum fortitudinis.

Est ITAQUE NATURAM cognoscere in prima figura medium converti CUM PRIMO EXTREMO, SUPERGREDI VERO *tertium* et non converti, ut fortitudo A, EXTREMITATES MAGNAE in quo B, C autem leo. Cui IGITUR 70b35 C, B omni, sed et aliis. Vui VERO B, ET A omni et non pluribus, sed convertitur ; QUOD si non, non erit unum unius signum.

5. RECENSIO IUSTINIANI CHII (*Jc*) : ex editione Veneta, 1560. [*Litteris obliquis* quae e recensione Stapulensi sumpta sunt indicantur ; LITTERIS MAIUSCULIS MINORIBUS quae nova pro Buranianis dedit Iustinianus].

Primum dicere circa quid et cuius sit consideratio, quoniam circa 24a10 demonstrationem et scientiae demonstrativae ; *deinde* DEFINIRE quid est propositio et quid terminus et quid syllogismus, et qualis perfectus et qualis imperfectus ; post haec autem et quid in toto esse aut non esse hoc in hoc, et quid dicimus de omni aut nullo praedicari. 24a15

Propositio igitur est oratio affirmativa AUT negativa alicuius de aliquo ; haec autem aut universalis aut in parte aut indefinita. Dico autem universalem quidem omni aut nulli inesse, in parte vero alicui aut non alicui aut non omni inesse, indefinitam *autem* inesse aut non 24a20 inesse sine universali aut secundum partem, ut IPSORUM contrariorum unam esse scientiam, aut IPSAM voluptatem non esse bonum. Differt autem demonstrativa propositio a dialectica quoniam demonstrativa sumptio alterius particulae contradictionis est (non enim interrogat sed accipit demonstrans), dialectica vero interrogatio contradictionis 24a25 est. Nihil autem differet quo utriusque fiat syllogismus ; NAM et demonstrans et interrogans ratiocinatur, accipiens aliquid de aliquo inesse aut non inesse. Quare syllogistica quidem est propositio simpliciter affirmatio aut negatio alicuius de aliquo secundum dictum modum ; demonstrativa AUTEM, si vera sit et per suppositiones INDE a 24b10 principio FACTAS, accepta ; dialectica VERO percontanti quidem contradictionis interrogatio, ratiocinanti autem sumptio apparentis et probabilis, quemadmodum in Topicis ⟨dictum⟩ est. Quid itaque propositio, et quomodo differat syllogistica et demonstrativa et dialectica, accurate in sequentibus dicetur, QUAM vero ad praesentem usum PERTINET, 24b15 SATIS IN PRAESENTIA SIT DETERMINATUM.

Terminum autem voco in quem dissolvitur propositio, ut praedicatum et de quo praedicatur, apposito aut diviso esse *vel* non esse. Syllogismus autem est *oratio* in qua, positis quibusdam, alterum quid a positis NECESSARIO *contingit* eo quod haec sint. Dico autem eo quod 24b20 haec sint etc. [*sic*]. Perfectum itaque voco syllogismum nullo alio indigentem praeter assumpta ut necessarium appareat ; imperfectum vero indigentem aut unius aut plurium, quae sunt quidem necessaria 24b25

per subiectos terminos, non tamen assumpta sunt per propositiones. In toto autem esse alterum in altero et de omni praedicari alterum altero, idem *est*. DICO autem de omni praedicari quando nihil *est*
24b30 subiecti accipere de quo alterum non *dicatur ; et* de nullo *similiter*.

29b19 Qui vero *sunt* in tertia, cum *universales quidem* sunt termini, statim per IPSOS syllogismos perficiuntur qui sunt in prima ; QUANDO vero *particulares* accepti fuerint, per *particulares primae figurae* syllogismos ; *hi vero reducti sunt* ad illos, quare et *tertiae figurae particulares. Mani-*
29b25 *festum ergo* quod *omnes reducentur in primae figurae* universales syllogismos.

Syllogismi igitur inesse aut non inesse *ostendentes*, quòmodo se habent dictum est, TUM PER se qui ex eadem sunt figura, TUM invicem qui EX CAETERIS SUNT figuris.

29b30 Quoniam *autem* diversum est inesse et ex necessitate inesse et contingere inesse (*nam* multa insunt quidem, non tamen ex necessitate, alia vero neque *ex necessitate neque* insunt omnino, *contingit* autem inesse), *manifestum* quod et syllogismus in *unoquoque* horum diversus erit, et non similiter se habentibus terminis, sed hic quidem ex necessariis, ille vero ex *iis quae simpliciter insunt*, ille autem ex contingentibus.

29b36 In necessariis *ergo* et in his quae insunt *fere similiter* se habet ; eodem enim PACTO TUM *in his quae insunt* TUM in *iis quae* ex necessitate *insunt* AUT *non insunt* erit et non erit syllogismus ; *verum* EO INTERERIT *quod* ex necessitate inesse AUT non inesse terminis adiacet.

7ob7 Naturam *autem* EX ASPECTU NOSSE possibile est, si quis det UNA corpus ATQUE animum IMMUTARI, quaecumque sunt naturales passio-
7ob10 nes ; qui enim fortasse musicam didicit ALIQUA EX PARTE MUTATUS EST ANIMO, *sed* non *earum* quae natura nobis insunt est haec passio, sed *ut* irae et *concupiscentiae naturalium notionum* [*sic*] Si igitur hoc datum fuerit ATQUE unius unum esse signum, et PRAETEREA proprium uniuscuiusque generis PROPRIAM passionem et signum CAPERE VALEAMUS, naturam poterimus cognoscere. Si enim est PRIVATIVA [*pro* priva-
7ob15 tim ?] alicui generi individuo inexistens passio, ut leonibus fortitudo, signum QUOQUE aliquod esse necesse est ; MUTUO *enim* UNA pati suppositam [*sic*] est. Et sit hoc magnas extremitates habere, quod ETIAM aliis generibus non totis inesse contingit. Signum enim *sic* proprium est quoniam totius generis propria est passio, et non solius proprium,
7ob20 UT *solemus* dicere. *Erit* ergo et in alio genere IDEM, ATQUE homo fortis erit et aliud QUOPPIAM animal. Habebit *ergo* signum ; NAM unum unius erat. Si igitur haec sunt, et poterimus talia signa colligere in *iis* animalibus quae unam SOLAMQUE passionem obtinent, UNUMQUODQUE autem
7ob25 habet signum, quoniam unum habere necesse est, naturas cognoscere

poterimus. *Si vero* duo habet propria totum genus, ut leo forte et communicativum, quomodo cognoscemus utrum utrius *sit* signum *eorum quae* PRIVATIM *consequuntur* signorum ? Aut si et alii alicui non toti ambo, et in quibus non totis utrumque, quando hoc quidem habeat, illud vero non. *Nam si* fortis quidem, liberalis vero non, HABEAT autem 70b30 ex duobus hoc, planum quod et in leone hoc signum fortitudinis.

Est AUTEM *naturas* cognoscere EORUM QUAE SUNT in prima figura *eo quod* medium IN PRIMA FIGURA CUM MAIORI QUIDEM EXTREMO CONVERTATUR, tertium *autem* TRANSCENDAT et non CONVERTATUR, ut *sit* fortitudo A, EXTREMA MAGNA in quo B, C autem leo. *Ergo cui* C, 70b35 B omni, sed et aliis. Cui vero B, A omni et non pluribus, sed convertitur ; si *autem* non, erit unum unius signum.

6. PARAPHRASIS BRICOTI (*Tb*) : ex editione Parisina (Mittelhus), 1489. [*Litteris obliquis* indicantur quae cum translatione Boethii verbatim conveniunt].

Primum oportet dicere circa quid et de quo est intentio, quoniam cir- 24a10
ca demonstrationem et de disciplina demonstrativa ; deinde determinare quid propositio et quid terminus, quid syllogismus, quis perfectus et quis imperfectus ; post ea vero quid est in toto esse vel non esse hoc in illo, et quid dicimus de omni aut de nullo predicari. 24a15

Propositio est oratio affirmativa vel negativa alicuius de aliquo ; et est triplex quia quedam est *universalis*, quedam *particularis*, et quedam *indefinita*. Propositio universalis est *que omni aut nulli inesse* significat ; propositio particularis est *que alicui aut non alicui aut non omni inesse* significat ; propositio indefinita est *que inesse vel non inesse significat* 24a20 si est signum [*sic :* edd. post. *sine* signo] *universali vel particulari, ut contrariorum* eadem est disciplina, voluptas *non* est summum *bonum*. Unde *propositio demonstrativa differt a dyaletica* quia *demonstrativa* est *sumptio alterius partis contradictionis* (quia *qui demonstrat non interrogat, sed sumit* unam partem determinate) ; propositio vero 24a25 *dyaletica est interrogatio contradictionis*. Sed tamen in hoc conveniunt, quia sunt propositiones sillogistice ; *nam qui interrogat et qui demonstrat, sillogizat aliquid de aliquo esse vel non esse*. Et ita diffinitio propositionis sillogistice simul convenit tam demonstrative quam dyaletice ; nam sillogisando [edd. post. *sillogistica*] *propositio simpliciter* est *affirmatio* vel *negatio alicuius de aliquo ;* sed *demonstrativa* est propositio *vera per primas propositiones* ostensa, *dyaletica vero* est *interrogatio contra-* 24b10 *dictionis ;* sed quando ponitur in sillogismo, est *sumptio apparentis et probabilis*. Et hec pro nunc de illis dicta sufficiant. 24b15

Unde terminus est *in quem resolvitur propositio* cathegorica, *ut predicatum et de quo predicatur, apposito vel diviso esse* vel *non esse*. *Sillogismus vero est oratio in qua, positis quibusdam, aliud quiddam*

24b20 *ab hiis que posita sunt ex necessitate accidit eo quod hec sunt.* Ultima particula patet, quia sillogismus est qui *nullius* indiget *termini* extrinseci ad hoc quod sequatur conclusio. Sed sillogismus perfectus est *qui nullius alterius indiget preter ea que sumpta sunt ut appareat neces-*
24b25 *sarium ;* imperfectus *vero* est *qui indiget unius aut plurium, que sunt quidem necessaria per sumptos terminos, non autem per sumptas propositiones. In toto esse et* dici *de omni idem sunt ; similiter* in toto non esse et dici *de nullo.* Unde dici *de omni* est *quando nichil est sumere subiecti*
24b30 *de quo non dicatur* predicatum, *et* dici *de nullo* est quando nichil est sumere subiecti a quo non removeatur predicatum.

29b19 Similiter modi *universales* tertie figure reducuntur ad modos universales prime per impossibile ; *particulares* vero reducuntur per conversionem ad *particulares prime ;* excepto bocardo qui per impossibile reducitur ad barbara ; et illi modi particulares reducuntur ad modos universales eiusdem, ut dictum est. Ergo omnes alii a modis universa-
29b25 libus prime figure ad ipsos reducuntur.

29b30 Sillogismi ex propositionibus de necessario et de contingenti sunt diversi a sillogismis de inesse (patet : quia propositiones de necessario et de inesse sunt diverse ; quia non omne quod inest ex necessitate inest ; ergo sillogismi ex illis propositionibus constituti sunt diversi).

29b36 Illi tamen sillogismi *fere* eodem modo fiunt sicut illi de inesse ; et in hoc conveniunt cum eis, quia perfecti sillogismi de necessario regulantur per dici de omni vel per dici de nullo ; et imperfecti perficiuntur per conversionem. Sed tamen in hoc est differentia, quia in sillogismis de inesse sillogismi de baroco et bocardo bene reducuntur per impossi-
30a1 bile ad barbara, sed non in propositionibus de necessario.

70b7 Unde ad inventionem talis prodigii supponitur primo quod duplices
70b10 sunt passiones. Quedam sunt *naturales* que transmutant *corpus et animam, ut ire et concupiscentie* ; alie vero sunt que solum transmutant animam sicut disciplina. Secundo supponitur quod unius passionis non est nisi unum signum. Tunc ponuntur duo documenta : quorum primum
70b15 est si alicui subiecto non insit nisi una *passio, ut leonibus fortitudo,* si velimus signum cognoscere illius passionis, debemus videre ad
70b20 aliud [edd. post. alias] species, puta ad hominem, in quo est fortitudo ; et tunc illud quod est signum fortitudinis in homine, puta *habere*
70b25 *magnas summitates,* erit signum fortitudinis in leonibus. Secundum documentum est, si uni subiecto insint due passiones et non insit nisi unum signum. Tunc, si velimus scire cuius passionis est illud signum, debemus respicere ad subiectum in quo solum est una illarum passio-
70b30 num ; ut, si velimus scire quod est signum fortitudinis in homine, qui est fortis et liberalis, tunc videndum est ad leones quod est signum fortitudinis ; et quia in eis signum fortitudinis est habere magnas

summitates, ideo habere magnas summitates erit signum fortitudinis in hominibus.

Et tale signum potest esse *medium in prima figura* ad ostendendum illam passionem de suo subiecto, quia excedet minorem extremitatem 70b35
et convertetur cum maiori extremitate, puta cum passione. [Hic desinit textus.]

7. Recensio et paraphrasis Lovaniensis (*Lö*) : ex editione Lovaniensi 1560. [*Litteris obliquis* indicantur verba quae e paraphrasi Bricoti sumpta sunt ; maiusculis minoribus quae recensioni Lovaniensi propria esse videntur ; litteris parvis quae e recensione Stapulensi proveniunt].

Primum oportet dicere circa quid et de quo est intentio, quoniam 24a10
circa demonstrationem et de disciplina demonstrativa ; deinde determinare quid est propositio et quid terminus et quid syllogismus, et quis perfectus et quis imperfectus ; postea vero quid in toto esse vel non esse hoc in illo, et quid dicimus de omni aut de nullo praedicari. 24a15

Propositio est oratio affirmativa vel negativa alicuius de aliquo ; haec autem aut universalis aut particularis aut indefinita. *Universalis est* quae omni aut nulli inesse *significat, particularis* quae alicui aut non alicui aut non omni inesse *significat, indefinita* VERO quae inesse 24a20
AUT non inesse significat sine *signo* universali vel particulari, ut contrariorum *eadem est disciplina*, aut *voluptas* non *est* bonum. Differt autem demonstrativa a dialectica propositione, *quia* demonstrativa sumptio *est* alterius partis contradictionis (non enim interrogat sed sumit qui demonstrat), dialectica vero interrogatio contradictionis. 24a25
Conveniunt tamen in hoc, QUOD ex utraque FIT SYLLOGISMUS ; nam et qui demonstrat et qui interrogat syllogizat sumens aliquid de aliquo esse ET non esse. Quare syllogistica quidem propositio EST affirmatio vel negatio alicuius de aliquo ; ERIT AUTEM demonstrativa si ET vera et per primas propositiones sumpta ; dialectica autem percunctanti 24b10
quidem interrogatio contradictionis est, syllogizanti vero sumptio apparentis et probabilis, ut in Topicis dictum est. Quid ergo est propositio, et quid differt syllogistica et demonstrativa et dialectica, subtiliter in sequentibus DICITUR, ad praesentem vero utilitatem sufficienter sint 24b15
HAEC nunc nobis determinata.

Terminum vero voco in quem resolvitur propositio, ut praedicatum et de quo praedicatur, vel apposito vel diviso esse vel non esse. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis aliud quiddam ab IPSIS quae posita sunt ex necessitate accidit eo quod haec sunt. Dico autem 24b20
eo quod haec sunt propter haec accidere ; propter haec vero accidere est nullius *extrinseci* termini indigere ut fiat necessarium. *Perfectus* vero *syllogismus est,* qui nullius alterius indiget praeter ea quae sumpta sunt ut appareat necessarium ; *imperfectus* autem qui unius aut plu- 24b25

rium indiget, quae sunt quidem necessaria per sumptos terminos, non autem per sumptas propositiones. In toto autem esse alterum altero et de omni praedicari alterum altero idem est. Dicimus autem
24b30 de omni praedicari quando nihil est sumere subiecti de quo non dicatur *praedicatum ; et* de nullo similiter.

25a1 Quoniam autem omnis propositio aut est de inesse aut de necessario inesse aut de contingenter inesse, harum autem hae quidem affirmativae, illae vero negativae, rursus affirmativarum et negativarum
25a5 aliae sunt universales, aliae particulares, aliae indefinitae, *universalis* quidem *negativa* de inesse UNIVERSALITER in terminis *convertitur*, ut si nulla voluptas est bonum, nullum bonum est voluptas ; *affirmativa* autem *universalis convertitur* quidem non universaliter sed in *particularem*, ut si omnis voluptas est bonum, et quoddam bonum est voluptas.
25a10 *Particularis* autem *affirmativa in particularem affirmativam convertitur* (nam si quaedam voluptas est bonum, quoddam bonum voluptas), *particularis* vero *negativa* non *convertitur* (non enim *sequitur 'aliquod animal non est homo, ergo aliquis homo non est animal'*, quia *stat oppositum consequentis cum antecedente.*

25a15 QUID AUTEM SEQUATUR 'NULLUM B EST A, ERGO NULLUM A EST B', PATET ; NAM SI QUODDAM A EST B, UT C, NON ERIT VERUM DICERE 'NULLUM B EST A'.

29b19 Syllogismi autem *tertiae figurae* universales statim per universales primae figurae perficiuntur ; particulares *vero* per particulares primae, QUOS OSTENSUM EST *reduci ad modos universales eiusdem* figurae. Quare et MODI particulares tertiae figurae reducuntur AD MODOS universales primae. [Deest 29b24-28.]

29b29 Quoniam diversum est inesse et EX necessitate inesse et CONTINGENTER inesse (nam multa quidem insunt QUAE non EX necessitate INSUNT, alia vero neque SIMPLICITER neque EX necessitate insunt, QUAE TAMEN contingit inesse), manifestum est EX unoquoque ISTORUM SYLLOGISMUM ESSE DIVERSUM, NEQUE TERMINOS similiter SESE HABERE ; sed hic quidem EST EX necessariis, ille vero EX his quae simpliciter insunt, ille autem ex contingentibus.

29b36 EX PROPOSITIONIBUS DE NECESSARIO similiter fere FIT et non FIT
30a1 syllogismus, *sicut* EX ILLIS *de inesse ;* verum in HOC EST DIFFERENTIA, QUIA HIC ALTERUM EX necessitate inesse vel non inesse DENOTATUR.

70b7 NATURALES autem PASSIONES cognoscere POTERIMUS, si quis concedat QUASCUMQUE naturales passiones ET corpus et animam simul transmutare (NATURALES AUTEM DICO VELUT IRAS et CONCUPISCENTIAS) ; discens enim musicam secundum quid FORTASSIS TRANSMUTA-
70b10 TUR, UTPOTE SECUNDUM animam, sed MUSICA non est NATURULIS passio. Si INSUPER CONCEDAT unius PASSIONIS unum esse signum, et POSSUMUS sumere propriam uniuscuiusque SPECIEI passionem et signum, NATU-

RALES poterimus cognoscere PASSIONES. QUARE, si ALIQUA passio alicui individuo generi propria SIT, ut LEONI fortitudo, necesse est et 70b15
ILLIUS PASSIONIS aliquod esse signum ; positum enim est ET CORPUS ET ANIMAM SIMUL TRANSMUTARI A NATURALIBUS PASSIONIBUS. Et sit hoc SIGNUM magnas summitates habere ; quod et aliis generibus, non TAMEN PRO OMNIBUS SINGULARIBUS, competit. Nam HOC signum sic LEONIBUS est proprium QUEMADMODUM PASSIONEM ALIQUAM solemus 70b20
PROPRIUM dicere, QUIA OMNI ET NON SOLI COMPETIT. CUM ERGO IN ALIIS IN QUIBUS REPERITUR FORTITUDO REPERIATUR ET HOC SIGNUM, colligere poterimus HOC ESSE SIGNUM IN his quae tantum unam habent propriam passionem. Si vero ALIQUOD genus DUAS PASSIONES HABEAT, 70b26
ut leo FORTITUDINEM et LIBERALITATEM, ET DUO SIGNA PROPRIA ILLARUM PASSIONUM, utrum utrius signum sit cognoscimus CONSIDERANDO AD ILLA QUIBUS DIVISIM COMPETUNT ET NON SIMUL. NAM SIGNA PASSIO- 70b30
NUM IN ILLIS ETIAM SIGNA ERUNT IN HIS IN QUIBUS CONIUNCTIM REPERIUNTUR.

POSSUMUS ergo NATURALES PASSIONES cognoscere in prima quidem figura, eo quod medium CUM EXTREMITATE convertitur MAIORE, MINOREM VERO transcendit et CUM EA non convertitur ; ut, sit MAIOR EXTREMITAS fortitudo, MEDIUM magnas summitates habere, MINOR VERO leo. 70b35
MAGNAS ERGO SUMMITATES HABERE OMNI LEONI COMPETIT, SED NON SOLI, FORTITUDO AUTEM OMNI MAGNAS SUMMITATES HABENTI CONVENIT, ET CUM EO convertitur, ALIOQUIN NON ESSET unum unius signum.

8. TRANSLATIO ARGYROPULI PRIOR (*Ja*) capitum I.1-7 (usque ad 29b29) : e codice manu scripto Oxoniensi Bodleiano, Canon. Class. lat. 277.

Primum dicere oportet circa quid cuiusque nostra consideratio est ; 24a10
quippe circa demonstrationem ac demonstrativae scientiae est ; deinde diffiniendum est quid propositio sit, quid terminus, quid ratiocinatio, quaeque perfecta, quae item imperfecta ratiocinatio sit ; postea quid sit in toto esse aut non esse alterum altero, quid denique intelligimus cum de quolibet atque de nullo praedicari quippiam dicimus. 24a15

Propositio itaque oratio affirmativa aut negativa alicuius de aliquo est ; haec vero aut universalis aut particularis aut indefinita est. Universalis, cum cuilibet vel nulli inesse, particularis cum alicui vel non alicui vel non cuilibet aliquid inesse dicitur, indefinita cum esse aut 24a20
non esse absque universali signo particularique profertur, veluti scientia contrariorum eadem est, voluptas bonum non est. Inter autem demonstrativam disputativamque propositionem hoc interest, quod demonstrativa quidem alterius partis contradictionis acceptio est (cum non interroget qui demonstrat, sed dumtaxat accipiat). Nempe 24a25
et is qui demonstrat et is qui interrogat, cum de aliquo quippiam dici

aut non dici summet [*sic*] aeque ratiocinari videtur. Quare ratiocinativa quidem propositio simpliciter affirmatio aut negatio est, demonstra-
24b10 tiva vero tum est cum vera est per primasque suppositiones accipitur, disputativa autem, cum interrogatur, contradictionis interrogatio, cum ratiocinatur, verisimilis probabilisque assumptio est, quemadmodum in Topicis diximus. Quid igitur propositio sit atque quo differant ratiocinativa, demonstrativa disputativaque propositio deinceps
24b15 diligentius plane considerabimus ; nunc satis pro praesenti usu de his dictum sit.

Terminum autem appello eum in quem resolvitur propositio, veluti praedicatum atque illum quo de id praedicatur esse aut non esse adiuncto ac diviso. Ratiocinatio est oratio in qua quibusdam positis
24b20 alterum quid ab eis quae posita sunt, cum haec sint, necessario sit. Dictum est cum haec sint, cum illud ob ista fiat ; ob ista autem fit, cum nullo alio termino foris opus sit praeter ista, quo necessarium fiat. Perfectam ratiocinationem appello quae nullius indiget rei praeter
24b25 accepta ut necessarium videatur, imperfectam autem quae uno vel pluribus indiget, quae quidem tamen, et si necessaria per suppositos terminos sunt, non tamen per positiones accepta sunt. In toto alterum altero esse ac de quolibet altero alterum praedicari eadem possunt. Verum de quolibet dicimus cum nihil subiecti prorsus accipiendum
24b30 est quo de alterum non ; idem intelligendum de illo etiam est.

29b19 Tertiae autem ratiocinationes figurae, cum universalibus terminis constant, per illas statim universales primae figurae, cum altero particulari vertuntur, per ratiocinationes particulares eiusdem figurae perficiuntur ; at hae ratiocinationes in illas sane reductae sunt, quapropter universe quoque figurae tertiae ratiocinationes universales primae figurae non iniuriae [*sic*] reducentur.

29b26 Ratiocinationes igitur quae esse aut non esse pro hanc quoque [*sic*] ostendunt, dictum est quomodo se habent, et in unaquaque figura per se, et ad invicem etiam, cum alterius modi figurae ad modos alterius comparantur. [Hic desinit translatio.]

9. Translatio Argyropuli altera (*Ia*) capitum I.1-7 (usque ad 29b29) : ex editione Veneta, 1496.

24a10 Prima [*edd. post.* primo] dicere oportet circa quid et cuiusnam sit haec praesens consideratio, atque est circa demonstrationem et est scientiae demonstrandi ; deinde definire quid sit propositio, quid terminus, quid ratiocinatio, et quaenam sit perfecta et quae imperfecta ; postea vero quid sit in toto aut esse aut non esse, et quid intelligimus
24a15 cum de omni vel nullo quippiam dicimus praedicari.

Est itaque propositio oratio affirmativa vel negativa de quopiam

alicuius ; haec autem oratio aut universalis est aut particularis aut indefinita. Atque universalem dico cum quippiam omni vel nulli cuipiam competere dicitur, particularem autem cum alicui inesse vel cuipiam non competere aut non omni inesse asseritur, indefinitam cum 24a20
competere aut non competere sine universali aut particulari dicitur signo, quale est contrariorum unam scientiam esse, aut voluptatem non esse bonum. A disserendi autem propositione demonstrativa propositio differt ; nam haec quidem partis alterius est acceptio contradictionis (qui namque demonstrat non interrogat, sed sumit), dis- 24a25
serendi vero propositio interrogatio est contradictionis. Atque nihil utique refert ad utrumque rationem conficiendam ; nam et hisce qui demonstrat et is etiam qui interrogat, sumpto quippiam inesse aut non ⟨in⟩esse cuipiam, ratiocinatur. Quare ratiocinandi quidem propositio simpliciter est affirmatio de quopiam alicuius aut negatio, quemadmodum diximus ; demonstrandi autem si vera et per primas sumpta sit suppositiones ; at disserendi propositio interroganti quidem 24b10
contradictionis est interrogatio, ratiocinanti vero eius est acceptio quod verisimile probabileque esse videtur, ut est in Topicis dictum. Quid igitur sit propositio, et quonam differat ratiocinandi et demonstrandi disserendique propositio diligentius quidem exactiusque posterius explicabitur ; nunc vero pro usu praesenti satis est a nobis deter- 24b15
minatum.

Terminum autem eum appello in quem resolvitur propositio, ut praedicatum et id de quo praedicatur, ipso esse aut non esse addito vel diviso. Ratiocinatio est oratio in qua quibusdam positis aliud quippiam ab his quae posita sunt cum haec ipsa sint necessario evenit. Atque 24b20
per illud 'cum haec ipsa sint' ob haec evenire dico ; per hoc autem intelligo nullo foris insuper esse termino ut necessarium fiat. Perfectam igitur eam ratiocinationem appello quae nullius indiget rei praeter ea quae sumpta sunt ut ipsum necessario videatur ; imperfectam autem eam quae unius vel plurium indiget, quae necessaria quidem sunt 24b25
per terminos ipsos subiectos, non tamen sunt sumpta per propositiones. In toto autem quopiam esse quippiam : et de omni quopiam quippiam praedicari idem significat. Atque tum de omni dicimus quippiam praedicari cum nihil potest subiecti sumi de quo alterum non dicetur ; idem 24b30
intelligendum est et cum de nullo dicimus quippiam praedicari.

Figurae vero tertiae ratiocinationes, si universales quidem sint 29b19
termini, per universales continuo ratiocinationes primae figurae perficiuntur ; sin vero particulares sumantur, per ratiocinationes particulares eiusdem primae figurae perficiuntur ; at hae ratiocinationes ad illas iam sunt reductae, quare et ratiocinationes particulares figurae tertiae ad easdem utique reducuntur. Patet igitur omnes ratiocinationes ad universales ratiocinationes figurae primae reduci. 29b25

Ratiocinationum igitur eae quae demonstrant esse atque non esse dictae sunt, quomodo sese habent et per seipsas quae sunt ex eadem figura, et inter sese quae sunt ex diversis figuris. [Hic desinit Argyropuli translatio in libris impressis].

10. Translatio 'Niphi' (*Nu*) capitum I.5-26 * : ex editione Neapolitana, 1526. [*Litteris obliquis* concordantia cum translatione altera Argyropuli indicatur].

27a25 ...terminis non fit conclusio necessaria.

Cum autem *medium ipsum ad alterum extremorum sumatur universaliter* ; siquidem ad maius universale *ipsum collocetur* sive affirmativum sive negativum, ad minus vero *particulare atque opposito modo* ipsi universali sumptum sit, necesse est syllogismum negativum particularem esse (dico autem *opposito modo hoc pacto, ut* si universale *sit*
27a30 negativum particulare sit affirmativum ; vel si universale sit affirmativum, particulare sit negativum)...

29b19 *Syllogismi* vero tertie figure, si universales quidem sint termini, per universales continuo *syllogismos* prime figure perficiuntur ; sin vero particulares sumantur, per *syllogismos* particulares eiusdem prime figure perficiuntur ; at *tales syllogismi* ad *illos* iam sunt *reducti*, quare et *syllogismi* particulares figure tertie ad *eosdem profecto* reducuntur.
29b25 *Perspicuum* igitur *est* omnes *syllogismos* ad universales prime figure *syllogismos* reduci.

Syllogismorum igitur *hii qui* esse *vel* non esse *indicant, dicti* sunt *quonam* modo sese habent, et per se *ipsos qui* ex eadem sunt figura, et inter *se qui* ex diversis sunt figuris.

29b30 Cum vero ipsum inesse atque etiam necessario inesse et contingenter inesse differant (multa siquidem, non tamen necessario, insunt, multa vero nec necessario nec poenitus competunt, sed contingenter insunt), patet syllogismos cuiusvis horum differre atque non similes habere terminos, quatenus alius ex hiis que necessario insunt, alius ex hiis que insunt, alius ex hiis que contingenter insunt conficitur.

29b36 In hiis igitur que necessario insunt simili sese habent modo perinde atque in hiis que insunt ; similiter enim in ipso inesse atque necessario inesse vel non inesse, et erit et non erit syllogismus ; differunt tamen
30a1 ob ipsum necessario inesse vel non inesse, quod quidem terminis ipsis additur.

43a10 Verum latere omnino non oportet posse sese mutuo destruere et universalia per particularia et particularia per universalia, construere

---

* Exstat 27a25-43a19 tantum, in media recensione *Nh* (vide supra, pp. 000-000).

vero mutuo sese non posse ; quia non universalia per particularia, sed et particularia per universalia bene ; eo quia si omni inest, alicui inesse necesse est. Simul atque cum his destruere quam construere 43a15 facilius esse patet.

Quonam modo igitur omnis conficitur syllogismus, et per quot terminos propositiones vere et quonam pacto sese habeant inter se, insuper etiam problema quale unaquaque in figura qualeve in pluribus atque in paucis quale, ex hiis sit modo ostensum.

11. Translatio Feliciani (*If*) libri prioris : ex editione Veneta, 1542.

Primum dicendum est circa quid et cuius consideratio haec sit, circa 24a10 demonstrationem videlicet eam esse et scientiam demonstrativam ; deinde quid sit propositio, quid terminus, quid ratiocinatio, et quae perfecta et quae imperfecta sit definiendum est ; postea quid in toto esse vel non esse hoc in hoc, et quid de omni vel de nullo praedicari 24a15 dicamus.

Propositio itaque oratio est affirmativa vel negativa alicuius de aliquo, atque haec vel universalis vel particularis vel indefinita. Dico autem universalem cum omni aut nulli inest, particularem cum alicui aut non alicui aut non omni inest, indefinitam cum sine particulari 24a20 aut universali inest aut non inest, ut contrariorum esse eandem scientiam, aut voluptatem bonum non esse. Differt autem demonstrativa propositio a dissertativa in eo quod demonstrativa sumptio alterius membri contradictionis est (qui enim demonstrat non interrogat sed sumit), dissertativa vero seu dialectica est interrogatio contradictionis. 24a25 Quantum autem ad id ut utriuslibet ratiocinatio fiat, in eo vero nulla differentia est ; nam et qui demonstrat et qui interrogat, cum sumat aliquid de aliquo inesse vel non inesse, ratiocinatur. Quamobrem ratiocinativa propositio absolute affirmatio vel negatio alicuius de aliquo, eo modo quo diximus, est ; demonstrativa, si vera sit et ex iis, quae supposita a principio sunt, sumpta fuerit ; dissertativa, cum inter- 24b10 rogat quispiam contradictionis interrogatio, cum ratiocinatur sumptio eius quod apparet et probabile est, quemadmodum in Topicis dictum est. Quid igitur sit propositio, et qua in re ratiocinativa et demonstrativa et dissertativa differant, exacte quidem in sequentibus dicetur ; quantum tamen ad praesentem rem spectat satis nunc a nobis defini- 24b15 tum sit.

Terminum autem voco in quem dissolvitur propositio, ut est id quod praedicatur et id de quo praedicatur, vel apposito vel diviso esse vel non esse. At ratiocinatio est oratio in qua, positis quibusdam, diversum quid ab iis quae posita sunt necessario evenit eo quod haec 24b20 sint. Dico autem eo quod haec sint, id est propter haec evenire ; propter

haec autem evenire, nullo extrinsecus termino indigere ut necessarium efficiatur. Ac perfectam quidem ratiocinationem voco quae nullo alio indiget praeter ea quae sumpta fuerint ad id ut necessarium manifes-
24b25 tetur ; imperfectam vero quae indiget vel uno vel pluribus, quae sunt quidem necessaria quantum ad subiectos terminos attinet, non tamen sumpta in propositionibus sunt. In toto autem esse alterum in altero et de omni praedicari alterum de altero idem est. Dico vero de omni
24b30 praedicari cum nihil e subiecto sumi potest, de quo alterum non dicatur ; et de nullo simili modo.

29b19 Quae vero in tertia figura fiunt, si sint universales termini, continuo per illas primae figurae ratiocinationes perficiuntur ; si particulares sumantur, per particulares ratiocinationes quae in prima figura constituuntur ; at hae ad illas reductae sunt, quare particulares quoque
29b25 quae in tertia figura conficiuntur. Omnes igitur ad ratiocinationes universales primae figurae reduci manifestum est.

Ac ratiocinationes quidem quae vel existere vel non existere aliquid demonstrant, quomodo sese habeant et per se ipsas quae ex eadem figura existunt, et quae ex aliis figuris sunt inter se, dictum iam est.
29b30 Quoniam existere et necessario existere et contingere existere diversum quid est (multa enim existunt, non tamen necessario, alia vero neque necessario neque omnino existunt, sed ut existant contingit), ratiocinationem quoque uniuscuiusque horum diversam, et non ex simili modo se habentibus terminis, sed aliam ex necessariis aliam ex existentibus aliam ex contingentibus futuram esse perspicuum est.
29b36 Atque in necessariis quidem fere simili modo res se habet sicut in existentibus ; eodem enim modo et in existendo et in necessario existendo vel non existendo positis terminis, et erit et non erit ratiocinatio ;
30a1 id tamen intererit, quod necessario existere vel non existere terminis adiungetur.

12. Translatio Rasarii (*Jr*) : ex editione Veneta, 1544.

24a10 Qua in re tractatio haec nostra versetur et quam ad facultatem referatur primum dicamus ; nam in demonstratione versatur et ad scientiam demonstrativam refertur ; deinde quid propositio terminusque et ratiocinatio, quae perfecta quaeque imperfecta sit, definiamus ;
24a15 tum quid in toto esse vel non esse hoc in hoc, quidque de omni vel de nullo dicamus enunciari.

Est igitur propositio alicuius de aliquo aiens vel negans oratio, atque haec vel universalis est vel particularis vel indefinita. Universalem dico cum aliquid aut omni aut nulli inest, particularem cum alicui
24a20 aut non alicui aut non omni inest, indefinitam cum quid absque universali et particulari inest vel non inest, ut eandem esse contrariorum

scientiam, aut voluptatem bonum non esse. Dialectica propositio a demonstrativa differt quod demonstrativa alteram repugnantiae partem accipiat (non enim interrogat sed sumit is qui quicquam demonstrat), dialectica vero sit interrogatio repugnantiae. Verum ad 24a25
ratiocinationem ex utraque gignendam nihil ab illa interest ; nam et qui demonstrat et qui interrogat, cum sumat aliquid de aliquo inesse vel non inesse, ratiocinatur. Quare propositio qua ratiocinatio constituitur, absolute alicuius de aliquo affirmatio est vel negatio, ut dictum est ; demonstrativa est, si vera sit et ex iis, quae posita a princi- 24b10
pio sunt, accepta fuerit ; at dialectica est interrogatio repugnantiae cum quispiam interrogat, cum ratiocinatur, sumptio eius quod apparet et probabile est, quemadmodum in Topicis diximus. Quid igitur propositio sit quidque inter ratiocinativam, demonstrativam, et dialecticam intersit, in sequentibus accurate disseremus ; quantum vero ad prae- 24b15
sentem rem spectat satis nunc a nobis definitum sit.

Terminum voco in quem propositio dissolvitur, ut is qui de subiecto enunciatur isque de quo adiecto vel separato esse vel non esse dicitur. Ratiocinatio est oratio in qua, positis quibusdam, aliud quiddam ab iis quae posita sunt necessario efficitur eo quod haec sunt. Dico autem eo 24b20
quod haec sunt, id est propterea quod haec eveniant ; propterea autem quod haec eveniant, nullius termini extrinsecus ad necessarium efficiendum indigere. Perfectam igitur ratiocinationem voco quae nullius indiget praeter ea quae sumpta fuerint ut necessarium appareat ; imperfectam vero quae unius pluriumve eget quae, quantum ad sub- 24b25
iectos terminos attinet, necessaria quidem sunt, in propositionibus tamen sumpta non sunt. Idem enim est in toto alterum in altero inesse ac de omni alterum altero enunciari ; de omni, inquam, enunciari tum dico cum nihil e subiecto sumi potest de quo alterum non dicatur ; eodem quoque modo de nullo.

Quae vero sunt in tertia ubi universales termini sint, statim per 29b19
primae figurae ratiocinationes perficiuntur ; si autem particulares sumantur, per particulares ratiocinationes quae in prima figura constituuntur ; sed hae ad illas redactae sunt, quo fit ut etiam tertiae figurae particulares ad illas reducantur. Igitur iam perspicuum est omnes in primae figurae universales ratiocinationes reductum iri. 29b25

Quomodo itaque ratiocinationes aliquid inesse vel non inesse colligentes ad eas se habeant quae sunt eiusdem figurae, et inter se ad eas quae alterius figurae sunt, dictum est nobis.

Quoniam inesse et necessario inesse et contingere inesse diversum 29b30
quid est (multa enim insunt, non tamen necessario, alia vero neque necessario neque omnino insunt, sed ut insint contingit), perspicuum est ratiocinationem uniuscuiusque horum esse diversam, neque ex terminis eodem modo se habentibus, sed hanc e necessariis, aliam ex

iis qui insunt, aliam e contingentibus futuram esse planum et apertum est.

29b36 In necessariis igitur fere simili modo sicut in existentibus se res habet ; terminis enim similiter positis et in iis quae insunt et in iis quae ex necessitate insunt vel non insunt, erit et non erit ratiocinatio ;
30a1 tamen intererit quod necessario inesse vel non inesse terminis addetur.

7ob7 Hominum mores naturasque pernoscemus, siquis corpus et animam naturalibus omnibus affectionibus mutari concedat ; nam qui musicen
7ob10 discit, animo quidem nonnihil mutatur, ea tamen affectio ex iis non est quae nobis natura insunt, sed eas affectiones dicemus quales sunt irae et naturalium motionum cupiditates atque appetitiones. Si itaque id unumque unius esse signum detur propriamque uniuscuiusque generis affectionem, et signum sumere queamus, naturas cognoscere poterimus. Nam siqua affectio alicui individuo propria ac peculiaris
7ob15 insit, quemadmodum leonibus fortitudo, aliquod etiam signum sit necesse est ; illud enim ipsum simul affectum esse statutum est. Sitque id extrema magna habere, quod totis aliis generibus inesse minime contingit. Hac sane ratione signum proprium est, quoniam totius
7ob20 generis affectio propria sit, nec solius propria, ut dicere solemus. Atqui hoc etiam in alio genere inerit, homoque fortis erit et aliud praeterea animal forte comperietur. Signum igitur habebit ; unum enim unius signum est. Igitur si haec ita sint, eiusmodique signa in iis animalibus colligere poterimus quae unam aliquam propriam affec-
7ob25 tionem tantum habeant (una enim quaeque signum habet), cum unum habeat necesse sit, naturas cognoscendi nobis facultas erit. Quod si universum genus duo propria complectitur, ut leo qui fortitudinem et amplitudinem habet, quomodo utrum eorum signorum quae sequuntur utrius proprie signum sit cognoscemus ? An si ambo alicui non toti, et in quibus non universis utrumque insit quando hoc quidem habeat,
7ob30 illud vero non habeat ? Nam si fortis sit et liberalis non sit, alterumque ex duobus habeat, hoc in leone fortitudinis fore signum patet.

In prima autem figura, propterea quod medium cum priori extremitate reciprocetur tertiamque superet et non reciprocetur, naturas
7ob35 cognoscere licebit ; verbi causa, sit A fortitudo, B extrema magna habere, C leo. Omni igitur cui C inest, et eidem et aliis B inerit. At cui B, A omni, non tamen pluribus, inerit, verum reciprocatur ; quod si non fiat, unum unius non fore signum censeo.

13. Translatio Philalthaei (*Lp*) capitum I.1-7 : ex editione Veneta, 1544.

24a10 Principio qua de re et cuius gratia haec institutio suscipiatur dicendum est, quoniam de demonstratione et scientiae demonstrativae

causa tradenda est ; postea quid sit propositio, quid terminus, quid ratiocinatio, quae etiam perfecta quaeque imperfecta statuemus ; ac deinde quid sit in universo esse vel non esse, et quid illud sit quod de omni re vel nulla enunciatur. 24a15

Itaque a propositione ordiamur, quae sane oratio est affirmativa vel negativa alicuius de aliquo ; haec item vel est de universa re vel de certa parte vel indefinita. Dico sane de universa re propositionem quae aliquid vel de omni vel de nulla re enunciat ; praeterea illam de certa signataque parte appello, quae alicui aut non alicui aut non omni aliquid adesse deesseque significat ; indefinitam statuo illam propositionem quae nec de universa re nec de certa parte sed solum de re 24a20 aliquid affirmat vel negat, quemadmodum dicimus contrariorum eandem scientiam esse, vel voluptatem non esse bonum. Caeterum propositio demonstrativa a dialectica propterea internoscitur quod illa sumit alteram repugnantiae contradictionisve partem (nam veri concludendi artifex nihil interrogat sed sumit), at dialectica oratio 24a25 interrogatio est contradictionis. Et quamquam una ab altera (ut diximus) dissideat, ad coagmentandam tamen ratiocinationem non dissentiunt ; etenim aeque ratiocinatur qui interrogat ac qui demonstrat, cum uterque vel aliquid de aliquo affirmet vel neget. Quocirca propositio ratiocinationi apta eo sane quo diximus modo est simpliciter affirmatio vel negatio alicuius de aliquo vel alicuius ab aliquo, demonstrativa itidem, si addas ut praeterea vera sit et hausta ex his quae principio rata firmaque habentur ; dialectica quoque apud interrogan- 24b10 tem praecipue contradictionis interrogatio est, sed apud eum qui ratiocinatur eadem propositio assumptio est eius, ut nobis dictum est libro de locis argumentorum, quod videtur et probabile est. Quid itaque propositio sit et quo differant hae, videlicet ratiocinationi apta, demonstrativa, dialectica, accurate quidem aliis in libris persequar, sed quantum 24b15 praesens usus desiderabat nunc illa satis arbitror nobis tractata fuisse.

Terminum voco in quem dissolvitur propositio, quemadmodum est enunciatum et id de quo enunciatur, sive addas sive dividas verbum est vel non est. Ratiocinatio est oratio quae, positis quibusdam, ex necessitate aliquid, quamquam ab illis diversum, attamen propter haec ipsa concludit. Aio, inquam, propter haec ipsa, quoniam per ea 24b20 concluditur ; equidem propter illa conclusio sequitur, cum nullum extrinsecus terminum praeterea desideret ut necessario sequatur. Nunc porro perfectam voco ratiocinationem quae, quo videatur necessaria, nihil praeter recepta desiderat ; imperfectam deinde dixerim quae uno vel pluribus eget quae necessaria sunt, non propter propo- 24b25 sitiones sed ob subiectos terminos. Alterum esse in altero velut in universo et de omni enunciari idem esse censeo. De omnni enunciari aio cum nihil sit subiecti sumere de quo alterum non enunciatur ; 24b30 itidem de nullo dicendum est.

29b19 Ratiocinationes tertiae figurae, si termini fuerint de universa re, illico perficiantur per ratiocinationes illas quae sunt in prima figura ; cum vero de parte sumpti fuerint, per ratiocinationes de parte in prima figura perficiuntur ; qui cum reducti sint ad illos duos primos, itaque ii tertiae figurae de parte reducentur ad eosdem. Palam est itaque ut
29b25 omnes revocentur et reducantur ad primas duas ratiocinationes concludentes de universa re.

Quomodo itaque se habeant ratiocinationes quae concludunt affirmativam vel negativam conclusionem, cum per se in sua figura tum in diversis figuris inter se comparatae, nobis dictum est.

14. Translatio Perionii (*Ip*) : ex editione Parisina, 1548.

24a10 Primum dicendum est qua in re versetur quaque de re sit ea quam instituimus disputatio, eam scilicet in demonstratione versari artisque demonstrandi aliquidque necessaria ratione concludendi praecepta tradere ; deinde exponendum est quid sit propositio, quid verbum, quid ratiocinatio, quae absoluta et perfecta, quae imperfecta sit ; tum quid sit hoc in illo toto intelligi aut non intelligi, quidque appellemus
24a15 in universo genere aut in nulla parte dici.

Igitur propositio oratio est qua aliquid alteri convenire aut confirmamus aut negamus ; haec aut generalis est aut specialis aut indefinita. Dico autem generalem cum universo generi aut nulli generis parti aliquid convenire dicitur ; specialem autem cum aut alicui generis parti aut non alicui aut certe non omni convenire ; indefinitam vero
24a20 cum vel convenire vel non convenire sine illo universe vel ex parte, veluti contrariorum eandem esse disciplinam, vel voluptatem non esse bonum. Hoc autem interest inter eam propositionem quae necessario aliquid probat et eam quae probabiliter, quod ea quae necessario probat alterius repugnantiae partis sumptio est (neque enim qui demonstrat necessariaque ratione aliquid concludit, interrogat, sed
24a25 assumit), ea autem quae probabiliter docet dialecticorumque propria est, repugnantiae est interrogatio. Nihil autem intererit ad conficiendam tractandamque utriusque ratiocinationem ; nam et is qui demonstrat et is qui interrogat concludunt, sumpto illo, aliquid alteri convenire aut non convenire. Ita fit ut quae valet ad aliquid concludendum propositio omnino sit oratio, qua aliquid in aliquo inesse vel ait quis vel negat, eo modo quem diximus ; ea autem ad demonstrandum va-
24b10 lebit quae et vera erit et ex iis quae initio sunt posita sumetur ; quae vero ad disserendum valet, ea, si interroget disputator, repugnantiae interrogatio est, sin ratiocinationem conficiat, eius quod et videtur et est probabile, quemadmodum in Topicis diximus, assumptio. Ac propositio quidem quid sit, et quid inter se differant eae quae ad concludendum adhibentur, tum ea qua aliquid necessario, tum ea qua

probabiliter concluditur, accurate deinceps docebimus, ad id autem 24b15
quod nunc agimus haec satis accurate sunt a nobis explicata.

Verbum autem dico id in quod propositio desinit, cuiusmodi est tum id quod dicitur, tum id in quo aliud dicitur, adiuncto verbo esse vel non esse aut etiam separato. Ratiocinatio vero est oratio ex qua, quibusdam positis et concessis, aliquid aliud ob eam causam quia 24b20
haec sunt necessario efficitur. Illud autem, quia haec sunt, idem valet quod quia ex his efficitur ; ex his vero effici est nullum aliud verbum extrinsecus ad rem necessariam faciendam desiderare. Ac perfectam quidem ratiocinationem voco eam quae praeter ea quae sumpta sunt nihil aliud requirit ut res necessaria videatur ; imperfectam autem eam quae unum plurave desiderat quae sunt illa quidem necessaria 24b25
propter proposita vocabula, sed tamen non sumpta sunt in propositionibus. In universo autem genere alterius alterum inesse idem declarat quod alterum de toto alterius genere dici. Et de toto genere dici est ita dici ut nihil eorum quae rei subiectae et propositae conveniant sumi possit, in quo alterum non intelligatur ; quod eodem modo iudicandum est de illo, de nullo generis parte dici.

Eae autem quae in tertia universum genus complectuntur statim 29b19
illis ipsis ratiocinationibus quae primae formae sunt absolvuntur suis partibus, et speciales eiusdem specialibus ; hae autem ad illas redactae revocataeque sunt ; ita etiam speciales tertiae formae collocationes. Ex quo perspicuum est omneis revocatum iri ad primae formae generales 29b25
et universas ratiocinationes.

Atque eae quidem ratiocinationes quae convenire aut non convenire ostendunt, quemadmodum affectae sint et inter se eae quae eiusdem sunt formae et ad alias eae quae aliarum sunt formarum, diximus.

Quoniam autem aliud est convenire, aliud necessario convenire, aliud 29b30
posse convenire (multa enim conveniunt sed non necessario, alia autem nec necessario nec omnino conveniunt, sed possunt convenire), profecto uniuscuiusque horum ratiocinatio alia sit verbaque non eodem modo inter se affecta sint necesse est, verum una ex simplici verbo, altera ex eo quod necessarium est, tertia ex iis quae fieri possunt.

Ac earum quidem quae ex eo quod necesse est constant eadem fere 29b36
ratio est, quae earum quae sunt ex verbo simplici quod rem omnino convenire declarat ; si enim eodem modo verba collocentur et in iis quae ex verbo simplici et in iis quae ex eo quod necessarium est convenire aut non convenire constant, tum sequetur tum non sequetur conclusio, nisi quod huius totius necesse est convenire aut non convenire adiectione different.

Naturae autem moresque animantium ita denique pernosci possunt 70b7
si quis det animum una mutari cum corpore a naturalibus affectioni-

70b10 bus ; profecto enim qui musicam didicit eius in animo commutatio quaedam secuta est, sed tamen non est haec affectio earum quae nobis a natura sunt insitae, sed quasi irae quaedam et cupiditates naturalium motionum. Quod si et hoc datum sit, et unum unius signum esse nosque suam et propriam cuiusque generis affectionem signumque sumere possimus, profecto naturas moresque poterimus pernoscere. 70b15 Si enim proprie alicui generi individuo affectio data est, ut leonibus fortitudo, sit aliquod signum necesse est ; haec enim duo consentire et conspirare inter se positum est. Sitque hoc magnam iubam habere ; quod in aliis generibus et si non in totis inesse potest. Signum enim sic proprium est quod universi generis propria est affectio, nec solum 70b20 propria ut soliti sumus dicere. Itaque in alio etiam genere idem perspicitur eritque homo fortis et aliud aliquod animal. Signum igitur habebit ; unum enim erat unius. Si igitur haec sint posita, poterimus etiam talia signa colligere in iis animalibus quae unam aliquam tantummodo propriam habent affectionem, unumquodque autem signum notamque 70b25 habet, et quoniam unum necesse est esse, naturas pernoscere poterimus. Quod si duas proprietates universum genus habeat, ut leo fortis est et propensus ad largiendum, quo tandem modo cognoscemus utrum signum utrius sit earum notarum quae proprie consequuntur ? An si in alio aliquo genere non toto et in multis non universis utraque nota reperiatur, tum cognoscemus cum unam quidem notam habebit, 70b30 alteram autem non habebit ? Si enim fortis sit, non etiam liberalis, horumque duorum hoc habeat, perspicuum est etiam in leone hanc notam esse fortitudinis.

Ex notis autem naturarum et morum in prima forma concludere est ita verba collocare ut medium et primum verbum reciprocentur, medium autem latius quam tertium pateat, non ipsa reciprocentur, 70b35 veluti sit, verbi causa, A fortitudo, iuba magna B, et C leo. Certe cui C, ei etiam B omni convenit, etiam si aliis. Cui autem B, ei etiam toti convenit, non pluribus, sed reciprocantur ; sin minus, una unius nota non erit.

15-16. Translatio Durii (recensio prior Gruchii, *Fd*), ex editione Parisiensi, 1551-1552 ; et 'Translatio Gruchii' (translationis Durianae recensio posterior Gruchii, *Dg*), ex editione Parisina, 1567. [Recensionis posterioris varietas minoribus litteris inter uncos quadratos inclusa est ; prioris verba reiecta *litteris reclinatis* indicantur].

24a10 Initio dicendum videtur quid sit in quo *posita est instituta disputatio* [versatur haec nostra commentatio] quaque de re sit suscepta ; versatur autem in demonstratione ac de demonstrandi *arte* [scientia] est instituta ; tum explicandum nobis est quid sit propositio, quid extremum, quid ratiocinatio, cuiusmodi sit tum quae perfecta tum quae

imperfecta dicitur ; demum quidnam sit quidpiam in toto aliquo esse aut non esse quidque appellemus aliquid de aliquo omni aut nullo dici. 24a15

Est igitur propositio oratio quae aliquid de aliquo affirmat aut negat, idque aut in toto aut in parte aut indefinite. In toto autem dico cum quid aut omni aut nulli inesse dicitur ; cum vero alicui vel non alicui vel non omni, id particulare appello ; quod si inesse aut non inesse 24a20 dicitur absque universali aut particulari nota, indefinitum id voco, cuiusmodi haec sunt, *adversa eadem arte continentur* [adversorum eadem est scientia], voluptas non est *bona* [bonum]. Eo autem differt demonstrativa propositio a dialectica quod illa est ex aientibus et negantibus unius partis assumptio (quippe ut confessum sumit qui demonstrat, nihil rogat), dialectica propositio *quaestio* [interrogatio] est utramque 24a25 contradictionis partem complexa. At quod attinet ad ratiocinationem ex utravis struendam nullum inter eas est discrimen ; nam et qui demonstrat et qui rogat ita ratiocinatur uterque ut quid cuique inesse vel non inesse prius sumpserit. Ita propositio *ratiocinationis* [syllogistica] affirmatio est vel negatio [+ simpliciter] cuiusdam de alio, eo quo diximus modo ; demonstrativa autem tum demum est cum vera fuerit et per *prima initia* [initio positas hypotheses] confirmata et sumpta ; 24b10 dialectica vero propositio, quod ad eum attinet qui rogat, *quaestio* [interrogatio] est contradictionis, quod autem ad eum qui ratiocinatur, est assumptum quid apparens aut probabile, quemadmodum in Topicis exposuimus. Sint igitur haec, quod ad rem praesentem attinet, de 24b13 propositione satis quid unquam illa sit, quo differat ea quae *ratiocinationi adhibetur* [ratiocinativa dicitur] a demonstrativa et dialectica, hae item inter se ; diligentius enim de his *in progressu* [postea] disseremus.

Extremum [terminum] vero id appello in quod *resolvitur* [dissolvitur] propositio, *cuiusmodi est* [nempe] id quod de alio dicitur idque de quo illud dicitur, seu adijciatur seu tollatur illud, esse vel non esse. Ratiocinatio vero est oratio in qua nonnulla ita ponuntur ut diversum quid ab iis necessario efficiatur, quia ea ita sint. Quod postremum 24b20 indicat [+ propter illa hoc effici ; hoc vero est] nullo extremo egere externo ut necessaria sit consequutio. Perfectam vero ratiocinationem eam appello quae nulla alia re eget praeter ea quae in ea sumpta sunt, quo colligendi necessitas sit evidens ac perspicua ; imperfectam quae una re aut pluribus eget, quae etiam si ad extrema *concessa et substrata* 24b25 [quae subiecta sunt] consequantur necessario, non sunt tamen illae in propositionibus expressae. Est autem res eadem quidpiam in aliquo toto esse et quidpiam de alio omni dici, nempe cum nullam subiecti partem reperias in qua *praedicatum* [attributum] non vere dicatur ; eo- 24b30 dem pacto intelligendum est de nullo aliquo dici.

Quae vero in tertia figura struuntur, si extrema universa sint, conti- 29b19 nuo per ratiocinationes illas primae figurae perficiuntur ; quod si in

parte sint extrema, ad syllogismos eos referuntur qui in parte colligunt per primam figuram ; hos vero ad illos referri docuimus, quare referentur quoque qui in parte struuntur per tertiam figuram. Hinc igitur
29b25 plane constat ratiocinationes omnes ad eas referri *debere* [posse] quae universim fiunt in prima figura.

Atque ita hucusque nobis expositum est quae sit dispositio, vis et natura earum ratiocinationum quae aliquid esse vel non esse colligunt, seu per se in sua quaeque figura cernantur seu ex diversis figuris simul comparentur.

29b30 At vero quia diversa sunt haec, inest, necessario inest, accidit inesse (permulta enim insunt illa quidem, non tamen necessario, alia nec necessario insunt nec re ipsa omnino insunt, inesse tamen possunt), perspicuum est inde ratiocinationes ex iis singulis confectas diversas esse extremaque in iis non eodem modo se habere, *quin alia* [sed alias] ex necessariis *constat, alia* [constare, alias] ex absolutis, *alia* [alias] ex contingentibus.

29b36 In necessariis igitur eodem ferme modo res se habet ac in absolutis ; si enim eodem modo collocentur extrema, tum in iis quae inesse tum in iis quae necessario inesse quid aiunt vel negant, modo conficietur ratiocinatio, modo non conficietur ; hoc tantum differunt quod extremis adijcitur necessario inesse vel non inesse.

7ob7 Potest autem fieri ut conijciatur natura et ingenium si quis concedat naturales affectiones corpus simul cum anima immutare ; nam
7ob10 qui musicam edoctus est animo fortasse est immutatus, at ea affectio non est ex earum numero quae nobis naturales sunt, sed aliae potius cuiusmodi sunt iracundia, *concupiscentia naturalium mutationum* [cupiditas quae naturales motiones sunt]. Profecto si quis hoc concesserit et unius rei unum esse signum, et accipere possimus suam cuiusque generis affectionem ac signum, naturam coniectare poterimus. Nam
7ob15 si alicui generi uni sua est et propria affectio, ut in leonibus fortitudo, necesse est quoddam esse signum, quippe cum sit confessum ea sese mutuo afficere. Sit igitur illud quod ingentes habent membrorum extremitates, id quod in aliis quidem generibus reperitur sed non totis. Nam ita demum signum est proprium quia affectio totius generis
7ob20 propria est, non unius tantum, quomodo loqui solemus. Sane id in alio genere inerit, eritque homo fortis, item et quodpiam aliud animans. Habebit igitur signum illud ; unius enim rei unum esse signum diximus. Si igitur haec ita habent, et in animantibus huiuscemodi quae affectionem unam propriam habent ea signa colligere poterimus, una-
7ob25 quaeque autem affectio suum habet signum, quandoquidem unum habeat necesse est, profecto naturam ac ingenium coniectare poterimus. Sin totum genus duas habeat affectiones proprias, quemadmodum leo et fortis est et *sauciabilis* [sociabilis], quo pacto cognoscemus ex

signis illis proprie consequentibus utrum utrius sit signum ? An si in alio quodam non toto ambo sint, et in quibus non totis utrumque insit cum unum habeat, alterum non item ? Nam si fortis sit nec liberalis, et 70b30
ex duobus hoc habeat, constat id in leone signum esse fortitudinis.

Coniectatur autem natura et ingenium in prima figura cum medium cum priori extremo reciprocatur et excedit tertium nec cum eo commeat ; verbi causa, sit A fortitudo, extremitates magnae in B, leo in 70b35
C. Profecto in quo est C, in eo toto est B, item et in aliis. In quo autem est B, in eo toto est A nec in pluribus dicitur, sed retrovertitur ; alioqui non esset unius rei unicum signum.

17. Editio Carpentarii (*Ic*) : ex editione Parisiensi, 1567-8. [Quae a recensione priore Durii-Gruchii differunt *litteris reclinatis* significantur].

Primum dicendum *circa quid et de quo haec inquisitio* ; versatur 24a10
autem *circa* demonstrationem ac de demonstrandi arte est instituta ; tum *definiendum* quid sit propositio, quid extremum, quid ratiocinatio, *et* quae perfecta, quae imperfecta ; *post haec autem* quidnam sit quidpiam in toto aliquo esse aut non esse, quidque appellemus de omni aut de nullo dici. 24a15

Est igitur propositio *ratio* quae aliquid de aliquo affirmat aut negat ; idque aut in toto aut in parte aut indefinite. In toto autem dico cum quid aut omni aut nulli inesse dicitur ; cum vero alicui vel non alicui vel non omni, id particulare appello ; quod si inesse aut non inesse 24a20
dicitur absque universali aut particulari nota, indefinitum id voco, *ut contrariorum eandem esse scientiam, aut voluptatem non esse bonam.* Eo autem differt demonstrativa propositio a dialectica quod illa est *alterius partis contradictionis sumptio (non enim interrogat sed sumit qui demonstrat), at dialectica interrogatio est contradictionis. Sed* quod 24a25
attinet ad ratiocinationem ex utravis struendam nullum inter eas est discrimen ; nam et qui demonstrat et qui *interrogat* ratiocinatur *sumens aliquid* inesse *alicui* vel non inesse. Ita propositio ratiocinationis simpliciter affirmatio est vel negatio cuiusdam de alio, eo quem diximus modo ; demonstrativa autem, *si* vera *sit* et sumpta *ex suppositionum* 24b10
principiis ; dialectica vero *percontanti quidem* interrogatio est contradictionis, *ratiocinanti vero sumptio eius quod apparet vel* probabile *est,* quemadmodum in Topicis exposuimus. Sint igitur haec, quod ad rem 24b13
praesentem attinet, de propositione satis, quid unquam illa sit, quo differat ea quae ratiocinationi adhibetur a demonstrativa et dialectica, hae item inter se ; diligentius enim de his in progressu disseremus.

Extremum vero id appello in quod resolvitur propositio, cuiusmodi 24b16
est id quod de alio dicitur idque de quo illud dicitur, seu adiiciatur seu tollatur illud, esse vel non esse. Ratiocinatio vero est oratio in qua, *quibusdam positis,* diversum quid ab iis necessario *efficitur* quia 24b20

ea sunt. *Dico autem quia ea sunt,* propter ea effici ; propter ea autem effici, nullo externo egere extremo ut necessaria sit consecutio. Perfectam vero ratiocinationem eam appello quae *nullo alio* eget praeter ea quae sumpta sunt quo colligendi necessitas sit evidens ac perspicua ;
24b25 imperfectam quae *uno* aut pluribus eget quae *sunt quidem necessaria ratione extremorum,* non sunt tamen in propositionibus *sumpta.* Est autem res eadem quidpiam in aliquo toto esse et quidpiam de alio
24b30 omni dici, nempe cum nullam subiecti partem reperias in qua praedicatum non vere dicatur ; eodem pacto intelligendum est de nullo aliquo dici.

29b19 Quae vero in tertia figura struuntur, si extrema universim *sumantur,* continuo per ratiocinationes primae figurae perficiuntur ; quod si in parte extrema *sumpta* sint, ad *eas* referuntur *quae* in parte colligunt per primam figuram ; *has* vero ad *illas* referri docuimus, quare *ad easdem* referentur quoque *particulares figurae tertiae.* Hinc igitur plane
29b25 constat ratiocinationes omnes ad eas *revocari* quae universim fiunt in prima figura.

Atque ita hucusque nobis expositum est quae sit dispositio, vis, et natura earum ratiocinationum quae aliquid esse vel non esse colligunt, seu per se in sua quaeque figura cernantur seu ex diversis figuris simul comparentur.

29b30 At vero quia diversa sunt haec *inesse,* necessario *inesse, contingere* inesse (permulta enim insunt illa quidem, non tamen necessario, alia nec necessario insunt nec re ipsa omnino insunt, inesse tamen possunt), perspicuum est inde ratiocinationes ex iis singulis confectas diversas esse, extremaque in iis non eodem modo se habere, quin alia ex necessariis constat, alia ex absolutis, alia ex contingentibus.

29b36 In necessariis igitur eodem ferme modo res se habet ac in absolutis ; si enim eodem modo collocentur extrema tum in iis quae inesse tum in iis quae necessario inesse quid aiunt vel negant, modo conficietur
30a1 ratiocinatio, modo non conficietur ; hoc tantum differunt quod extremis adiicitur necessario inesse vel non inesse.

70b7 Potest autem fieri ut coniiciatur natura et ingenium, si quis concedat *in naturalibus affectionibus* corpus simul cum anima *immutari ;* nam
70b10 qui musicam edoctus est, animo fortasse est immutatus ; at ea affectio non est ex earum numero quae nobis naturales sunt, sed aliae potius cuiusmodi sunt *ira,* concupiscentia naturalium mutationum. Profecto si quis hoc concesserit et unius rei unum esse signum, et accipere possimus suam cuiusque generis affectionem ac signum, naturam
70b15 coniectare poterimus. Nam si alicui generi uni sua et propria affectio, ut in leonibus fortitudo, necesse est quoddam esse signum, quippe cum sit confessum ea sese mutuo afficere. Sit igitur illud, quod ingentes

habent membrorum extremitates, id quod in aliis quidem generibus reperitur sed non totis. Nam ita demum signum est proprium quia affectio totius generis propria est, non unius tantum, quo modo loqui 70b20
solemus. Sane id in alio genere inerit eritque homo fortis, item et quodpiam aliud *animal*. Habebit igitur signum illud ; unius enim rei unum esse signum diximus. Si igitur haec ita habent, et in animantibus huiuscemodi quae affectionem unam propriam habent ea signa colligere poterimus, unaquaeque autem affectio suum habet signum, quandoquidem unum habeat necesse est, profecto naturam ac inge- 70b25
nium coniectare poterimus. Sin totum genus duas habeat affectiones proprias, quemadmodum leo et fortis est et sociabilis, quo pacto cognoscemus ex signis illis proprie consequentibus utrum utrius sit signum ? An si in alio quodam non toto ambo sint, et in quibus non totis utrumque insit, cum unum habeat, alterum non item ? Nam si 70b30
fortis sit nec liberalis, et ex duobus hoc habeat, constat id in leone signum esse fortitudinis.

Coniectatur autem natura et ingenium in prima figura cum medium cum priori extremo reciprocatur et excedit tertium nec cum *hoc reciprocatur ;* verbi causa, sit A fortitudo, extremitates magnae in B, 70b35
leo in C. Profecto in quo est C in eo toto est B, item et in aliis. In quo autem est B, in eo toto est A nec in pluribus dicitur, sed *reciprocatur* ; *alioquin* non esset unius rei unicum signum.

18. Translatio Rubi (*Ih*) : ex editione Duacensi, 1564.

Primum dicendum circa quid et cuius sit haec tractatio, quod vi- 24a10
delicet circa demonstrationem et disciplinae demonstrandi ; deinde definiendum quid sit propositio, quid terminus, quid syllogismus, quisque perfectus, quis imperfectus ; post haec quid hoc in illo toto esse aut non esse, et quid vocemus de omni dici aut de nullo. 24a15

Propositio igitur est oratio affirmativa aut negativa alicuius de aliquo ; haec autem universalis est aut particularis aut indefinita. Universalem voco quae omni aut nulli inesse significat, particularem quae alicui aut non alicui aut non omni inesse significat, indefinitam quae inesse aut non inesse sine universali aut particulari, ut contra- 24a20
riorum eadem est disciplina, aut voluptas non est bonum. Differt autem apodictica propositio a dialectica, quod apodictica sumptio sit alterius partis contradictionis (non enim interrogat sed sumit qui demonstrat), at dialectica interrogatio est contradictionis. Sed nihil 24a25
interert ad conficiendum utriusque syllogismum ; nam et interrogans et demonstrans syllogismo concludit, sumens aliquid alicui inesse aut non inesse. Ita fit ut syllogistica propositio omnino sit affirmatio aut negatio alicuius de aliquo eo quem diximus modo. Erit autem apodictica, si et vera sit et ex iis sumpta quae initio sunt posita ; 24b10

dialectica vero interroganti est contradictionis interrogatio, ratiocinanti sumptio apparentis et probabilis, ut dictum est in Topicis. Quid igitur propositio, quidque differant syllogistica, apodictica, et dialecti-
24b15 ca accurate postea dicetur, ad usum autem praesentem nunc a nobis explicata sufficiunt.

Terminum autem voco in quem retexitur propositio, ut attributum et id cui fit attributio, adiuncto aut separato esse aut non esse. Syllogismus est oratio in qua, quibusdam positis, aliquid a positis diversum
24b20 necessario efficitur, eo quod haec sunt. Dico eo quod haec sunt, propter haec effici ; propter haec effici est nullo termino extrinsecus indigere ut fiat necessarium. Perfectum igitur syllogismum voco qui praeter sumpta nullo indiget ut appareat necessarium, imperfectum qui indiget
24b25 aut uno aut pluribus quae sunt quidem necessaria quantum ad subiectos terminos, non autem sumpta in propositionibus. Alterum autem in altero toto esse et de omni dici alterum de altero idem est. Dico
24b30 vero de omni dici, cum nihil e subiecto sumi potest de quo alterum non dicatur ; et de nullo similiter.

29b19 Iam qui tertiae sunt, si termini universe sint sumpti, statim illis ipsis primae figurae syllogismis perficiuntur ; cum autem in parte sumuntur, particularibus primae figurae, qui in illos redigebantur ; igitur et particulares tertiae figurae. Perspicuum est igitur omnes re-
29b25 digi in primae figurae syllogismos universales.

Ac ii quidem syllogismi qui inesse probant aut non inesse diximus quemadmodum sint affecti tum inter se qui eiusdem sunt figurae, tum cum aliis aliarum figurarum.

29b30 Quoniam autem aliud est esse et necessario esse et contingere esse (multa enim sunt, non tamen necessario, alia neque necessario neque omnino sunt, contingit autem esse), profecto perspicuum est horum cuiusque syllogismum fore diversum, nec simili modo se terminis habentibus, sed hic ex necessariis, ille ex iis quae sunt, iste ex contingentibus.

29b36 Ac in necessariis pene se res habet ut in iis quae sunt ; nam simili modo terminis collocatis tum in iis quae sunt tum in iis quae necessario sunt aut non sunt, et erit et non erit syllogismus ; nisi quod differant
30a1 quod terminis adiungatur necessario esse aut non esse.

70b7 Potest autem agnosci natura, dato animum una mutari cum corpore, quod ad affectiones naturales attinet ; forte enim qui musicam didicit
70b10 non nihil animo mutatus est, sed non est hic affectus ex iis qui motus sunt naturales, quales scilicet irae cupid⟨it⟩atesque naturalium motionum. Quod si hoc datum sit, et unum unius est signum sumereque possumus cuiusvis generis affectionis proprium signum, naturam etiam
70b15 poterimus pernoscere. Si enim propria alicui generi individua affectio

est, ut leonibus fortitudo, necesse est et aliquod esse signum ; una enim inter se affici posuimus. Idque sit magnas extremitates habere, quod et in aliis generibus, quamquam non totis, inesse potest. Signum enim sic est proprium quia propria toti generi est affectio et non soli propria, ut dicere consuevimus. Eadem igitur erit etiam in alio genere, eritque 70b20
homo fortis et aliquod aliud animal. Quare etiam signum habebit ; erat enim unum unius. Si igitur haec ita habent possumusque eiusmodi signa colligere in iis animalibus quae unam tantum habent affectionem eamque propriam, unumquodque vero signum habet, si quidem unum 70b25
habere necesse est, naturas perspicere poterimus. Quod si totum genus duo propria habeat, ut leo fortis et liberalis, quomodo tandem cognoscemus utrum utrius sit signum eorum quae proprie consequuntur signorum ? An si in alio aliquo non toto ambo, et in quibus non totis utrumque, hoc istud, illud non ? Si enim fortis quidem sed non liberalis, 70b30
ac e duobus hoc habeat, patet in leone id esse fortitudinis signum.

Naturam autem cognoscimus ex prima figura, eo quod scilicet medium cum extremo primo convertatur, excedat autem tertium, non convertatur, ut fortitudo A, magnae extremitates B, C leo. Cui ergo 70b35
C, B omni, et aliis. Cui autem B, A omni nec aliis, sed convertitur ; alioqui unum unius signum non esset.

19. Translatio Pacii (*Iu*) : ex editione Morgiensi, 1584. [Pacius ipse *reclinatis litteris* scripsit quae Graeco textui addidit].

Primum dicere *oportet* circa quid et cuius *causa* sit haec consideratio, 24a10
hoc est esse circa demonstrationem et scientiae demonstrativae *causa ;* postea definire *oportet* quid sit propositio quid terminus quid syllogismus et quis sit perfectus, quis imperfectus ; post haec quid sit in aliquo toto quidpiam esse aut non esse, et quid dicimus omni vel nulli attribui. 24a15

Propositio igitur est oratio affirmans vel negans aliquid de aliquo ; haec autem aut *est* universalis aut in parte aut indefinita. Universale appello omni aut nulli inesse, in parte vero alicui aut non alicui aut non omni inesse, indefinitum autem inesse aut ⟨non⟩ inesse absque univer- 24a20
sali aut particulari *nota*, veluti contrariorum eandem esse scientiam, aut voluptatem non esse bonum. Iam vero propositio demonstrativa differt a dialectica quia demonstrativa est sumtio alterius partis contradictionis (non enim interrogat sed sumit qui demonstrat), dialec- 24a25
tica autem est interrogatio contradictionis. Sed *quod* ad utriusque syllogismum conficiendum *attinet*, nihil *haec ab illa* differt ; nam et qui demonstrat et qui interrogat syllogismum extruit *seu ratiocinatur* accipiens aliquid alicui inesse aut non inesse. Quare syllogistica propositio simpliciter *est* affirmatio vel negatio alicuius de aliquo, eo quo diximus modo ; demonstrativa autem *ita demum est* si vera sit et per initio *positas* hypotheses sumta ; dialectica vero, quod ad eum spectat 24b10

qui percontatur, *est* interrogatio contradictionis, quod autem ad eum qui ratiocinatur, est sumtio apparentis et probabilis, ut in Topicis dictum est. Quid igitur sit propositio, et quo syllogistica, demonstrativa
24b15 ac dialectica differant, exquisite in sequentibus *libris* dicetur, sed quod ad praesentem usum *attinet*, sufficiant quae nunc a nobis definita sunt.

Terminum vero appello in quem dissolvitur propositio, ut attributum et id cui attribuitur, sice adiiciatur sive separetur *verbum* esse vel non esse. Syllogismus autem *seu ratiocinatio* est oratio in qua, quibusdam positis, aliud quiddam *diversum* ab his quae posita sunt necessario
24b20 accidit eo quod haec sunt. Dico autem eo quod haec sunt, propter haec evenire ; ac propter haec evenire *intelligo* nullo externo termino opus esse ut sit necessaria *consecutio*. Perfectum vero syllogismum appello eum qui praeter ea quae accepta sunt nulla alia re indiget ut
24b25 necessitas *consecutionis* appareat ; imperfectum *voco* eum qui una re pluribusve indiget, quae quidem per suppositos terminos sunt necessaria, non tamen sumta sunt per propositiones. In toto autem altero alterum esse et alterum alteri omni attribui idem est. Dicimus autem
24b30 omni attribui quando nihil subiecti accipere licet de quo alterum non dicatur ; ac nulli *attribui* similiter accipitur.

29b19 Qui vero *fiunt* in tertia figura terminis quidem universaliter acceptis, statim per eos syllogismos perficiuntur, *terminis* autem in parte sumtis *perficiuntur* per syllogismos particulares primae figurae ; hi vero ad illos reducti sunt, quapropter *ad eosdem reducentur* etiam syllogismi
29b25 particulares tertiae figurae. Perspicuum igitur est omnes reduci ad syllogismos universales primae figurae.

Dictum igitur est quomodo syllogismi inesse aut non inesse ostendentes *se* habeant cum per se, qui sunt ex eadem figura, tum invicem, qui sunt ex diversis *figuris*.

29b30 Quia vero diversa *haec* sunt, inesse, necessario inesse et contingere inesse (multa enim insunt quidem, non tamen necessario, alia vero nec necessario nec omnino insunt, sed possunt inesse), perspicuum est etiam horum cuiusque syllogismum diversum fore ac terminis *constare* haud simili modo *se* habentibus, nam alius *erit* ex necessariis, alius ex his quae insunt, alius ex contingentibus.

29b36 In necessariis igitur simili fere modo *res se* habet atque in iis quae insunt ; eodem enim modo positis terminis in eo quod inest et in eo quod necessario inest vel non inest, erit et non erit syllogismus ; hoc
30a1 tantum differunt quod terminis illud adiicitur, necessario inesse vel non inesse.

70b7 Natura autem coniici potest si quis concedat naturales affectiones simul immutare corpus et animam ; fortasse enim qui musicam didicit
70b10 mutatus est animo ; at ex iis quae natura nobis *insunt* non est haec

affectio, sed *aliae potius*, ut irae et cupiditates quae in naturalibus motionibus numerantur. Si igitur hoc concessum fuerit et unum unius *affectionis* signum esse, et accipere possimus propriam cuiusque generis *affectionem* et signum, *certe* poterimus naturam coniicere. Nam si alicui generi individuo inest propria affectio, ⟨ut leonibus fortitudo,⟩ 7ob15
necesse *est* esse etiam aliquod signum ; invicem enim compati suppositum est. Atque hoc esto magnas extremitates habere ; quod contingit aliis quoque generibus non totis inesse. Signum enim ita proprium est quoniam affectio est propria totius generis, non propria solius, quemadmodum loqui soliti sumus. Idem igitur inerit etiam in alio 7ob20
genere, et homo erit fortis et aliud quodpiam animal. Habebit igitur illud signum quoniam unum erat unius *affectionis signum*. Si igitur haec sunt, et poterimus huiusmodi signa colligere in his animalibus quae unam tantum affectionem propriam habent, unaquaeque autem *affectio suum* habet signum, quandoquidem unum *signum* habere ne- 7ob25
cesse *est*, poterimus naturam coniectare. Sin totum genus duas habet proprietates, ut leo fortitudinem et liberalitatem, quomodo cognoscemus utrum ex signis illis proprie consequentibus sit utrius *affectionis* signum ? An si cuidam alii non toti ambo *insint* et in quibus non totis utrumque *inest*, cum unum habet, alterum non *item* ? Nam si est fortis, 7ob30
non liberalis, habet autem hoc ex duobus *signis*, perspicuum est etiam in leone hoc *esse* signum fortitudinis.

Est autem naturae coniectio in prima figura eo quod medium reciprocatur cum primo extremo et superat tertium neque *cum eo* reciprocatur ; utputa *esto* fortitudo τὸ α, magnae extremitates ubi β, τὸ γ 7ob35
autem leo. Igitur cui τὸ γ *inest*, ei τὸ β omni, sed et aliis *inest*. Cui autem *inest* τὸ β, ei τὸ α *inest* omni, nec pluribus, sed convertitur ; alioquin non erit unum unius affectionis signum.

20. Translatio Hildenii (*Hd*) : ex editione Berolinensi, 1585-1586. [Hildenius ipse *reclinatis litteris* scripsit quae Aristotelis textui addidit].

Primum dicendum de quo et cuius rei haec consideratio sit, quod 24a10
nimirum de demonstratione et demonstrantis scientiae *consideratio hic suscipiatur ;* deinde vero definiendum quid sit propositio et quid terminus et quid syllogismus et qualisnam perfectus, qualis imperfectus ; postea vero quid sit in toto illo hoc esse aut non esse, et quid dicamus de omni aut nullo praedicari. 24a15

Propositio ergo est oratio affirmans aut negans aliquid de aliquo, haec vero aut universalis aut particularis aut indefinita. Dico autem universalem quidem quae omni aut nulli inesse, particularem vero quae cuidam aut cuidam non aut non omni inesse, indefinitam vero quae inesse aut non inesse significat sine universali signo aut particu- 24a20
lari, ut contrariorum esse eandem scientiam, aut voluptatem non esse

bonum. Differt autem demonstrans propositio a dialectica quod demonstrans propositio sumptio est alterius partis contradictionis (non
24a25 enim interrogat sed sumit demonstrator), dialectica vero *propositio* interrogatio est contradictionis. Nihil autem intererit ad conficiendum utriusque, *demonstrantis et dialecticae propositionis*, syllogismum ; nam et demonstrator et qui interrogat syllogismo colligit, sumens aliquid alicui inesse aut non inesse. Quare propositio quidem syllogistica est simpliciter affirmatio aut negatio alicuius de aliquo secundum dictum
24b10 modum ; demonstrans autem est siquidem vera sit et per suppositiones a principio, *seu rei et naturae rei seu doctrinae*, accepta ; dialectica autem sciscitanti quidem interrogatio contradictionis est, syllogismo vero colligenti sumptio illius quod apparet aut probabile est, quemadmodum in Topicis dictum est. Quid ergo propositio sit et quomodo differat propositio syllogistica, demonstrans, et dialectica exqui-
24b15 site in iis quae sequuntur dicetur, ad praesentem vero usum sufficienter haec ita distincta sint.

Terminum autem voco in quem dissolvitur propositio ut in praedicatum et id de quo praedicatur, aut praeposito aut diviso esse aut non esse. Syllogismus vero est oratio in qua, positis quibusdam, aliud quid
24b20 praeter ea quae posita sunt ex necessitate sequitur quod illa sunt. Dico autem hoc, quod illa sunt, quod per illa colligatur ; quod autem per illa colligatur, quia nullo termino externo indigeat ad *consecutionis* necessitatem. Perfectum ergo voco syllogismum illum qui nullo alio indigeat, praeter ea quae sumpta sunt ut necessitas *consecutionis* appareat ;
24b25 imperfectum autem qui indigeat aut uno aut pluribus quae quidem necessaria sunt propter terminos subiectos, non autem sumpta sunt per propositiones. In toto autem esse alterum altero et alterum de altero omni praedicari, idem est. Dico autem de omni praedicari
24b30 quando nihil sub subiecto sumi potest de quo non dicatur alterum ; et de nullo *dici* similiter.

29b19 Syllogismi vero tertiae figurae, si termini *utrique maior et minor* universales sint, recta perficiuntur per illos *universales* syllogismos primae figurae, si vero particulariter sumantur *termini seu maior seu minor*, per particulares syllogismos primae figurae ; hi vero *particulares primae figurae syllogismi* reducti sunt in illos *universales primae figurae syllogismos* ; quare etiam *ad hos reducentur* tertiae figurae particulares.
29b25 Manifestum ergo quod omnes reducentur ad syllogismos primae figurae universales.

Quicumque ergo syllogismi simpliciter inesse aliquid aut non inesse probant, dictum est quomodo sese habeant, si qui sunt in eadem figura, et quomodo se mutuo habeant qui ex diversis sunt figuris.

Quoniam vero aliud est inesse *quippiam alicui* et ex necessitate inesse
29b30 et contingere inesse (multa enim insunt quidem at ex necessitate non

insunt, alia vero non tantum ex necessitate non insunt sed nec omnino insunt, contingit autem inesse), manifestum quod et syllogismus uniuscuiusque illorum diversus est, et *diversus quoque erit* si non eodem modo sese habuerint termini, verum hic quidem terminus necessario inesse, hic autem simpliciter inesse dicatur, hic contingenter.

De necessariis ergo fere similiter se res habet ut de iis quae simpli- 29b36
citer inesse dicuntur ; similiter enim positis terminis et in iis quae simpliciter et quae ex necessitate inesse aut non inesse quippiam notant, erit et non erit syllogismus ; praeterquam quod differentia erit appositione ad terminos illius quod est necessario inesse aut non inesse.

Ex corporis autem lineamentis et constitutione possumus conijcere, 70b7
si quis dederit simul mutare corporis mutationem etiam animi mores eos qui naturales quaedam sunt passiones ; cum disceret enim musicam mutavit etiam aliquo modo animum, verum hoc ipsum non est ex iis 70b10
passionibus quae nobis naturaliter accidunt, sed quemadmodum irae commotio et appetitus motuum naturalium. Si ergo hoc datum fuerit et unum unius signum esse, et accipere potuerimus propriam uniuscuiusque rei passionem et signum, poterimus ex inspectione lineamentorum corporis alicuius pronunciare. Si enim proprie alicui generi inest ea quae individuo certo inesse conspicitur passio, ut leonibus 70b15
fortitudo, necesse est et signum aliquod esse *generi illi proprium quod in certo individuo conspiciatur* ; suppositum enim fuit compati mutuo *corpus et animum*. Et si hoc, magnas habere artuum extremitates ; quod et aliis generibus at non totis *in sua specie* inesse contingit. Signum enim ita proprium est quod totius alicuius generis propria est ea passio, et non solius proprium, quemadmodum consuevimus dicere. 70b20
Inerit ergo etiam in alio genere hoc ipsum, et erit homo fortis et aliud animal. Habebit ergo etiam illud signum ; unum enim unius esse signum dicebamus. Si ergo haec sunt, et poterimus talia signa colligere in hisce animalibus quae una certa passione affecta conspiciuntur, unumquodque autem animal illius suae passionis aliquod signum habet, siquidem unum habere necesse est, poterimus ex inspectione linea- 70b25
mentorum corporis pronunciare. Si vero duas habet unum genus proprias passiones, ut leo fortis sit et liberalis, quomodo intelligemus quodnam cuius signum sit ex iis quae proprie certam passionem sequuntur signis ? Aut si alteri cuipiam non omni insint duae passiones et signa utraque et in quibus non omnibus alterutrum, quando hoc quidem *ex illo genere id signum et eam passionem* habuerit, illud autem 70b30
non habuerit ? Ut si fortis quidem at non liberalis, habeat autem ex duobus hoc certum *signum*, manifestum quod et in leone hoc fortitudinis signum.

Est autem haec ipsa ex respectione lineamentorum corporis pronunciatio in prima quidem figura in eo quod medium cum maiore termino

convertitur, at tertio latius est et non convertitur, ut fortitudo α,
70b35 habere magnos articulos β, at γ leo. Cui ergo ipsum γ inest, illi et β inest omni, verum et aliis. Cui vero β, illi et α omni et non pluribus inest, verum convertitur ; si vero non, non est unum unius signum.

21. Translatio Monlorii (*Im*) : ex editione Francofurtensi, 1593.

24a10 Primum dicere oportet qua in re versetur et de qua sit haec disputatio, versari scilicet in demonstratione atque haberi de scientia demonstrativa ; tum definire quid sit pronuntiatum, quid terminus, quid ratiocinatio, et qualis perfecta qualisque imperfecta dicatur ; ad haec quidnam sit hoc in illo toto esse aut non esse, et quid appellemus
24a15 aliquid de omni aut nulla re dici.

Pronuntiatum igitur est oratio quae affirmat aut negat aliquid de aliquo ; haec autem oratio aut universa est aut in parte aut indefinita. Appello autem nunc universum cum quippiam in omni re aut nulla inesse dicitur, in parte cum in aliquo aut non aliquo aut certe non in
24a20 omni inesse, indefinitum vero cum inesse aut non inesse dicitur, absque ulla universa aut particulari nota, ut contrariorum eandem esse scientiam, aut voluptatem non esse bonum. Differt autem demonstrativum pronuntiatum a dialectico, quod demonstrativum sumptio est alterius partis contradictionis (non enim interrogat demonstrator sed sumit
24a25 tantum), dialecticum vero interrogatio est contradictionis. Sed qua parte ex utroque sit ratiocinatio nihil differunt ; tam enim qui demonstrat quam qui rogat ratiocinatur, sumto pronunciato, in quo aliquid alicui inesse aut non inesse dicatur. Itaque pronuntiatum ad ratiocinandum accommodatum est simpliciter affirmatio alicuius de aliquo aut negatio alicuius ab aliquo, eo modo quo dictum est ; demonstra-
24b10 tivum autem est si verum fuerit atque per hypotheses initio propositas sumtum ; dialecticum vero ei qui rogat interrogatio contradictionis, ei autem qui ratiocinatur sumtio eius quod apparet et probabile est, quemadmodum in Topicis dictum est. Quid igitur sit pronuntiatum quidque differant inter se quod ad ratiocinandum est accommodatum atque demonstrativum et dialecticum, subtilius in iis quae sequuntur
24b15 explicabitur ; ad rem autem praesentem satis sunto quae nunc definivimus.

Terminum autem voco in quem dissolvitur pronuntiatum, cuiusmodi est attributum et id de quo dicitur attributum, sive adhibeatur verbum esse aut non esse sive tollatur. Ratiocinatio vero est oratio in qua, positis quibusdam, aliud quippiam ab iis quae posita sunt ex
24b20 necessitate consequitur hoc ipso quod haec sunt. Dico autem hoc ipso quod haec sunt, quod propter haec ipsa consequatur ; propter haec ipsa consequitur quia non eget termino aliquo extrinsecus assumto ut efficiatur necessaria ratiocinatio. Perfectam voco ratiocinationem

quae praeter ea quae sumta sunt, nulla re alia indiget ut appareat necessaria ; imperfectam vero quae indiget aut una re aut multis, 24b25
quae quidem necessariae sunt ex subiectis terminis, non tamen sumtae fuere per pronuntiata. Esse vero alterum in altero toto et alterum de toto altero dici unum et idem est. Appello vero de toto seu omni re dici cum nulla pars subiecti sumi potest de qua alterum non dicatur ; 24b30
atque de nulla re dici eodem modo.

Quae vero in tertia figura connectuntur, si quidem termini acci- 29b19
piantur universe, continuo perficiuntur per illas ratiocinationes primae figurae ; cum autem termini sumuntur in parte, perficiuntur per ratiocinationes particulares primae figurae ; hae vero redactae sunt ad illas ; igitur quae sunt particulares in tertia figura ad illas etiam revocantur. Perspicuum igitur relinquitur omnes quotquot sunt ratiocinationes revocatum iri ad ratiocinationes universas primae figurae. 29b25

Explicatum igitur est quemadmodum ratiocinationes, quae tantum inesse quippiam aut non inesse demonstrant, sint affectae, et quae sunt eiusdem figurae per se et quae sunt aliarum figurarum, si inter se conferantur.

Quoniam autem aliud est inesse quippiam in aliquo, aliud ex necessitate inesse, aliud contingere inesse (multa enim insunt quidem, 29b30
non tamen ex necessitate, alia neque ex necessitate neque omnino insunt, contingit autem ea inesse), manifestum inde est ratiocinationes ex his singulis confectas diversas esse, nec constare ex terminis eodem modo affectis, sed aliam ex necessariis, aliam ex iis qui tantum inesse significant, aliam ex contingentibus.

In necessariis igitur fere eadem est ratio, atque in iis quae tantum 29b36
inesse dicunt ; si enim termini disponantur eodem modo tum in ea ratiocinatione quae tantum sumit inesse, tum in ea quae sumit ex necessitate inesse aut non inesse, modo efficietur modo non efficietur ratiocinatio ; tantum differet hoc ipso quod terminis adiungitur ex 30a1
necessitate inesse aut non inesse.

Potest autem fieri ut natura cognoscatur, si quis det naturales affec- 70b7
tiones simul corpus et animum immutare ; nam forsan qui musicam didicit animo est immutatus, haec tamen affectio non est ex iis quae 70b10
nobis a natura sunt insitae, sed aliae, quales sunt irae, cupiditates naturalium motionum. Si igitur hoc datum sit, atque unum unius esse signum, atque accipere possumus propriam cuiusque generis affectionem et signum, poterimus naturam cognoscere. Si enim alicui individuo generi sua inest propria affectio, ut leonibus fortitudo, neces- 70b15
se est signum inesse aliquod ; positum enim est se mutuo afficere. Sit hoc habere magnas extremitates, quod aliis etiam generibus non totis convenire possit. Signum enim ita proprium est quod totius

70b20 generis propria est affectio, nec solius propria, ut dicere consuevimus. Conveniet igitur alteri quoque generi eadem affectio, atque erit homo fortis et aliud quodpiam animal. Habebit ergo signum ; unum enim unius erat. Si igitur haec ita se habeant, atque possimus huiusmodi signa colligere in his animalibus quae unam solam habent affectionem 70b25 et propriam, unaquaeque autem habet signum, quandoquidem unum habeat est necesse poterimus naturam cognoscere. Si vero genus duas habeat proprias affectiones, ut leo fortem esse et munificum, quo pacto ex signis quae proprie affectiones consequuntur intelligemus utrum sit utrius signum ? An si in altero quopiam non tamen toto ambae 70b30 insint et in quibus non totis utraque hanc quidem habet, illam non habet ? Si enim fortis sit, non autem liberalis, habet autem e duobus hoc signum, manifestum est in leone quoque hoc esse signum fortitudinis.

Cognoscitur autem natura in prima figura, si medium cum maiori quidem extremo reciprocetur, minus autem excedat nec cum eo reci- 70b35 procetur ; exempli gratia, sit fortitudo A, habere magnas extremitates sit B, C autem sit leo. Sane omni C convenit B, sed etiam in aliis. Omni vero B convenit A, nec tamen pluribus, sed reciprocatur ; sin minus, non erit unum unius signum.

22. Translatio Buhlii (*Jt*) : ex editione Bipontina, 1792. [Buhlius ipse quadratis uncis inclusit verba quae ad interpretationem faciliorem reddendam addidit].

24a10 Primum dicendum est de quo et cuius [rei] haec consideratio sit, nimirum quod demonstrationem et demonstrandi scientiam attineat ; deinde definiendum est quid sit propositio et quid terminus, et quid syllogismus, et qualisnam perfectus et qualis imperfectus ; postea vero quid sit in toto hoc esse aut non esse aliquid, et quid dicamus τὸ 24a15 praedicari de omni aut de nullo.

Propositio quidem est oratio affirmans aut negans aliquid de aliquo ; haec autem est aut universalis aut particularis aut indefinita. Universale autem appello τὸ omni aut nulli inesse, particulare vero τὸ cuidam 24a20 aut non cuidam aut non omni inesse, indefinitum denique τὸ inesse aut non inesse sine universalis aut particularis [signo], ut contrariorum esse eandem scientiam, aut voluptatem non esse bonum. Differt autem propositio demonstrativa a dialectica quod demonstrativa quidem sumtio est alterius partis contradictionis (non enim interrogat sed sumit 24a25 demonstrans), dialectica vero interrogatio est contradictionis. Nihil autem interert ad conficiendum utriusque [demonstrativae et dialecticae propositionis] syllogismum ; nam et demonstrans et interrogans, syllogismo colligit sumens aliquid alicui inesse aut non inesse. Quare erit syllogistica quidem propositio simpliciter affirmatio aut negatio

alicuius de aliquo, eo quo dictum est modo ; demonstrativa autem, si vera sit et a principio per suppositiones desumta ; dialectica autem 24b10
sciscitanti interrogatio contradictionis est, syllogismo vero colligenti sumptio illius quod videtur aut probabile est, quemadmodum in Topicis dictum est. Iam vero quid sit propositio et quomodo differant syllogistica et demonstrativa et dialectica, diligenter in sequentibus dicetur ; ad praesentem usum haec nobis sufficienter distincta sunto. 24b15

Terminum autem voco in quem dissolvitur propositio, ut praedicatum et id de quo praedicatur, sive adiecto sive separato τῷ esse aut aut non esse. Syllogismus vero est oratio in qua, positis quibusdam, aliud quid a positis [diversum] necessario sequitur eo quod illa sunt. 24b20
Dico autem quod illa sunt quoniam per illa colligatur ; quod autem per illa colligatur [dico] quoniam nullo externo termino opus sit ut exsistat necessarium [consecutio necessaria]. Perfectum quidem dico syllogismum qui nullo alio indigeat praeter sumta ut necessarium [consecutio necessaria] appareat ; imperfectum autem qui indigeat aut uno aut pluribus quae quidem necessaria sunt propter terminos 24b25
subiectos, nec tamen per propositiones sumta sunt. In toto autem esse alterum altero et alterum de altero omni praedicari idem est. Dicimus autem de omni praedicari quando nihil subiecti sumi potest de quo alterum non dicatur ; et de nullo [praedicari dicimus] similiter. 24b30

In tertia [figura] autem [syllogismi], si termini universales sunt, 29b19
statim perficiuntur per illos syllogismos [universales primae figurae] ; si vero particulariter sumantur [termini], per particulares syllogismos in prima figura ; hi vero [particulares primae figurae syllogismi] reducti sunt ad illos [universales primae figurae syllogismos], quare etiam [ad hos reducentur] in figura tertia [syllogismi] particulares. Manifestum igitur est omnes reduci posse ad syllogismos primae figurae universales. 29b25

Quicumque ergo syllogismi inesse aut non inesse aliquid probant dictum est quomodo sese habeant cum per se qui sunt ex eadem figura tum ad alios qui sunt ex diversis [figuris] et ad se invicem.

Quoniam vero aliud est inesse et ex necessitate inesse et contingere 29b30
inesse (multa enim insunt quidem, non tamen ex necessitate, alia vero nec ex necessitate nec omnino insunt, contingit autem [ea] inesse), manifestum est etiam syllogismum uniuscuiusque horum diversum fore, etiam non eodem modo sese habentibus terminis, sed alium fore ex necessariis [terminis], alium ex iis quae [simpliciter] insunt, alium denique ex contingentibus.

In necessariis quidem fere similiter res se habet ut in iis quae [sim- 29b36
pliciter] insunt ; similiter enim positis terminis et in iis quae [simpliciter] inesse et quae ex necessitate inesse aut non inesse [quidpiam notant] erit et non erit syllogismus ; praeterquam quod differentia erit appositione illius ad terminos quod est necessario inesse aut non inesse. 30a1

70b7 Ex natura autem coniicere possumus si quis concedit simul mutare corpus et animam quotquot sunt naturales affectiones ; siquis enim
70b10 fortasse didicerit musicam, mutavit [ille etiam] aliquo modo animam ; verum haec ipsa affectio non est ex earum numero quae nobis natura accidunt, sed potius [intelligendae sunt] irae perturbationes et cupiditates quae ad naturales commotiones referuntur. Si ergo hoc concessum fuerit etiam unum unius signum esse, et accipere potuerimus propriam uniuscuiusque [rerum] generis affectionem et signum esse, poterimus
70b15 ex natura coniicere. Si enim est proprie alicui generi individuo affectio, ut leonibus fortitudo, necesse est etiam signum aliquod esse [generi illi proprium] ; suppositum enim est invicem [corpus et animam] compati. Et ponatur hoc magnas habere artuum extremitates, quod et aliis generibus at non totis [in sua specie inesse] contingit. Signum enim ita proprium est quia totius generis propria est affectio, nec
70b20 solius proprium, quemadmodum consuevimus dicere. Inerit nimirum etiam in alio genere hoc idem, et erit fortis homo et [forte] aliud quoddam animal. Habebit ergo [ratiocinans] signum ; nam unum de uno erat. Si ergo eadem sunt, et poterimus talia signa colligere in omnibus animalibus quae unam tantum affectionem aliquam propriam habent,
70b25 unumquodque autem habet signum, si quidem unum habere necesse est, poterimus ex natura coniicere. Si vero duo habet propria totum genus, ut leo τὸ forte et liberale, quomodo intelligemus utrum utriusque signum ex [iis] quae proprie [certam affectionem] sequuntur signis sit ? Aut, si alteri cuipiam non omni ambae [affectiones insint] et [si sint] in quibus non totis utrumque [signum inest] cum [ea] unum
70b30 habeant, non alterum ? Nam si [leo] fortis quidem at non liberalis [sit], habeat autem ex duobus [signis] illud, manifestum est quod et in leone hoc [sit] fortitudinis signum.

Fit ergo ex natura coniectatio in prima figura eo quod medium cum maiori termino reciprocatur, at tertio latius est nec reciprocatur, ut
70b35 fortitudo τὸ A, magnae artuum extremitates loco B, C autem leo. Cum igitur [inest] τὸ C, [illi] omni [inest] τὸ B, verum et aliis. Cui autem [inest] τὸ B, [illi] omni [inest] τὸ A, nec pluribus, sed reciprocatur ; alioquin non erit unum unius signum.

III. TESTIMONIA DE ANALYTICIS PRIORIBUS

a) TESTIMONIA BOETHII

(vide etiam p. 502)

1. Aristoteles quoniam dialecticae atque apodicticae disciplinae volebat posteris ordinem scientiamque contradere, vidit apodicticam dialecticamque vim uno syllogismi ordine contineri. Scribit itaque Priores Resolutorios, quos Graeci *Ἀναλυτικούς* vocant, qui legendi essent antequam aliquid dialecticae vel apodicticae artis attingerent. In Primis enim Resolutoriis de syllogismorum ordine, complexione figurisque tractatur. Et quoniam syllogismus genus est apodictici et dialectici syllogismi, dialecticam vero in Topicis suis exercuit, *ἀπόδειξιν* in Secundis Resolutoriis ordinavit, horum disciplina, quam ille in monstrandis syllogismis ante collegerat, prius etiam in studiis lectitatur. Itaque prius Primi Resolutorii, qui de † syllogismi sunt, quam Secundi Resolutorii, qui de apodictico syllogismo, vel Topica, quae de dialectico syllogismo sunt, accipiuntur. Traxit igitur Aristoteles dialecticam atque apodicticam scientiam adunavitque in syllogismorum resolutoria disputatione. (*In Isagogen Porphyrii Comm. Edit. Prima*, I.5, pp. 12.23-13.16 Brandt ; col. 13C-D Migne).

2. Annotant alii hunc librum [Categorias scilicet] legendum ante Topica, quod nimis absurdum est. Cur enim non magis ante Physica ? Quasi vero minor huius sit libri usus in Physicis, cum Primi Resolutorii ante Topica legantur, et ante Primos Resolutorios Perihermeneias liber ad cognitionem veniat inchoantis, cur non magis hunc librum vel 'Ante Perihermeneias' vel 'Ante Resolutorios' inscripserunt ? (*In Categorias Aristotelis* I, col. 162C Migne).

3. Describantur duae prius simplices propositiones, post has duae privatoriae, postremae quae ex infinitis nominibus constant, ut affirmationes sub affirmationibus, negationes sub negationibus constituantur :

affirmatio : est iustus homo	negatio : non est iustus homo
affirmatio : est iniustus homo	negatio : non est iniustus homo
affirmatio : est non iustus homo	negatio : non est non iustus homo.

SED HAE, inquit, ITA SUNT DISPOSITAE eandemque ad se similitudinem gerunt QUEMADMODUM IN ANALYTICIS ID EST RESOLUTORIIS DICTUM

EST [1]. Scripsit autem duos Resolutorios Libros de syllogismo, in quorum primo de propositionum ex finito nomine et infinito consequentia disseruit. (*In Librum Aristotelis περὶ ἑρμηνείας Edit. Prima*, II.10, pp. 134.23-135.10 Meiser ; coll. 246B-345C Migne).

4. Alexander in commentariis suis hac se impulsum causa pronuntiat sumpsisse longissimum expositionis laborem, quod in multis ille a priorum scriptorum sententiis dissideret : mihi maior persequendi operis causa est, quod non facile quisquam vel transferendi vel etiam commentandi continuam sumpserit seriem, nisi quod Vetius Praetextatus Priores Postremosque Analyticos non vertendo Aristotelem Latino sermoni tradidit, sed transferendo Themistium ; quod qui utrosque legit facile intellegit. Albinus quoque de isdem rebus scripsisse perhibetur, cuius ego geometricos quidem libros editos scio, de dialectica vero diu multumque quaesitos reperire non valui. Sive igitur ille omnino tacuit, nos praetermissa dicemus, sive aliquid scripsit, nos quoque docti viri imitati studium in eadem laude versabimur. (*In Librum Aristotelis περὶ ἑρμηνείας Edit. Secunda*, I, pp. 3.1-4.9 Meiser ; col. 393A Migne).

5. Addit quoque [Theophrastus scilicet] hanc causam, quoniam Aristoteles quidem de syllogismis scribere animatus numquam id recte facere potuisset, nisi quaedam de propositionibus adnotaret. Mihi quoque videtur hoc subtiliter perpendentibus liquere hunc librum ad Analyticos esse praeparatum. Nam sicut hic de simplici propositione disputat, ita quoque in Analyticis de simplicibus tantum considerat syllogismis, ut ipsa syllogismorum propositionumque simplicitas non ad aliud nisi ad continens opus Aristotelis pertinere videatur. (*In π. ἑ. Ed. Sec.*, I.1, p. 12.16-25 Meis. ; 398A Migne).

6. Dicit Alexander eodem modo hic [scilicet *De Interpr.* 6, 17a25-26 Bekk.] definisse Aristotelem enuntiationem, sicut alibi quoque, id est in Resolutoriis. Illic [2] enim ita propositionem, quod est enuntiatio, definitione conclusit dicens : PROPOSITIO ERGO EST ORATIO AFFIRMATIVA VEL NEGATIVA ALICUIUS DE ALIQUO. (*In π. ἑ. Ed. Sec.*, II.6, pp. 121.27-122.2 Meis. ; 455B-C Migne).

7. Nunc nobis ipse quoque Aristoteles testis est et Syrianus facillima ratione convincitur, quod in Analyticis quoque ex duabus indefinitis dicit non posse colligi syllogismum [3], cum ex affirmativa particulari et negativa universali particularis negativa possit esse collectio. Quod

---

[1] ARISTOTELES, *De Interpr.* 10, 19b30-31 Bekker ; vide infra, p. 431 sub num. 8.
[2] *Anal. Pr.* I.1, 24a16-17.
[3] *Anal. Pr.* I.13, 32b18-19.

si indefinitae affirmatio et negatio et negationis universalis et particularis affirmationis vim optinerent, numquam diceret Aristoteles has propositiones non colligere syllogismum. Sed illud verius est, quoniam ex duabus particularibus nihil in qualibet propositionum complexione colligitur, quod in his propositionibus quae indefinitae sunt nihil colligi dixit, quia particularium vim propositiones indefinitas arbitratus est optinere. Quare multis modis Syriani argumenta franguntur. (*In π. ἑ. Ed. Sec.*, II.7, pp. 172.28-173.12 Meis. ; 481B-C Migne).

8. Haec Alexandri expositio est post multas alias simplicior, non tamen repudianda, sed illa superior verior esse videtur, quod Aristoteles ipse testatur. Ait enim paulo post : HAEC IGITUR, QUEMADMODUM IN RESOLUTORIIS DICTUM EST, SIC SUNT DISPOSITA [1]. Hanc enim consequentiam quam in superiori expositione memoravi privatoriarum et infinitarum ad simplices in primi libri Priorum Resolutoriorum quae *Ἀναλυτικά* Graeci vocant fine disposuit [2]. Dicit autem Porphyrius fuisse quosdam sui temporis, qui hunc exponerent librum, et quoniam ab Hermino vel Aspasio vel Alexandro expositiones singulas proferentes multa contraria et expositionibus male ab illis editis dissidentia reperirent, arbitratos fuisse librum hunc Aristotelis, ut dignum esset, exponi non posse multosque illius temporis viros totam huius libri praeteriisse doctrinam, quod inexplicabilem putarent esse caliginem. Nos autem brevissime hunc locum in prima editione praeteriimus, sed quod illic pro intellectus simplicitate breviter posuimus, hic omni latitudine totam sententiae vim et prolixitatem digessimus. (*In π. ἑ. Ed. Sec.*, IV.10, pp. 293.18-294.8 Meis. ; 539C-540A Migne).

9. His igitur expeditis, quid ipse syllogismus sit definiendum est. Definitur autem sic : 'Syllogismus est oratio in qua, positis quibus dam atque concessis, aliud quiddam quam sint ea quae posita et concessa sunt, necessario contingit per ipsa quae concessa sunt'. [3] (*De Syllogismo Categorico* II, col. 821A Migne).

10. Propter eas conclusiones quae sunt per eas propositiones quae per inductionem dicuntur, additum est conclusiones in syllogismis necessarias contingere, id est ex necessitate contingere. Est etiam alia expositio, sed in Analyticis nostris iam dicta est. (*De Syll. Cat.* II, col. 822B Migne).

11. Haec de categoricorum syllogismorum introductione Aristotelem plurimum sequens, et aliqua de Theophrasto et Porphyrio mutua-

---

[1] *De Interpr.* 10, 19b30-31 ; vide supra, pp. 429-430 sub num. 3.

[2] *Anal. Pr.* I.46, 51b5-52b34.

[3] Cf. *Anal. Pr.* I.1, 24b18-20 ; vide infra, p. 432 sub num. 14.

tus, quantum parcitas introducendi permisit, expressi. Si qua vero desint, in Analyticis nostris calcatius exprimemus ; nunc vero quantum ad solam categoricorum syllogismorum formam spectabat, perfectum hic nobis est, et ad cumulum introductionis elaboratum. (*De Syll. Cat.* II, col. 829D-830D Migne).

12. Ac de partibus quidem hypotheticarum propositionum ista sufficiunt. Illud nunc expediendum videtur, quod etiam ab Aristotele dicitur [1] : 'idem cum sit et non sit, non necesse est idem esse' ; veluti, cum A, si idcirco necesse est esse B, idem A si non sit, non necesse est esse B, idcirco quoniam non est A. (*De Syllogismo Hypothetico*, col. 836A Migne).

13. Quoniam syllogismus omnis propositionibus constat, propositiones vero terminis, terminique inter se differunt, eo quod unus maior est, alter minor, fieri non potest ut ex propositionibus conclusio nascatur, nisi per terminos progressae propositiones extremos terminos alicuius tertii medietate coniunxerint... Quod qui Priores Posteriores-que nostros Analyticos, quos ab Aristotele transtulimus, legit, minime dubitat. Sed si quis quae illic scripta sunt nesciens, ad haec legenda proruperit, etiam si rationem rerum quas non intellegit minime comprehendit, ita tamen ut dictum est esse confidat, seque id in Aristotelis Analyticis uberius inventurum esse, si legerit, arbitretur. (*In Topica Ciceronis Commentaria*, I, pp. 279.6-280.1 Orelli-Baiter ; col. 1050B-1051B Migne).

14. Syllogismus est oratio in qua, quibusdam positis et concessis, aliud quiddam per ea ipsa quae concessa sunt evenire necesse est, quam sint ipsa quae concessa sunt [2]. (*De Diff. Top.* II, 1183A).

15. Duae sunt argumentandi species principales, una quae dicitur syllogismus, altera quae vocatur inductio. Sub his autem velut ex his manantia enthymema atque exemplum. Quae quidem omnia ex syllogismo ducuntur, et ex syllogismo vires accipiunt ; sive enim sit enthymema, sive inductio, sive exemplum, ex syllogismo vires quam maxime fidem capit, quod in Prioribus Resolutoriis, quae ab Aristotele transtulimus, demonstratum est. (*De Differentiis Topicis* II, coll. 1184D-1185A Migne).

16. Fiunt argumentationes per divisionem, tum ea segregatione quae per negationem fit, tum ea quae per partitionem. Sed qui his divisionibus utuntur, aut directa ratiocinatione contendunt, aut in

[1] Cf. *Anal. Pr.* II.4, 57b3-4.

[2] Cf. *Anal. Pr.* I.1, 24b18-20 ; vide supra p. 431 sub num. 9.

aliquod impossibile atque inconveniens ducunt, atque ita id quod reliquerant, rursus assumunt. Quae facilius quisque cognoscet, si Prioribus Analyticis operam dederit... Nec in his explicandis diutius laborabimus, si Priores Resolutorii vel Topica Aristotelis diligentis animum lectoris instruxerint. (*De Diff. Top.* II, 1192D-1193D).

b) TESTIMONIA ABAELARDI [1]

1. In scribendo autem logicam hic ordo necessarius est, ut quoniam argumentationes ex propositionibus iunguntur, propositiones ex dictionibus, eum qui logicam perfecte scribit, primum de simplicibus sermonibus, deinde de propositionibus necesse est scribere, tandem in argumentationibus finem logicae consummare, sicut et princeps noster Aristoteles fecit, qui ad sermonum doctrinam Praedicamenta perscripsit, ad propositionum Periermenias, ad argumentationum Topica et Analytica. (*Logica 'Ingredientibus' : Glossae super Porphyrium*, p. 2.8-15 Geyer [2]).

2. Cum logica ratio sit disserendi, hoc est discretio argumentandi, argumentationes vero propositionibus iungantur, propositiones vero ex dictionibus et constitutionem suam et significationem contrahant, ita singula diligenter tractavit [scil. Aristoteles], ut prius simplicium sermonum significationem utramque aperiret, eam quidem que de rebus est, in hoc opere, illam vero que de intellectu est, in Periermenias, in quibus etiam propositionum proprietates diligentius prosequitur. Argumentationum vero doctrinam in Topicis complet et Analyticis. (*Log. 'Ingr.' : Glossae sup. Praedicamenta Aristotelis*, p. III.5-12 Geyer).

3. Que [scil. propositiones] altero participant, tribus modis participant secundum tres figuras syllogismorum, quas in Analeticis Posterioribus [*sic*] ponit, cum videlicet id, quod subiicitur in una propositione, predicatur in alia sic : 'omne animal est animatum, sed omnis homo est animal', et hoc est prima figura ; vel idem predicatur in utraque

---

[1] Abaelardus se Analytica Priora ignorasse in ultimo, ut videtur, suo logicae opere implicite declarat : « Sunt tres quorum septem codicibus omnis in hac arte eloquentia latina armatur : Aristotelis enim duos tantum, Predicamentorum scilicet et Periermenias, libros usus adhuc Latinorum cognovit... » (*Dialectica* ed. L. M. De Rijk, Assen 1956, p. 146.10-12) ; sed nonnulla non tantum e Boethio sed ex opere ipso Aristotelis secundum recensionem Carnutensem ad eius notitiam pervenerunt.

[2] Peter Abaelards *Philosophische Schriften*, herausgegeben und untersucht von Dr. Bernhard Geyer, Münster, 1919-1933 (« Beitr. z. Gesch. d. Philos. u. Theol. d. Mittelalters » XXI).

propositione sic : 'omnis homo est animal, sed nullus lapis est animal', que est secunda ; vel cum idem subiicitur in utraque sic : 'omnis homo est mortalis et omnis homo rationalis est', que est tertia figura. Participantium vero in utroque termino duo sunt modi, quia vel ad eundem participant de quibus hic agit, vel ad ordinis commutationem, que fit secundum transpositionem conversionis, de quibus in Prioribus Analeticis tractat et in secundo libro huius operis. In Prioribus enim Analeticis simplicem conversionem ostendit, que ad syllogismorum modos necessaria erat, in secundo vero libro, ubi equipollentias propositionum assignat secundum finiti et infiniti predicationem, dat principium conversionis per contrapositionem, sicut ostendemus. (*Log. 'Ingr.' : Glossae sup. Periermenias*, p. 394.10-26 Geyer).

4. Angulares [scil. propositiones] hic arbitror eum accipere secundum dispositionem harum quattuor oppositionum quam fecit in Resolutoriis, id est Analeticis suis, hoc modo : Homo est iustus — Homo non est iustus ; Homo non est non iustus — Homo est non iustus ; Omnis homo est iustus — Non omnis homo est iustus ; Non omnis homo est non iustus — Omnis homo est non iustus [1]. (*Log. 'Ingr.' : Gl. sup. Perierm.*, p. 455.35-41 Geyer).

5. Ipse etiam Aristoteles in Analeticis syllogismos de modalibus huiusmodi et de simplicibus propositionibus componit, quos incisos [2] vocat propter diversa genera propositionum, modalium scilicet et simplicium : per primam figuram, si sic dicatur 'omne animal possibile est moveri, sed omnis homo est animal, quare omnem hominem possibile est moveri' ; per secundam figuram ita, 'nullum lapidem possibile est vivere, sed omnem hominem possibile est vivere, quare nullus homo est lapis' ; per tertiam sic, 'omne animal possibile est vivere, sed omne animal est corpus, quare quoddam corpus possibile est vivere'. Cum itaque Aristoteles figuras in his quoque syllogismis servet, et ipse primam figuram diffiniat in qua medius terminus subicitur et predicatur, secundam in qua tantum predicatur, tertiam in qua tantum subicitur, oportet nos ad subiectum sensus respicere, non constructionis, alioquin nulla esset figura [3]. (Log. *'Ingr.' : Gl. sup. Perierm.*, p. 487.25-38 Geyer, et 10.22-11.16 Minio-Pal. [4]).

6. In Prioribus Analyticis tractat conversiones propositionum, que

---

[1] Haec in Analyticis non inveniuntur.

[2] De participio 'incisus' nomini 'syllogismus' adiecto vide quae diximus in *Note sull'Aristotele latino medievale* VIII (« Rivista di Filosofia Neo-Scolastica » XLVI 1954), p. 218 ; confer supra, p. 154.29, et adnotationem criticam, p. 21.3.

[3] Vide *Anal. Pr.* I.9-21 (30a15-40a3) et I.4-6 (25b32, 26b33 ss., 28a10) ; confer BOETH. *De Categ. Syll.* 811b, 812a-b.

[4] *Twelfth Century Logic :* II, *Abaelardiana Inedita*, Roma 1958.

valeant ad confirmationem earum per conversionem. Omnia autem hec, Topica, Categorica, Analytica Priora, gratia Secundorum Analyticorum, in quibus omnium argumentorum naturas diligenter investigavit, scripta sunt. (*Logica 'Nostrorum petitioni' : Glossulae super Porphyrium*, p. 509.2-8 Geyer).

7. Etsi Peripateticorum princeps Aristoteles categoricorum syllogismorum formas et modos breviter quidem et obscure perstrinxerit, utpote qui provectis scribere consueverat, Boethius vero hypotheticorum complexiones eloquentie latine tradiderit, Grecorum quidem Theophrasti atque Eudemi operum moderator, qui tum de his scripserant syllogismis, uterque quidem, ut ipse ait, moderate doctrine terminos excedens ita ut hic lectorem brevitate, ille vero prolixitate confunderet, — post omnes tamen ad perfectionem doctrine locum studio nostro in utrisque reservatum non ignoro. (*Dialectica*, p. 145.22-31 De Rijk).

8. Syllogismum itaque in Primo Analyticorum suorum Aristoteles tali definitione terminavit : SYLLOGISMUS, inquit, ORATIO EST IN QUA, POSITIS ALIQUIBUS, ALIUD QUID A POSITIS EX NECESSITATE CONSEQUITUR EX IPSIS ESSE ; DICO AUTEM EX IPSIS ESSE PER IPSA CONTINGERE ; PER IPSA VERO CONTINGERE NULLIUS EXTRINSECUS EGERE TERMINI UT FIAT NECESSARIUM [1]. Quam etiam definitionem Boethius in Secundo Categoricorum suorum commemorat [2] ac diligenter singulas expediendo differentias pertractat, sicut in illa altercatione de loco et argumentatione monstravimus quam ad simplicem dialecticorum institutionem conscripsimus [3]. (*Dial.*, p. 232.4-12 De Rijk).

9. Horum autem Aristoteles alios perfectos, hoc est evidentes per se, esse dixit, alios imperfectos, id est non per se perspicuos : PERFECTUM autem, inquit, DICO SYLLOGISMUM QUI NULLIUS ALTERIUS INDIGEAT PRETER ASSUMPTA UT APPAREAT ESSE VERUS, ut illi quattuor quos in prima figura ipse disponit ; IMPERFECTUM VERO QUI INDIGET AUT UNIUS AUT PLURIMORUM [4], ut sunt omnes illi quos ipse in secunda et tertia figura posuit, quarum complexio, cum per se evidentiam non habet ut statim inferentie credatur eius, in modos prime figure resolvuntur, a quibus etiam principium sumunt per conversionem, sicut posterius apparebit, ac per ipsos qui evidentes sunt fidem capiunt, modo quidem una propositione conversa modo duabus, sicut in sequentibus liquebit. (*Dial.*, pp. 233.35-234.8 De Rijk).

---

[1] *Anal. Pr.* I.1, 24b18-22, p. 143.29-144.2 huius editionis.

[2] Vide supra, p. 431 sub num. 9.

[3] An in Glossis super Topica Boethii (PIETRO ABELARDO, *Scritti filosofici*, ed. M. Dal Pra, Roma-Milano, 1954), p. 329.4 ss. ?

[4] *Anal. Pr.* I.1, 24b22-25, p. 144.2-4 huius editionis.

10. Contingit autem aliquando modales enuntiationes simplicibus aggregari in modis suprapositarum figurarum, sicut in Analyticis suis Aristoteles ostendit [1]. In prima quidem hoc modo : Omne iustum possibile est esse bonum — Omnis virtus iusta est — Omnem igitur virtutem possibile est bonam esse. Similiter et necessarium et verum per modos singulos. Sic quoque et in secunda figura contingit. Si quis enim istas concedat, Nullum malum possibile est esse bonum, Omne iustum possibile est bonum esse, huic quoque non contradicet Nullum iustum est malum. Idem in ceteris modis accidit. Tertie quoque figure sic adiunguntur : Omne bonum possibile est iustum esse — Omne bonum virtus est — Quandam igitur virtutem possibile est iustam esse. Sic et in ceteris. (*Dial.*, pp. 245.23-246.2 De Rijk).

c) TESTIMONIUM PSEUDO-ABAELARDI [2]

Dicunt ergo, cum universales et particulares possint fieri, signum universalitatis et particularitatis ad aliud subiectum oportere addi cum ad esse poni non possit, et ita alia subiecta dicunt ibi esse. Aliunde etiam hoc confirmant, ex conversionibus scilicet que ab Aristotele fiunt, sicut Possibile est hominem esse animal — Possibile est animal esse hominem. Aristoteles etiam facit incisos syllogismos ita : Possibile est omnem hominem esse animal, et Socrates est homo — Ergo possibile est Socratem esse animal ; quos dicunt non posse esse alicuius figure nisi sint ibi alia subiecta et alia predicata quam esse et possibile, cum possibile et alii modi non possint subiici. Nos autem dicimus quod non sunt ibi alia subiecta vel predicata nisi verba et modi. Quod autem dicit Boethius, quod possunt fieri universales et particulares, sic intelligimus : universales et particulares vocat non quod habeant signum universalitatis et particularitatis additum ad subiecta, sed quod agunt de quantitate omnium vel nonnullorum. De conversionibus quas facit Aristoteles dicimus quod non dicit eas proprie conversas, ita scilicet quod de predicato fiat subiectum et e converso, sed quia ibi quodam modo voces transponuntur. De incisis syllogismis dicimus quod nullius figure sunt et tam firme complexionis. (*De modalibus propositionibus* ; in fine *Logicae* '*Ingredientibus*' Abaelardi, pp. 499.21-500.1 Geyer) [3].

---

[1] Cf. *Anal. Pr.* I.13, 32a16 ss. Sed quae Abaelardus dicit parum cum Aristotele congruunt.

[2] Capitula quae in extrema parte Glossarum super Periermenias Abaelardi Geyer edidit, quasi eiusdem operis essent, ostendimus alii cuidam auctori esse tribuenda (*Abaelardiana Inedita*, pp. XVI-XXI).

[3] Textum ipsi manu scripto libro collato (Ambros. M.63 sup.) correximus.

d) TESTIMONIA IOANNIS SARESBERIENSIS

1. Interim Willelmum Suessionensem, qui ad expugnandam, ut aiunt sui, logice vetustatem et consequentias inopinabiles construendas et antiquorum sententias diruendas machinam postmodum fecit, prima logices docui elementa et tandem iam dicto preceptori [Adae scilicet Parvipontano] apposui. Ibi forte didicit idem esse ex contradictione, cum Aristoteles obloquatur, quia 'idem cum sit et non sit, non necesse est idem esse', et item, 'cum aliquid sit, non necesse est idem esse et non esse' [1]. Nichil enim ex contradictione evenit et contradictionem impossibile est ex aliquo evenire. Unde nec amici machina impellente urgeri potui ut credam ex uno impossibili omnia impossibilia provenire. (*Metalogicon* II.x, pp. 81.11-82.3 Webb) [2].

2. Cum enim Plato esse non possit informis et expers loci aut temporis, eum ratio quasi nudum, deducto respectu quantitatis et qualitatis aliorumque accidentium, simpliciter intuetur et individuum nominat. Sed et hoc utique doctrinalis instantie et subtilioris agitationis figmentum est. Nichil enim tale in rebus occurrit ; tale quid tamen fideliter intelligitur. Hinc forte est illud in Analeticis : « Aristomenes intelligibilis semper est ; Aristomenes autem non semper, quoniam corruptibilis est » [3]. Et hoc quidem est singulariter individuum, quod solum quidam aiunt posse de aliquo predicari. (*Metal.* II.xx, p. 113.4-15).

3. Quid obest si, quemadmodum genus de specie verum est, ita et Plato iste sensibilis de filio Aristidis verus sit, si ei solus Plato est filius ? Sicut enim homo animal, ita et ille est Plato. Hoc enim ex opinione quorundam sensisse visus est Aristotiles in Analeticis dicens : OMNIUM QUE SUNT HEC QUIDEM SUNT TALIA UT DE NULLO ALIO PREDICENTUR VERE UNIVERSALITER, UT CLEON ET CALLIAS, ET QUOD SINGULARE ET SENSIBILE, DE HIS AUTEM ALIA ; NAM ET HOMO ET ANIMAL UTERQUE EORUM EST. ILLA VERO IPSA QUIDEM DE ALIIS PREDICANTUR, DE HIS AUTEM ALIA PRIORA NON PREDICANTUR. ALIA AUTEM ET IPSA DE ALIIS, ET DE HIS ALIA, UT HOMO DE CALLIA ET DE HOMINE ANIMAL. QUONIAM ERGO QUEDAM EORUM QUE SUNT DE NULLO NATA SUNT DICI, PALAM ; NAM SENSIBILIUM PENE UNUMQUODQUE EST HUIUSMODI UT DE NULLO PREDICETUR NISI SECUNDUM ACCIDENS ; DICIMUS ENIM

---

[1] Vide supra, p. 432 sub num. 12, et infra p. 440 sub num. 6.

[2] IOANNIS SARESBERIENSIS EPISCOPI CARNOTENSIS *Metalogicon*, recognovit... C.C.I. Webb, Oxonii 1929.

[3] Vide *Anal. Pr.* I.33, 47b20-26 ; pp. 74.22-75.2 huius editionis.

QUANDOQUE ALBUM ILLUD SOCRATEM ESSE, ET VENIENS CALLIAM [1]. (*Metal.* II.XX, pp. 113.22-114.6).

4. Siquidem si consequens falsum est, palam est quoniam ex antecedentibus veris non provenit ; nam ex vero numquam falsum pro eo quod veritatis integer sinus nec parit nec alit mendacium [2]. (*Metal.* III.X, p. 159.3-6).

5. *Quod liber Analecticorum est rationum examinatorius.* — Campidoctor itaque peripatetice discipline, que pre ceteris in veritatis indagatione laboret, infelicem summam operis dedignatus, totum componit, certus quod cuiusque artis perfectio gloriam sui preconatur auctoris. Unde cum inventionis instrumenta procurasset et usum, quasi in conflatorio sedens, examinatorium quoddam studuit cudere quo diligentissima fieret examinatio rationum. Hic autem est Analeticorum liber, qui ad iudicium principaliter spectat, et tamen ad inventionem aliquatenus proficit. Nam disciplinarum omnium connexe sunt rationes et quelibet sui perfectionem ab aliis mutuatur. Vix est que sine alterius adminiculo, si tamen omnino aliqua est, que ad summum possit ascendere. Ut autem opinionis mee iudicium plene cognoscas, quid de hoc opere sentiam paucis adverte.

Quod scientia hec utilis est ad omnia et unde hec sortita sit nomen. — Analeticorum quidem perutilis est scientia, et sine qua quisquis logicam profitetur ridiculus est. Ut vero ratio nominis exponatur quam Greci Analeticen dicunt, nos possumus Resolutoriam appellare, familiarius tamen assignabimus si dixerimus 'equam locutionem' ; nam illi ana 'equale', lexim 'locutionem' dicunt. Frequens autem est, cum sermo parum est intellectus, et eum in notiorem resolvi desideremus equivalenter ; unde et interpres meus, cum verbum audiret ignotum, et maxime in compositis, dicebat « analetiza hoc », quod volebat equivalenter exponi. Nam hec resolutio intellectui ad scientiam adminiculatur quam plurimum. Ceterum, licet necessaria sit doctrina, liber non eatenus necessarius est ; quicquid enim continet alibi facilius et fidelius traditur, sed certe verius aut fortius nusquam. Siquidem et ab invito fidem extorquet, quippe violentus est et quodam Cesareo impetu nullas nisi hoste subacto gaudet habere vias, amici gratiam nullis momenti facit ; quod utique satis congruit officio iudicantis, cum affectus amici vel hostis sinceritatem iudicii pervertere soleat. Porro exemplorum confusione et traiectione litterarum quas, tum de industria tum causa brevitatis tum ne falsitas alicubi exemplorum argueretur, interseruit, adeo confusus est ut cum magno labore eo perveniatur

[1] *Anal. Pr.* I.27, 43a25-36, p. 59.3-12 huius editionis.
[2] Cf. *Anal. Pr.* II.2, 53b11-25.

quod facillime tradi potest ; et plerumque, dum mendacium vitat, nec verus nec falsus est, aut forte mentitur, si tamen protervia calumniam faciat.

Quod liber non eatenus utilis est ad frasim comparandam. — Sicut autem regule utiles sunt et necessarie ad scientiam, sic liber fere inutilis est ad frasim instruendam, quam nos verbi supellectilem possumus appellare. Est enim frasis commoda verbi facilitas in quavis lingua... Unde qui Aristotilem sequuntur in turbatione nominum et verborum et intricata subtilitate, ut suum venditent, aliorum obtundunt ingenia, partem pessimam michi preelegisse videntur...

Que sit libri primi conceptio. — Ceterum quod necesse est sciri, verissime et certissime traditur. Hoc equidem est, quid propositio dialectica aut demonstrativa, universalis, particularis aut indefinita ; quid terminus, predicatus videlicet aut subiectus ; quid sillogismus perfectus aut imperfectus ; quid in toto esse aut non esse [1] ; quas propositiones ad usum sillogizandi converti contingat et quas non [2] ; quidve optineat in his que modernorum usu dicuntur esse de naturali materia aut contingenti aut remota [3]. Quibus premissis trium figurarum subnectit rationes, et tam extremitatum quam medii diffinitione premissa, quot et qui modi in singulis figuris ex complexione extremitatum proveniant docet [4] ; data quidem semente rationis eorum quos, sicut Boetius asserit, Teofrastus et Eudemus addiderunt. Deinde habita modalium ratione [5] transit ad commixtiones que de necessario sunt aut contingenti cum his que sunt de inesse, ut quid ex his in singulis figuris proveniat ostendatur [6]. Nec tamen dico ipsum Aristotilem alicubi quod legerim, nisi forte quod ad propositum, de modalibus sufficienter egisse, sed procedendi de omnibus fidelissimam scientiam tradidit. ...Ad hec subiungit unde idoneitas sillogizandi proveniat, quoniam parum est generationem nosse sillogismorum, nisi quis et potentiam habeat faciendi [7]. Sequitur ratio reducendi sillogismos in prime figure modos [8] ; et sic primi libri conceptio clauditur.

Que sit conceptio secundi. — Secundus autem transit ad rationem inferendi que in formam conclusionis patet [9], adiciens quomodo ex falsis in secunda et tertia figura verum sillogizetur [10] ; quod eos forte preterit qui ex falso nichil sequi contendunt. Deinde ad circulares progreditur sillogismos, et eos in omnibus figuris exsequitur [11] ; tunc ad conversiones sillogismorum in omni figura [12]. Ut quidem imperfecti redeant ad perfectos, et omnium fides pariter elucescat, ista precedunt ; que directe ratiocinationis forma est. Subiungitur ratio hipoteseos,

---

[1] *Anal. Pr.* I.1, 24a11-b30. [2] I.2, 25a1-26. [3] I.3, 25a27-b25. [4] I.4-7, 25b26-29b28. [5] I.8, 29b29-30a14. [6] I.9-26, 30a15-43a19. [7] I.27-44, 43a20-50b4. [8] I.45-46, 50b5-52b34. [9] II.1-4, 52b38-57a35. [10] II.4, 57a36-b17. [11] II.5-7, 57b18-59a41. [12] II.8-10, 59b1-61a18.

que necessitate impossibilis eventus aut non probabilis propositum astruit [1]. Cuius quidem ratio est ut, si concludenti non adquiescatur sumpta contradictoria conclusionis et altera concessarum, eisque in prima figura dispositis, colligatur oppositum alicuius concessarum ; quod qualiter in omni figura fiat ostendit ; omnesque modos per impossibile eventum veros esse convincit. Ad hec qualiter et in qua figura sillogizetur ex propositionibus oppositis fideliter aperit [2]. Adicit et regulam petitionis principii [3], que speculatio tam demonstratori quam dialectico satis accommodata est ; licet hic probabilitate gaudeat, ille veritatem dumtaxat amplectatur. Preterea si non causa ponatur ut causa [4], puta cum quis, non urgente se ratione complexionis, ad impossibile ductus esse causatur, sed eo quod falsum aliquid positum fuerat. Sequitur de causa false conclusionis [5], et catasillogismi [6], et elenchi [7], et de fallacia secundum opinionem [8], et de conversione medii et extremorum [9], cuius tamen tota utilitas longe commodius tradi potest. Subiungitur ratio reducende inductionis, quam dicit rethoricum sillogismum [10], itidem et exempli [11], et de deductione [12]. Deinde quid instantia [13], quid icos [14], quam propositionem probabilem dicit, etsi eius possit esse instantia, id est non perpetuo optineat, ut matres amare, novercas invidere ; quid item signum, et quomodo entimema constet ex icotibus et signis [15]. Postremo agit de cognitione naturarum [16] ; grande quidem capitulum et quod, licet aliquatenus proposito conferat, fidem tamen promissi nequaquam implet ; unum scio, me huius capituli beneficio neminem in cognitione naturarum vidisse perfectum. (*Metal.* IV.1-v, pp. 165.16-170.27).

6. Dialecticam et apodicticam, quam nos demonstrativam dicimus, precedentia docent ; in his tamen de ipoteticis sillogismis nichil aut parum est actitatum. Seminarium tamen datum est ab Aristotile, ut et istuc per industriam aliorum possit esse processus. Cum enim tam probabilium quam necessariorum loci monstrati sint, ostensum est quid ex quo sequitur probabiliter aut necessario. Quod quidem ad ypoteticarum indicium maxime spectat, ut arbitror, ut consequentia constet. Preterea Boetius hoc pro seminio inveniendorum dicit acceptum quod Aristotiles ait in Analeticis : 'idem cum sit et non sit non necesse est idem esse' [17]. Ergo ipse et alii aliquatenus suppleverunt imperfectum Aristotilis in hac parte ; sed quidem, ut michi visum est, imperfecte... Sed forte ab Aristotile de industria relictus est hic labor,

---

[1] II.11-14, 61a18-63b21. [2] II.15, 63b22-64b27. [3] II.16, 64b28-65a37. [4] II.17, 65a38-66a15. [5] II.18, 66a16-24. [6] II.19, 66a25-b3. [7] II.20, 66b4-17. [8] II.21, 66b18-26. [9] II.22, 66b27-68b9. [10] II.23, 68b10-37. [11] II.24, 68b38-69a19. [12] II.25, 69a20-36. [13] II.26, 69a37-70a2. [14] II.27, 70a3-10. [15] II.27, 70a10-b6. [16] II.27, 70b7-38.

[17] Vide supra, p. 432 sub num. 12, et p. 437 sub num. 1.

eo quod plus difficultatis quam utilitatis videtur habere liber illius qui diligentissime scripsit. Profecto si hunc Aristotiles more suo exsequeretur, verisimile est tante difficultatis fore librum ut preter Sibillam intelligat nemo. (*Metal.* IV.XXI, pp. 187.12-188.10).

e) TESTIMONIUM OTTONIS FRISINGENSIS [1]

Alter [scilicet Aristoteles] logicam in sex libros, id est Predicamenta, Periermenias, Priora Analetica, Topica, Posteriora Analetica, Elencos, distinxit. Quorum primus de simplicibus terminis, secundus de propositionibus, tertius de complexione propositionum utili ad sillogizandum iudicium purgans et instruens, quartus de methodis, id est via sillogizandi, quintus de demonstrationis necessitate, sextus de cautela sophisticarum fallaciarum docet, ut ita perfectum philosophum non solum ad cognoscendae veritatis, sed ad vitandae falsitatis scientiam perfecte informet. (*Chronicae edit. alt.* [post annum MCXLIX, ante MCLVII scr.] II.VIII, p. 76.1-11 Hofmeister).

f) TESTIMONIUM RAHEWINI

